ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XIII - VOLUMEN XIII

R O M A E

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXI

fr

Annus XIII - Vol. XIII 3 Ianuarii 1921 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM PAROCHIALE SANCTI IOANNIS DE DEO, IN CIVITATE MACARAIBO, DIOECESIS ZULIENSIS, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat in civitate episcopali *Macaraibo,* dioecesis Zuliensis, intra fines Reipublicae de Venezuela, Americae meridionalis, ecclesia parochialis in honorem sancti Ioannis de Deo erecta et consecrata, tum molis amplitudine, tum artis operum splendore conspicua, in qua antiqua populi religione asservatur thaumaturga imago beatae Mariae Virginis de la *Chiquinquira* nuncupata, aureo per Nos diademate redimita. Hoc quidem ad sanctuarium, gratiarum apud Deum sequestram Virginem veneraturi, turmatim confluunt tam cives quam advenae, etiam a dissitis regionibus, ideoque dilectus filius Antonius M. Soto, hodiernus eiusdem ecclesiae parochus, roboratas amplissimo suffragio episcoporum dioecesium Zuliensis et de Calaboro preces Nobis humiliter adhibuit, ut eandem aedem ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehere dignaremur. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut pietas christiani populi erga beatissimam Virginem magis ac magis augeatur, votis huiusmodi annuentes, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, episcopo Portuensi et sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, enunciatam ecclesiam parochialem sancti Ioannis de Deo, civitatis *Macaraibo,*

dioecesis Zuliensis, Basilicae Minoris titulo ac dignitate exornamus, cum omnibus et singulis privilegiis atque honorificentiis quae Minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XVIII maii MGMxx, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GAS P ARRI, *a Secretis Status.*

II

ECCLESIA CURIALIS SANCTAE MARIAE MAGDALENAE IN OPPIDO VEZELAY, DIOECESIS SENONENSIS, TITULO BASILICAE DECORATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Praestantiores inter sacras aedes, quibus non modo Senonensium dioecesis, sed universa etiam Gallia nobilitatur, iure meritoque accensetur ecclesia curialis oppidi *Vezelay*, Deo sacra in honorem sanctae Mariae Magdalenae. Hanc aedem, iam inde a ix saeculo, vetustae abbatiae a comite Gerardo Ruseinonensi fundatae annexam, innumerae celebrarunt turmae fidelium, illuc confluentium ut sanctae Mariae Magdalenae relliquias in ea asservatas reculèrent; ideoque s. m Leo PP. IX, datis sub plumbo Litteris anno 1050, monasticae eiusdem ecclesiae patronam sanctam Mariam Magdalenam declaravit. Civium advenarumque fidem per longam annorum seriem inclytis prodigiis cumulavit Deus: constat enim ex fide dignis documentis sanctae Magdalenae intercessione, in ipso sanctuario, oculis captos visum, mutos loquelam, infirmos sanitatem, captivos libertatem recuperasse. Quare immane surrexit inibi templum, anno 1104 sollemni ritu dicatum, molis amplitudine et gothycae artis operibus, non minus quam historicis memoriis et privilegiis atque indulgentiis perinsigne. Huc confluxerunt, caelestem opem gravissimis in adiunctis imploraturi, principes viri, reges, episcopi Sacrorum et Romani etiam Pontifices Nostri Decessores.

Venit ad Vezelianum celeberrimum sanctuarium divus Bernardus Claravallensis abbas, ut iussu Eugenii Papae Iii secundam nuntiaret in Palaestinam crucesignatorum militum expeditionem. Primi assisiensis Seraphici Patris alumni, Pacificus et Lodo vicus, penes sanctuarium Vezelianum morati sunt antequam Fratrum Minorum Ordinem in Galliam proveherent. Exsul ab Anglia sanctus Thomas, Cantuariensium episcopus, Vezeliano in templo, sollemnitate Pentecostes anno 1166, publica libertatum Ecclesiae violatores excommunicatione mulctavit. Saepe peregrinorum vestibus indutus hoc sanctuarium invisit sanctus Lodovicus, Gallorum Rex, ac tot per saecula ad nostra usque tempora constans erga Mariam Magdalenam christiani populi devotio perseveravit, nec bella, nec tumultus, nec haereticorum incursiones, nec publicarum rerum eversiones a piis peregrinationibus suscipiendis fideles deterrere potuerunt. Haec animo repetentes, cum hodiernus parochus decanus eiusdem ecclesiae sanctae Mariae Magdalenae, gravissimo Senonensium archiepiscopi commendationis officio suffultas preces nobis humiliter adhibuerit, ut enunciatum sanctuarium Basilicae titulo cohonestare dignaremur, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, cum compertum quidem habeamus ecclesiam eandem, tot ac tantis nominibus praestantem, sacra etiam supellectile esse abunde praeditam, Nos, collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. cardinali Vico, episcopo Portuensi et S. Rufinae, ac Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum ecclesiam parochialem in honorem et titulum sanctae Mariae Magdalenae poenitentis, in loco *Vezelay,* Senonensis dioecesis, erectam et Deo dicatam et consecratam, honorifico Basilicae titulo cohonestamus, una cum privilegio deferendi tintinnabulum et conopaeum, cui liceat addere ecclesiae ipsius insigne, sive stemma, non tamen auro vel argento exornatum. Porro haec concedimus decernentes praesentes Litteras Nostras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque, plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxviii mensis iunii anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

TEMPLUM CARMELITARUM, BEATAE MARIAE VIRGINI DE MONTE CARMELO SACRUM, IN URBE RECIFENSI, E STATU PERNAMBUCI, IN BRASILIA, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DECORATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod inclitus Carmelitarum antiquae observantiae Ordo templum habet suae custodiae curaeque commissum in urbe Recifensi, e Statu Pernambuci, Deo Optimo Maximo in honorem beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo dicatum, iure meritoque accensendum est inter antiquiores sacras Aedes quae Brasisiliarum regiones nobilitant atque insigne populi illius studium religionis testantur. Et revera, e constanti hominum memoria testimoniis^que fide dignis, colligitur templum illud, ineunte saeculo xvi, inde ab ipsis urbis Recifensis exordiis, exstructum esse. Templum et continens Carmelitarum coenobium, auspice et curante quodam pio Carmelita, surrexerunt, qui simulacrum etiam, cedrino ligno sculptum, Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo attulit e Lusitano Regno, et inibi publicae venerationi proposuit. Ad quod quidem Sanctissimae Patronae simulacrum venerandum, haud multo post quam Brasiliarum terrae sunt detectae et europaeis çoloniariis subactae, coeperunt christifideles frequentissime confluere, neque unquam populares destiterunt progressu temporis templum hoc reeifense invisere, immo etiam peregrinorum pietas magis magisque in dies ad nostra usque tempora aucta est. Anno autem 1908, ipsa Beatissima Virgo de Monte Carmelo, Apostolica hac Sede annuente atque adprobante, in Recifensis civitatis Patronam electa est; ac praeterea cum eiusdem simulacro Ordo Canonicorum Patriarchalis Basilicae Vaticanae Nostrae, pro instituto suo, aureum diadema decrevisset, sacer ritus, die 21ª mensis septembris anni 1919, adstante atque gestiente magna cleri populique multitudine, sollemniter peractus est. Quia vero hoc piissimae Virginis simulacrum venerari nunquam fideles destiterunt, tunc quoque cum religiosos Carmelitas rei publicae gubernatores quoquo pacto vexarunt, nil mirum si templum reeifense Deiparae sacrum elargitionibus, piis legatis et sacra supellectile abunde locupletatum est. Huc accedit quod Mariale templum istud molis amplitudine, lineamentorum venustate, ceterisque bonae artis operibus, inter praestantiora urbis

monumenta merito adnumeratur. Cum autem dilectus filius Andreas Maria Prat, prior provincialis Ordinis Carmelitarum antiquae observantiae provinciae Pernambucanae, nomine proprio, religiosorum virorum, quibus praeest, ac plurium Brasiliarum christifidelium, quo memorati templi beatae Mariae Virgini de Monte Carmelo sacri decus maxime augeatur, Nos supplex roga veri t, ut eidem sacrae aedi dignitatem, titulum et privilegia Basilicae Minoris impertiri dignemur; Nos, quibus nihil antiquius contigerit, quam ut christifidelium erga sanctam Dei Genetricem pietas magis exardescat, et uberiores cotidie fructus percipiat, votis his annuendum ultro libenterque censemus. Quapropter, conlatis consiliis cum V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, motu proprio, de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore perpetuumque in modum, enunciatum templum beatae Mariae Virgini de Monte Carmelo dicatum in civitate Recifensi, archidioecesis Olindensis, in Statu Pernambucano, dignitate ac titulo Basilicae Minoris honestamus, cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis quae Minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortir iugiter et obtinere, illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XVI mensis iulii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. ARTHURUM VERMEERSCH S. I. PROPOSITUM LAUDANS CELEBRANDI TERTIUM CENTENARIUM AB OBITU S. IOANNIS BERCHMANS.

Dilecte filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Opportune admodum fit, ut, labente tertio saeculo a piissimo exitu S. Ioannis Berchmans, catholici quidam viri, te duce, consilia inierint eventus huius faustitatem ita celebrandi, ut et illius eximiae sanctitati debitus ubique honor habeatur et in magnum id cedat animarum bonum. Consiliis his congruit propositorum series; quibus si, ut confidimus, efficietur ut vita ac virtutes sanctissimi huius adolescentis late innotescant atque illustrentur, quaesitae haud deerunt utilitates. Habent enim in Ioanne quid christifideles omnes sequantur: habet id maxime christiana iuventus, ea praesertim quae in Ecclesiae spem succrescit in sacris seminariis et in religiosis domibus. Omnibus vero sanctitas Ioannis se dat praeter ceteras, adeptu facilem ac vel ipsa amabili specie, qua se conspiciendam praebet, ad imitandum vehementer allicit. Quandoquidem vero pietas egregia tua tuorumque sodalium hortatione non eget, Deum benignissimum precamur, ut ad maiorem suam gloriam vestra dirigat coepta eademque optato donet exitu. Caelestium interim conciliatricem adiumentorum Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, atque illis, nec non omnibus qui stipe, opera, prece praesto vobis erunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die ix novembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV.

II

AD ALEXANDRUM S. R. E. GARD. KAK0WSK1, ARCHIEP. VARSAVIENSEM, ET EDMUNDUM S. R. E. CARD. DALBOR, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANIENSEM, CETEROSQUE POLONIAE EPISCOPOS, OFFICIOSISSIMA IPSORUM LITTERIS RESPONDENS EX ANNUO CONVENTU DATIS.

Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae praeclaro pietatis solertiaeque vestrae studio digna sunt, ea laeto sane animo in eis litteris expressa perlegimus, quas dudum e conventu, ad marialem Aedem Czenstochovae habito, coniunctim ad Nos scripsistis. Etenim cum de bono istarum Dioecesium, summo quidem voluntatum consensu, consultaretis, nihil vobis accommodatas visum est ad sananda horum temporum mala, quam, pontificiis hortamentis obsequendo, patriam vestram Cordi Iesu sanctissimo consecrare, eiusque cultum augustum magis magisque in populo provehere. Optimum sane atque, si unquam alias, peropportunum inivistis consilium: ecquid enim salubrius inveniri potest, in hac rerum omnium conversione, quam aucta in ipsum Jesum Dominum religio, qui cum praesidium sit atque columen cuiusvis reipublicae, tum eos praesertim qui laborant et onerati sunt ad se vocare ac reficere contendit? Valde igitur vobis de hoc coepto gratulantes, non parvam equidem fructuum copiam inde vobiscum expectamus, maximeque si a Corde Iesu fideles aliquam in se partem concipere voluerint infinitae illius caritatis, quae christianae vitae usum vulgo refovens, *omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Ceterum libenter admodum accepimus grati animi sensus quibus Nos ob eas curas prosecuti estis quas, pro facultate, in Polonorum emolumentum adhibuimus: ac vicissim observantiae vestrae officia amore mutuo rependentes, id emissis precibus a Deo imploramus ut et quae a vobis nuper scita sunt, ea suae gratiae rore fecundet, et perpetuo Poloniam, christianae civilisque rei propugnaculum, benigne fortunare velit. Ac caelestium munerum conciliatricem itemque peculiaris benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, cunctoque clero ac populo unicuique vestrum concredito, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xx mensis novembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV.

III

AD GUSTAVUM FRIDERICUM S. R. E. CARD. PIFFL, ARCHIEPISCOPUM **V1ENNENSEM**, AC VENERABILES FRATRES EPISCOPOS AUSTRIAE, COMMUNIBUS RESPONDENS LITTERIS.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Plane intelligimus ex communibus vestris litteris plena adhuc esse vobis omnia metus, plena omnia curarum, et huius rei causa vos vestrique greges estis Nobis in oculis, in corde assidui. Sollicitae Nobis curae sunt in primis pauperes pueri, et mens est nonnihil iterum efficere in eorum subsidium. Argumenta, in quibus, ut nuntiatis, versata in coetu sunt consilia ac studia vestra, tributam vobis saepe diligentiae laudem confirmant Nostramque vobis ex novo capite conciliant benevolentiam. Quaecumque sit conditio rerum vestrarum, quidquid afferat dies, non laborabitis frustra. Ceterum, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, forti animo estote: confidite Deo: fidelis est et non dabit in aeternum fluctuationem iusto.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis, benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis, clero populoque unicuique vestrum tradito, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxvi novembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

CIRCA PROPONENDOS AD EPISCOPALE MINISTERIUM IN SCOTIA

Maximam semper sollicitudinem habuit Ecclesia in Episcopis eligendis, a quibus maxima ex parte profectus catholicae religionis et incrementum fidei pendent. Haec ipsa ratio Ssmum Dominum movit ad novam electionis methodum, de consulto Emorum Sacrae huius Congregationis Patrum, statuendam in Foederatis Americae Statibus, quae uberes fructus iam edidit. Item factum est in regione Canadensi, generali cum approbatione illorum Antistitum. Similem methodum censens Sanctitas Sua extendere ad Scotiam, ubi religiosae conditiones, ab instauratione ecclesiasticae hierarchiae, meliores factae sunt, sententiam a singulis memoratae regionis Ordinariis super ea exquisivit. Habita a Scotis Praesulibus favorabili sententia, illis tamen modificationibus inductis, quae opportunae visae fuerunt; Ssmus Dominus Noster Benedictus PP. XV, de consulto Emorum Sacrae Congregationis Consistorialis Patrum, statuit et consistoriali praesenti decreto praescribit, ut in posterum in Scotia, pro eligendorum Episcoporum propositione, ratio iuxta leges quae sequuntur, adhibeatur et vigeat.

1. Pro proponendis sacerdotibus ad episcopale ministerium idoneis ac dignis, conventus omnium Ordinariorum fiet singulis trienniis, tempore infra assignato.

2. *Quolibet triennio,* sub initio quadragesimae, incipiendo ab anno 1921, omnes et singuli Episcopi suffraganei Archiepiscopo S. Andreae et Edinburgh vel, sede vacante, Archiepiscopo Glasguensi, sacerdotum nomina indicabunt, quos dignos episcopali ministerio existimabunt. Nil autem vetat quominus, hos inter, alterius etiam dioecesis vel provinciae sacerdotes proponantur; sub gravi tamen exigitur, ut, qui proponitur, personaliter et ex diuturna conversatione a proponente cognoscatur. Item

Archiepiscopus Glasguensis nomina, quae apta reputaverit, Archiepiscopo S. Andreae et Edinburgi patefaciet.

3. Una cum nomine, aetatem quoque, quando fieri potest, designabunt candidati, eius originis et actualis commorationis locum, et officium quo principaliter fungitur.

4. Antequam determinent quem proponant, tam Archiepiscopi, quam Episcopi canonicos rogabunt, eo modo qui infra statuitur, ut sacerdotem indicent aliquem, quem prae ceteris dignum et idoneum coram Domino censeant cui christiani gregis custodia in aliqua dioecesi committatur.

Ast *a)* interpellatio facienda erit canonicis, non in conventu coadunatis, sed singulis singillatim, data unicuique *sub gravi* obligatione secreti, et sub lege destruendi, si quod intercessit hac de re, epistolare commercium.

b) Episcopi autem habitum consilium nemini patefacient, nisi forte in Episcoporum conventu, de quo inferius.

5. Poterunt quoque Episcopi alios prudentes viros, etiam e clero regulari, praesertim vero parochos seniores et prudentiores, tam pro proponendis candidatis, quam pro cognoscendis alicuius qualitatibus interrogare; sed ad unguem servatis regulis superius sub litt. *a)* et *b) art. 4* recensitis.

6. Nomina quae Episcopi iuxta art. 2 proponent, nulli prorsus aperiant, nisi soli Archiepiscopo, cui nomina sunt indicanda.

7. Metropolitanus, vel Archiepiscopus, habitis ab Episcopis candidatorum propositionibus suas adiiciat: omnium indicem ordine alphabetico conficiat, et, reticitis proponentibus, hanc notulam transmittat singulis Antistitibus regionis, ut hi opportunas investigationes peragere valeant de qualitatibus eorum quos personaliter et certa scientia non cognoscant. *

8. Investigationes eiusmodi earumque causa maxima secreti cautela peragendae erunt, ut supra n. 4 dictum est. Quod si vereantur rem palam evasuram, ab ulterioribus inquisitionibus abstineant.

9. Post Pascha, die et loco ab Archiepiscopo, de quo in art. 6, determinandis, omnes Episcopi convenient ad seligendos eos qui Sanctae Sedi ad episcopale ministerium proponi debeant. Convenient autem absque ulla solemnitate, quasi ad familiarem congressum, ut attentio quaelibet, praesertim diariorum et ephemeridum, et omne curiositatis studium vitetur.

10. In conventu, invocato divino auxilio, praestandum erit a singulis, Archiepiscopis non exceptis, tactis Ss. Evangeliis, iusiurandum

de secreto servando, ut sacratius fiat vinculum quo omnes adstringuntur: post hoc regulae ad electionem faciendam legendae erunt.

11. Deinde unus ex Episcopis praesentibus in Secretarium erigetur.

12. His peractis, ad disceptationem venietur, ut, inter tot exhibitus, digniores et aptiores seligantur. Id tamen veluti Christo praesenti fiet et sub Eius obtutu, omni humana consideratione postposita, cum discretione et charitate, supremo Ecclesiae bono divinaque gloria et animarum salute unice ob oculos habitis.

18. Candidati maturae, sed non nimium provectae aetatis esse debent; prudentia praediti in agendis, quae sit ex ministeriorum exercitio comprobata; sanissima et non communi doctrina exornati, et cum debita erga Apostolicam Sedem devotione coniuncta; maxima autem honestate vitae et pietate insignes. Attendendum insuper erit ad capacitatem candidati quoad temporalem bonorum administrationem, ad conditionem eius familiarem, ad indolem et valetudinem. Uno verbo, videndum utrum omnibus iis qualitatibus polleat, quae in optimo pastore requiruntur, ut cum fructu et aedificatione populum Dei regere queat.

14. Discussione peracta, fiet hac ratione scrutinium:

a) Qui omnium Episcoporum sententia, quavis demum de causa, visi sunt in disceptatione ex numero proponendomi» expungendi, ii in suffragium non vocabuntur; de caeteris, *etiam probatissimis,* suffragium feretur.

b) Candidati singuli ordine alphabetico ad suffragium proponentur: suffragia secreta erunt.

c) Episcopi omnes, Archiepiscopis non exceptis, pro singulis candidatis tribus utentur taxillis seu calculis, albo scilicet, nigro, tertioque alterius cuiuscumque coloris: primum ad approbandum, alterum ad reprobandam, tertium ad abstensionem indicandam.

d) Singuli Antistites, praeeuntibus Metropolitano et Archiepiscopo Glasguensi, in urna ad hunc finem disposita taxillum déponent, quo dignum, *coram Deo et graviter onerata conscientia,* sacerdotem aestimabunt qui in suffragium vocatur: reliquos taxillos binos in urna alia, pariter secreto, déponent.

e) Suffragiis expletis, Archiepiscopus conventas praeses, adstante Episcopo Secretario, taxillos et eorum speciem coram omnibus numerabit, scriptoque adnotabit.

15. Scrutinio de omnibus peracto, liberum erit Episcopis, si id ipsis placeat aut aliquis eorum postulet, ut inter approbatos plenis aut pari-

bus suffragiis novo scrutinio designetur quinam sit praeferendus. Ad hunc finem singuli suffragatores nomen praeferendi in schedula adnotabunt, eamque in urna déponent: schedularum autem examen fiet, ut supra, art. 14, litt. e), decernitur.

16. Quamvis vero Summus Pontifex sibi reservet, dioecesi vel archidioecesi aliqua vacante, opportunis modis, consilia ab Episcopis vel Archiepiscopis requirere, ut personam eligat quae inter approbatas magis idonea videatur dioecesi illi regendae; nihilominus fas erit Episcopis in eodem conventu indicare, generali saltem ratione, cuinam dioecesi candidatos magis idoneos censeant; et quibus de causis.

. 17. Episcopus a secretis, discussione durante, diligenter adnotabit quae de singulis candidatis a singulis suffragatoribus dicentur, quaenam discussionis fuerit conclusio; denique quinam tum in primo scrutinio, tum in secundo (si fiat) fuerit exitus, et quidnam speciaiius iuxta art. 16 fuerit dictum.

18. Antistites a conventu ne discedant, antequam ab Episcopo Secretario lecta fuerit relatio ab eodem confecta circa nomina proposita, candidatorum qualitates et obtenta suffragia, eamque probaverint.

19. Actorum exemplar ab Archiepiscopis, a praesule a secretis et a ceteris Episcopis praesentibus subsignatum, quam tutissime ad Sacram hanc Congregationem per Archiepiscopum praesidem mittetur. Acta vero ipsa penes ipsum Archiepiscopum in Archivo secretissimo S. Officii servabuntur, destruenda tamen post annum, vel etiam prius, si periculum violationis secreti immineat.

20. Post haec, fas tamen semper erit Episcopis, tum occasione propositionis candidati tum vacationis alicuius Sedis, praesertim maioris momenti, litteras Sacrae huic Congregationi vel ipsi Ssmo Domino conscribere, quibus mentem suam circa personarum qualitates sive absolute, sive relate ad provisionem dictae Sedis, patefaciant.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 novembris 1920.

j$i C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. $ S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

II

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § '2

Iuxta can. 1594, § 2,- *Codicis Iuris Canonici* pro appellatione:

Rmus Archiep. Platensis designavit Ordinarium Cochabambensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est, die 26 novembris 1920.

III

DESIGNATIONES ORDINARIORUM PRO SECUNDA APPELLATIONE

Rmus Episc. Basileensis et Luganensis designavit Ordinarium Lausannensem-Genevensem ;
» » Curiensis, Ordinarium Sangallensem ;
» » Sangallensis, Ordinarium Basileensem;
» » Sedunensis, Ordinarium Pagi Ticinensis;
» » Lausannensis-Genevensis, Ordinarium Sedunensem;
Rmus Administrator Apostolicus Luganensis, Ordinarium Curiensem.

Quas designationes Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, die 15 octobris 1920, approbare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I ,

DECRETUM

DE DEFINIENDIS LIMITIBUS PAROECIARUM IN DIOECESIBUS S. CONGREGATIONI DE PROPAGANDA FIDE SUBIECTIS.

Ordinarii quarumdam regionum, quae hierarchica constitutione quidem gaudent, at Sacro huic Consilio Christiano Nomini Propagando subiiciuntur, cum aliquid inchoatum adhuc praeseferant, dubia nonnulla circa statum iuridicum missionum sibi commissarum proposuerunt.

Itaque ad ea dubia removenda et tutam agendi normam generalem praebendam, Sacra Congregatio haec statuenda censuit:

I° Cum dioeceses huic Sacro Consilio subiectae tamquam missiones haberi debeant, permitti potest ut in eisdem aliqua pars territorii indivisa maneat, idest sine designatione limitum paroecialium.

2° Quae vero territorii partes limitatae iam sunt vel limitari in posterum contingat ad normam can. 216, eae nomine paroeciae veniunt; at eisdem applicantur ea quoque quae de quasi-paroeciis peculiariter statuta sunt.

3° Facultas specialis autem Episcopis missionum fit nominandi regulares ad paroecias cum idonei ad talia beneficia sacerdotes e clero saeculari omnino deficiant.

4° Episcopis Indiarum Orientalium vero liceat in proximo conventu Madraspatano, collatis consiliis cum Rmo Delegato Apostolico, determinare, quaenam territorii partes propriae cuiusque dioecesis haberi debeant ut iam sufficienter divisae ad normam can. 216, adhibita in posterum, pro novis paroeciis erigendis, forma in instructione huius S. Congregationis de Propaganda Fide, diei 25 iulii 1920, praescripta (cfr. *Acta Apost. Sedis,* an. xir, n. VIII, pag. 331).

Quae omnia SS. Dominus Noster Benedictus Div. Prov. PP. XV, in audientia diei 2 decembris infrascripto S. C. Cardinali Profecto impertita, confirmare atque rata habere dignatus est.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 9 decembris anno 1920.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, ' *Secretarius,*

II

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

12 novembris 1920. — *Delegatus apostolicus Albaniae* R. D. Ernestus Cozzi.

3 decembris. — *Vicarius apostolicus de Ge-li meridio-occidentali in Cina* R. D. Ubertus Franciscus Schraven, e Congregatione Missionis.

4 decembris. — *Vicarius apostolicus de Ontario Septemtrionali* R. D. Joseph Hallé, protonotarius apostolicus ad instar participantium.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

LEMOVICEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI SORORIS MARIAE A IESU, IN SAECULO IOSEPHAE DU BOURG, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM A DIVINO SALVATORE ET SS.MA MRGINE NÜNCUPATARUM.

In oppido *Bochemontés,* prope Tolosam, e parentibus genere, censu et pietate conspicuis, Armando du Bourg et Maria Jacquette d'Arbousier de Montégut, die 24 iunii anno 1788 in lucem venit infantala, cui die 29 in sacro fonte imposita fuerunt nomina Anna, Rosa, Iosepha. Septima prolis florentis, prae ceteris filiis ad virtutem inclinata, adhuc puella eam domi studiose excoluit, eo magis quod a genitrice didicerat se ante ortum fuisse Deiparae Mariae Virgini consecratam. Calamitoso et miserrimo illo tempore, saeviente bello in Ecclesiam, clerum laicosque catholicos, Armandus, Tolosani senatus consiliarius, a perduellibus ad necem quaesitus, anno 1793 iniuste capite plexus est, eiusque bona fisco addicta, maxima cum tristitia et egestate numerosae atque superstitis familiae. Invicta materfamiiias, licet suo viro orbata opibusque spoliata, has aliasque adversitates christiana fortitudine tulit, in Deo penitus confisa de perenni succursu in suis angustiis et necessitatibus, atque hanc spem fructuose fovit, sicut eventus exinde probavit. Iosepha, vix septennis, Sororibus a sancto Mauro instituenda traditur. In ea statim elucére visum est orationis et virtutis studium, haud obstante indolis fervore quem nitebatur cohibere. Quum ad duodecimum aetatis annum pervenisset, recte instructa et bene disposita, ad sacrum Convivium et paulo post ad Confirmationis sacramentum admissa est. Tunc magis excitata ad perfectum vitae statum, mundanis vanitatibus et blandimentis contemptis, votum consecrationis beatae Mariae Virgini, dulcissimae matri, privatim renovat. Domum reversa, liberales artes, praesertim musices et graphices, discere prosequitur, ac, divina opitulante gratia, vitam poenitentem, puram et in Christo absconditam ducit. Paulo post in monasterium Sororum a Visitatione Beatae Mariae Virginis se recepit, sed, tribus mensibus elapsis, quum non reperisset illud vitae

genus sibi consonum, e monasterio egressa Tolosam revertit, ubi plures horas diei impendit in pietatis et cultus exercitiis, quibus amore Dei et zelo animarum magis incenditur. Lemovicum quoque petiit ut Praesulem patruum suum inviseret, a quo salutaria monita et consilia potissimum de spirituali vita interiori libentissime accepit.. Postea Tolosae, apud Moniales a Beata Maria Virgine nuncupatas et religiosae et actuosae vitae experimentum egit, simulque, muneri sibi commisso recte fungens, puellas docuit cum mutuo gaudio et profectu mentis et cordis. Aiumnae enim religione, litteris bonisque moribus instructae, ad virtutes et ad sacra continuo ailiciebantur, atque ipsa magistra, vigesimum aunum agens, perpetuo castitatis voto, confessario annuente, se Deo omnino consecrabat. Austerioris vitae cupida Dei Famula, exquisita virorum prudentium sententia, anno 1812, inter Sorores a sancto Alexio cooptatur, suscepto nomine Maria a Iesu, votis etiam nuncupatis, mense iulio anni 1815. Aegrotis curandis quinquennio operam dedit singulari diligentia et caritate. Ob multas animi anxietates, gravi tristitia et moerore auctas per obitum cl. me. Episcopi du Bourg, patrui sui, soror Maria **a** Iesu in morbum incidit diuturnum cum extremo languore et debilitate. Quum aliquantum convalesceret, iussu Episcopi Lemovicensis, qui demortuo Praesuli du Bourg successerat, ad pagum *Evaux* mittitur, ut vires reficeret. Illic, hortante et dirigente eodem Antistite, novum Institutum praeparare coepit anno 1829 et sequentibus. Interim, anno 1830, Ancilla Dei Lemovicum rediit, moderatricem Sororum a sancto Alexio eligendi causa. Per triennium clementissimus Deus disposuit vias ad novae Sodalitatis erectionem, quae, ex ipsius Dei providentia et Beatissima Maria Virgine auxiliante, anno 1833 exorta est. Siquidem pia mulier Maria Lacoste, vidua cum binis filiabus suis in pago *Brives* nondum puellarum collegium dirigebat ad instar familiae religiosae atque alterum simile in pago *Terrason* instituere cogitabat. Soror Maria a Iesu, de hac re edocta, praehabita familiari conversatione cum illis, opportune eas in socias et adiutrices novi Instituti sibi adscivit, atque, obtento utriusque Episcopi Petrocoricensis et Lemovicensis consensu, cum praedictis sodalibus in oppidum *Evaux* se contulit, medio mense octobri anno 1833. Illic omnes postulantes pro nova Congregatione, in soda litio cui nomen « Verbo Incarnato » interdum receptae, tyrocinium aggressae sunt, sub directione Institutricis, matris et magistrae. Caelesti lumine et mariali patrocinio, assidua et ferventi prece una cum suis puellis implorato, Dei Famula constitutiones et regulas conscripsit quas, primum ad experimentum permissas, postea revisas et laude dignas repertas, die 25 februarii anni 1834 Episcopus Petrocoricensis et die

I[a] decembris anni 1849 Lemovicensis Antistes libentissime probarunt. Ex hisce constat Sorores « a Divino Salvatore et a Ssma Virgine », quae induunt vestes iuxta specialem formam et colorem praescriptas, peculiarem finem habere fidelem observantiam primi et alterius divini praecepti, nempe dilectionis Dei et proximi, per cognitionem, amorem, et imitationem Dei et' Salvatoris nostri Iesu Christi eiusque Ssmae Genitricis Mariae Virginis. Inter opera vero quae ipsae exercere debent, cum caritate et simplicitate, recensentur puerorum et puellarum instructio catholica, atque infirmorum ac pauperum assidua et diligens cogitatio et cura in nosocomiis, hospitiis ac domibus. Interea, tyrocinio rite peracto, in sacello Sodalitii a Verbo Incarnato, *Evauœ* in pago, novitiae novi Instituti, quarum prima fuit Maria Lacoste, die 9 februarii anno 1834 religiosa veste benedicta indutae sunt, et, biennio elapso, die 15 februarii anni 1836, solemni ritu eaedem Sorores religiosa vota emiserunt. Deinceps Soror Maria a Iesu, respectivis Ordinariis Dioecesium libenter annuentibus, alias domos Instituti fundavit in locis *La Souterraine,* dioecesis Lemovicensis, quae habita est uti sedes princeps, *Orcêval,* dioecesis Claramontensis, *Lauzum,* dioecesis Agennensis, *Bergerac,* dioecesis Petrocoricensis, atque in oppidis *Aisée* et *Thiers,* ita ut singulis annis singulae fere fundationes responderent. Aucto Sororum numero eisque postulantibus, auctoritate Episcopi Petrocoricensis, consentiente Episcopo Lemovicensi, Soror Maria a Iesu, ob suam pietatem, prudentiam aliasque virtutes, in Moderatricem generalem « Instituti a Divino Salvatore et Ssma Virgine » electa et confirmata fuit. Anno demum 1841, votis et precibus Famulae Dei satisfactum est per electionem domini Dissundes ßegesat, vicarii generalis Lemovicensis, in moderatorem generalem Congregationis, qui eidem Sodalitati magnum incrementum dedit, urgente ipsa fundatrice et antistita generali Sorores ad observantiam legum et praeceptorum et custodiam primaevi fervoris. Congregationi veluti pars accessit sodalitium pauperibus ruricolis instituendis destinatum, a sororibus ruralibus vulgo *Sœurs des campagnes* nuncupatum, quod uti ramum minorem se exhibet eiusdem arboris et regulae, non tamen eiusdem officii. Sorores istae subiectae manent directioni Sororum maiorum. Prima sodalitii domus, Lemovicensi Antistite hortante, erecta fuit in loco *Thial,* quam aliae subsequutae sunt similes domus et scholae quae pueris ac puellis catholicis paterent adversus haereticorum artes et insidias. Insimul Operam quotidianae communionis Famula- Dei instituit, tum ad iniurias Deo illatas cum animarum detrimento resarciendas et remo vendas, tum ad spiritum pietatis ^fovendum et augendum in augustissimum Eucharistiae sacramentum, in Beatis-

simam Virginem Mariam, in sanctos Angelos et Archangelus aliosque sanctos caelites, sub quorum custodia et patrocinio universum Institutum posuerat. Nec praetereundum est quod, vivente adhuc ipsa fundatrice, eiusdem Instituti domus quadraginta circiter enumerabantur, tum ad puerilem aetatem erudiendam, tum ad aegrotos egenosque curandos et sublevandos. Vita Servae Dei virtutibus et meritis plena iam ad occasum vergebat, ut a gravibus multisque laboribus gloriosa conquiesceret. Ineunte anno 1862 Dei Famula composuit et collegit quemdam thesaurum precum in usum suae Congregationis et in extremum memoriale perennis suae orationis, puritatis et caritatis in Deum et proximum necnon suae perfectae subiectionis et observantiae erga sanctam Matrem Ecclesiam, supremum eius caput Romanum Pontificem aliosque legitimos Pastores. Tandem, diutino morbo consumpta, sicut piissima mater inter amantissimas filias, die 26 septembris, anno 1862, aetatis suae septuagesimo quarto, obdormivit in Domino. Ad eius corpus in sacello Communitatis expositum, complures fideles e quovis ordine civium convenerunt et maiori numero, quando ad ecclesiam parochialem civitatis *La Souterraine* devota pompa delatum fuit. Funere solemniter peracto, cum oratione funebri Vicarii generalis Lemovicensis et per viginti circiter annos Superioris generalis Instituti, idem corpus conditum fuit apud sacellum Communitatis, sepulcro inscriptione superposita. Fama sanctitatis, qua soror Maria a Iesu in vita pollebat, post eius obitum magis clara, constans et diffusa, viam aperuit Processui Informativo Lemovicensi super ea condendo. Quo expleto et Romam ad sacrorum rituum Congregationem transmisso, iuris ordine servato et revisione scriptorum Servae Dei peracta, nihil obstare decretum est, quominus ad ulteriora procedatur. Quare, instante R. P. D. Francisco Xaverio Hertzog, e Sulpitiana Familia, Protonotario Apostolico et Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum, Episcoporum atque antistitum ex utroque clero, aliorum virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, atque piarum ac nobilium puellarum et mulierum, quibus accesserunt omnes sodales et alumnae Congregationis « Divini Salvatoris et Ssmae Virginis » auspicantes Servae Dei Mariae a Iesu, suae legiferae matris, felicem Causae introitum et exitum, Emus et Revmus Dnus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanensis et huius Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum,*

de quo agitur? Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Ponentis, audito R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 16 novembris 1920.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum sacrae rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae a Iesu, in saeculo Iosephae du Bourg, fundatricis Congregationis « Sororum a Divino Salvatore et Sanctissima Virgine » nuncupatarum, die 21, eisdem mense et anno.

j$| A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. ÇB S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

ROMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ROBERTI S. R. E. CARDINALIS BELLARMINO SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quis fuerit venerabilis Dei Servus Robertus S. R. E. Cardinalis Bellarmino, quantis fulserit exornatus virtutibus, qua scientia praestiterit ac doctrina, paucis complecti difficillimum sane est opus; ex iis tamen, quae pretiosum eiusdem proxime antecesserunt, comitata et subsecuta sunt obitum, arguere saltem licet atque adumbrare. Cuncta siquidem, quae hoc de loco distincte copioseque descripta reperiuntur in actis, qui animo reputaverit complexusque cogitatione fuerit, is profecto facere non poterit, quin ipsius venerabilis Dei Famuli vitam, actiones

gestasque res absolutissimi) quodam intueatur compendio, reflexoque veluti lumine fidelem quoque venerabilis Viri contempletur imaginem, eximiam morum sanctitatem praestantemque doctrinam arctissimo sociatas foedere, prae se ferentem, simulque confirmatam agnoscat Benedicti XIV sententiam, magnum constituentis in obitu Servorum Dei momentum, si quidem *finis vitae illustris sit et sanctimonia plenus et publica praesertim testificatione notatus;* reique hanc afferentis rationem: *quum, uti dici solet, exitus acta probet* (lib. III, cap. 38).

Nil proinde mirum, si, nulla fere interiecta mora, admota fuerit manus ad iuridicas colligendas probationes, quarum ope introductio obtenta est causae Beatificationis, brevique patuerit etiam aditus praecipuae, quae de virtutibus est, quaestioni; de iis namque, quum per illud tempus antepraeparatoria in usu nondum esset Congregatio, in praeparatoria primum actum est Congregatione, quae die septima septembris mensis anni millesimi sexcentesimi septuagesimo quinti habita fuit.

Verumtamen, quae huc usque tam prospere expediteque processerat Servi Dei Roberti S. R. E. Cardinalis Bellarmino Beatificationis causa, vix atque ad generalem deducta est Congregationem, quae coram sa. me. venerabili Innocentio Papa XI, die vigesima sexta septembris anni millesimi sexcentesimi septuagesimi septimi, coacta fuit, cito incidit in scopulos, et magnas subinde experiri coepit repugnantias; easque nequaquam ex eo esse repetendas, quod heroicae venerabilis Bellarmino virtutes uberibus idoneisque communitae non essent probationibus, sed longe aliis de causis suum duxisse ortum, vel ipsae suadebant, quas ad nocendum adhibitas fuisse constat, machinationes, cum, non multos ante annos, publici iuris quaedam magni pretii facta sunt documenta, quae ipsum Benedictum Papam XIV suum habent auctorem, e quibus, quodnam laudati Summi Pontificis, circa christianas a venerabili Bellarmino heroico gradu exercitas virtutes, *iuxta acta et probata,* exstiterit iudicium, ab eoque rite promulgando curnam ille abstinuerim satis superque innotescit.

Revera, nedum Ecclesiae catholicae hostes, verum et corruptae praeiudicataeque opinionis homines, qui, longo varioque saeculorum cursu, Servi Dei Bellarmino Beatificationis causam perdere sunt minitati, potius quam unum Bellarmino, ipsam solidae sanaeque doctrinae altricem, benemerentissimam Societatem Iesu, quae iure meritoque tanto gloriatur alumno, procul dubio spectarunt. Audaciores proinde effecti eo, quem sub venerabili Innocentio Papa XI sortiti fuerant, successu, celebre quoddam contrarium evulgando Votum, severissima etsi secreti lege contectum, illud prorsus latere debuisset, eadem sub Bene-

dicto Papa XIV vaferrima renovarunt molimina, utque facilius extremum inclytae Societatis Iesu maturarent exitium, quae in binis praegressis generalibus Congregationibus lata fuerant, typis cusa, in vulgus spargenda curarunt negativa suffragia. Quae tamen hoc praecipuo capitalique inficiuntur vitio; quod videlicet, quavis posthabita positiva heroicarum virtutum demonstratione, tota fere sunt in recensendis, quos eorum auctoribus in venerabili Bellarmino deprehendere visum est, defectibus; ideoque diversam ab ea, cunctis in disceptationibus servanda, sectantur methodum, quae, recenti hac aetate, non mediocri cum veritatis detrimento, a nonnullis, quo minus manifestis, eo nocentioribus, instaurata fuit. Hi porro quum probe calleant, post institutae quaestionis valide strenueque confectam demonstrationem, nonnisi postremo loco ad difficultatum, si quae contra facere videantur, solutionem descendere, idem profecto esse, atque difficultates ipsas enervatas fermeque dilutas reperire, ad eam artem callidam sane saepe confugiunt, ut, sueto interverso perturbatoque ordine, difficultatem in *thesim* et *thesim* in difficultatem immutare non vereantur.

Equidem, ut, unde est exorsus, eo revertatur sermo, quibus opus, suo tempore, fuerat, elementa ad necessariam apparandam et accurandam de heroicis venerabilis Bellarmino virtutibus probationem, neque pauca numero neque exiguae molis volumina continent, sive manuscripta, sive typis impressa; eaque in duobus vetustis sacrae rituum Congregationis et Postulationis Societatis Iesu delitescunt tabulariis, ad quae, ceu pro religiosa archivorum custodia sapienter conditae postulant leges, interdictus est aditus, et, quibusdam dumtaxat exstantibus conditionibus, accedere vix licet ad consulendum. Contra, opusculum, quod cuncta complectitur adversa Causae Bellarmino suffragia, venale prostabat et prostat adhuc; illud idcirco haud paucorum versatum est in manibus, quorum nonnulli, sicut valde proclive est coniicere, avide cupideque ipsum lectitarunt. Nec fortasse defuit, qui ex unis diffìcultantibus, quae inibi mira quadam arte ac industria percensentur, universa tamen seposita Servi Dei vita, quodque gravius, incompertis omnino peculiaribus eiusdem Famuli Dei virtutibus, ad quas propositae referuntur difficultates, iam in promptu omnia se habere sit arbitratus, quibus eamdem dignosceret iustoque pretio existimaret venerabilis Bellarmino Causam. Ast vehementer hac opinione sua falsus utique ille fuisset, prout insigniter falleretur, qui, ardua quadam oborta controversia, eam, praecisione facta a supremis principiis, quae subiectam, de qua agitur, materiam regunt et moderantur, se certo ac tuto dirempturum speraret.

Quibus ex omnibus non difficile explicatu est, qui factum sit, ut perdiu vehementerque exspectatum ad haec usque tempora suum adepta non fuerit exitum de heroicis venerabilis Bellarmino virtutibus Causa, donec Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, inde fere a Sui pontificatus exordio, Suos in eam convertit oculos. Quamvis autem e Sibi satis explorata vicissitudinum historia, quibus obnoxia facta fuit de venerabilis Bellarmino virtutibus quaestio, iamdiu a Decessore Suo Benedicto Papa XIV quaestionem ipsam pro diiudicata ac definita haberi posse censeret, nihilominus, ut, magis quo fieri posset, singulari prospiceret Causae dignitati, Reverendissimo™m Cardinalium sacris tuendis ritibus praepositorum, cum interventu et voto Praesulum Officialium, praehabere voluit consultationem. Utque haec nedum extrinseca auctoritate, sed factis inniteretur nec non vi et pondere argumentorum, quae accommodata essent ad persuadendum, eadem, qua nuper memoratum immortalis memoriae Praedecessorem Suum Benedictum Papam XIV in hac ipsa de venerabilis Bellarmino virtutibus Causa usum fuisse noverat, duci Se regique praetulit norma. Eapropter, dum R. P. Fidei Promotori generali hoc dedit negotium, ut obiectivam de statu Causae texeret relationem, auctor insimul exstitit, ut actores quaecumque, sive pro sive contra facere possent, proferrent in medium. Providae iussioni, uti par erat, obsequenter paruerunt et R. P. Fidei Promotor generalis, qua peritia praestat ac sedulitate, obiectiva de statu Causae confecta relatione ; et solertes actuosique actores edito exhibitoque volumine, quod duabus constat partibus. Quarum una R. P. Pauli Dudon, e Societate Iesu, affabre elaborata lucubratio est, qua singulas cernere datur totius Causae phases praeclaris cum eiusdem meritis coniunctas. Altera perfectum sane est opus numerisque omnibus absolutum, a Cardinali Carolo Alberto Cavalchini concinnatum, eidem, tamquam causae Relatori, a Benedicto Papa XIV commissum^ quo cuncta, quae, tam ex adverso, quam pro efficaci Causae tuitione illuc usque adducta utrinque fuerant, optime, perite ornateqúe resumuntur. Adiectae tres succedunt appendices, quarum prima Commentariolum exterioris vitae suae a venerabili Bellarmino conscriptum exhibet, secunda ac tertia satis notum cum suis additamentis Cardinalis Dominici Passionei sub aspectum ponunt Votum, quod, utpote aetate posterius, alia tria, in generali iam Congregatione coram venerabili Innocentio Papa XI emissa, veluti summa, complet atque perficit.

Ita ad novissimum sibi propositum certamen de heroicis venerabilis Bellarmino virtutibus Causa accessit; et quam apte quamque valide parata et instructa accesserit, mirifice comprobavit eventus. In ordina-

riis quippe sacri huius Ordinis comitiis, quae, die decima sexta superioris mensis novembris, celebrata sunt, referente Reverendissimo Cardinali, causae Ponente, Aidano Gasquet, omnibus, qui convenerant, tum Reverendissimis Cardinalibus, tum Praesulibus Officialibus, haec una eademque sententia fuit; nimirum, ita discussas fuisse et comprobatas heroicas venerabilis Servi Dei Roberti S. R. E. Cardinalis Bellarmino virtutes, ut procedi possit ad ulteriora in casu, et ad effectum, de quo agitur. Sanctitas vero Sua, audita relatione per infrascriptum Cardinalem sacrae rituum Congregationi Praefectum, supremum iudicium Suum de more prorogandum duxit, ut, communibus interim fusis Deo precibus, congruum suppeteret tempus ad caeleste lumen implorandum. Quod quidem praestitum quum fuerit, decretoriam sententiam Suam pronuntiare statuit hodierna auspicatissima die, quae Suae ordinationis sacerdotalis et episcopalis consecrationis anniversaria est. Quapropter, sacris pientissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Aidanum Gasquet, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Roberti S. B. E. Cardinalis Bellarmino, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc Decretum publici iuris fieri et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit undecimo calendas ianuarias anno MCMXX.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 7 dicembre 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate dal Venerabile Servo di Dio Bartolomeo Dalmonte, Sacerdote, Istitutore della Pia Opera della Missione, in Bologna.

Martedì 14 dicembre 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Particolare* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali ed i Rmi Prelati Officiali componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto su le seguenti materie:

1) Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia di Cordova sopra i miracoli in specie, che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Antonio Maria Gianelli, Vescovo di Bobbio, Fondatore della Congregazione delle Suore Figlie di Maria Vergine dell'Orto.

2) Intorno alla validità di tutti i Processi Apostolici ed Ordinari della Causa di Beatificazione, ossia dichiarazione del martirio delle venerabili Serve di Dio Ifigenia di S. Matteo delle Suore dell'Adorazione perpetua del Santissimo Sacramento; Elisabetta Teresa del S. Cuore di Gesù, dell'Ordine delle Orsoline; Maria Rosa, dell'Ordine di S. Benedetto; Maria di S. Enrico, dell'Ordine Cistercense, e di altre Compagne, uccise, come si asserisce, in odio alla Fede.

3) Intorno alla validità e rilievo del Processo Apostolico costruito dalla Curia di Palermo, sopra la fama di santità in genere del Servo di Dio Giuseppe Maria da Palermo, Novizio dell'Ordine dei Minori. Cappuccini.

4) Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Fortunato Redolii, Sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Regolari di S. Paolo, detti Barnabiti.

5) E finalmente intorno al culto non mai prestato, come sopra, alla Serva di Dio Gemma Galgani, vergine lucchese.

Martedì 21 dicembre 1920, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Lodovico Billot, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Venerabile Michele Garicoits, Sacerdote, Fondatore della Congregazione dei Preti del Sacro Cuore di Gesù, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* per discutere tre miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Venerabile Servo di Dio, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI DA TENERSI NELL'ANNO 1921

11 gennaio. Congregazione Ordinaria.

25 » Congregazione Preparatoria sopra le virtù della Serva di Dio Suor Teresa del Bambin Gesù.

15 febbraio. **Congregazione Generale** sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Giuseppe Cafasso.

8 marzo. Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Anna Maddalena Remuzat.

15 » Congregazione Ordinaria.

5 aprile. Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Francesco da Camporosso.

26 » **Congregazione Generale** sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Maria Michelina del SSmo Sacramento.

10 maggio. Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Battista Trona.

24 » Congregazione Ordinaria.

31 » Congregazione Preparatoria sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret.

14 giugno. **Congregazione Generale** sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Andrea Uberto Fournet.

28 » Congregazione Ordinaria Particolare.

13 luglio. Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della Beata Maria Maddalena Postel.

19 » Congregazione Ordinaria.

9 agosto. Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Vincenzo Pallotti.

25 ottobre. Nuova Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Alano de Solminiac.

15 novembre. Congregazione Ordinaria.

22 » Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei Venerabili Servi di Dio Lorenzo Imbert e Compagni.

29 » **Congregazione Generale** sopra le virtù del Ven. Servo **di** Dio Giovanni Nepomuceno Newmann.

13 dicembre. Congregazione Ordinaria Particolare.

20 » Nuoya Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Claret.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

4 dicembre 1920. Mons. Francesco Marchetti Selvaggiani, Arcivescovo tit. di Seleucia, *Nunzio Apostolico in Austria.*

9 » » I Rmi Monsignori Enrico Petroccia e Francesco Roberti ; i RR. PP. M. Geslao Paban-Segond dei Predicatori, Carlo Gouthier S. I., Giovanni Battista Rabeneck S. I., Giorgio Michele Sauvage della Congregazione della Santa Croce e Agostino Ruelli degli Agostiniani ; i RR. Sacerdoti Domenico Tard ini e Mons. Francesco Bracci, *Consultori della S. Congregazione dei Sacramenti.*

10 » » L'Emo sig. Card. Michele Lega, *Membro della S. Congregazione dei Religiosi.*

15 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Maria, di Gerona* (Spagna).

19 » » L'Eöio sig. Card. Raffaele Merry del Val, *Protettore della Congregazione delle Sorelle Francescane del Terzo Ordine dell'Immacolata Concezione, di Jolies* (Stati Uniti d'America).

» » » L'Etìio sig. Card. Donato Sbarretti, *membro della Commissione Pontificia per Vinterpretazione del Codice di Diritto Canonico.*

» » » L'Emo sig. Card. Aidano Gasquet, *Protettore della Congregazione delle Sorelle Francescane del Terz'Ordine della Sacra Famiglia, di Dubuque* (Stati Uniti d'America), *e della Congregazione delle Sorelle di San Giuseppe, in Car ondoies di S. Louis* (Stati Uniti d'America).

» » » Mons. Antonio Bernasconi, *Consultore della Penitenzieri a Apostolica* (Sezione delle Indulgenze).

28 V » Il Rmo Prof. Dr. Francesco Schneider, della diocesi di Paderborn, *Uditore del Tribunale della S. R. Pota.*

29 » » L'Eöio sig. Card. Niccolò Marini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Carmelitane Teresiane del Terz'Ordine.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

22 novembre 1920. Mons. Emmanuele Antonio Arboleda, arciv. di Popayan.

18 dicembre » Mons. Giuseppe Schrembs, vescovo di Toledo nell'America Settentrionale.

20 » » Mons. Simone Pereira y Castellón, arcivescovo titolare di Cizico, vescovo di Leon di Nicaragua.

"Prelati Domestici di S. S.:

10 novembre 1920. Mons. Francesco Saverio Pollio, dell'archidiocesi di Sorrento.
29 » » Mons. Pietro Douhet, della diocesi di Moulins.
» » » Mons. Guglielmo Wright, della diocesi di El-Paso.
11 dicembre » Mons. Ludovico Ems, della diocesi di Losanna.
» » » Mons. Eugenio Petite, della diocesi di Ginevra.
15 » » Mons. Lazzaro Podestà, della diocesi di Chiavari.
» » » Mons. Modesto Schickelé, della diocesi di Strasburgo.
16 » » Mons. Giovanni Van Cauwenbergh, dell'archidiocesi di Malines.
22 » » Mons. Giuseppe Fabbri, della diocesi di Sarsina.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato 'di conferire le seguenti onorificenze:

Il Cavalierato dell'Ordine Supremo del Cristo:

30 novembre 1920. Al sig. principe Don Alessandro Ruspoli, Gran Maestro del Sacro Ospizio.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 novembre 1920. Al sig. conte Don Giuseppe Enrico de Olano Loyzaga Iriondo y Aldama de Figols, dell'archidiocesi di Valenza.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 dicembre 1920. Al sig. prof. Luigi Russo, dell'archidiocesi di Napoli.
5 » » Al sig. conte Luigi Macchi, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 luglio 1920. Al sig. Guglielmo Antonio Arnoldo Giuseppe Van Jersel, del Vicariato Apostolico del Surinam.
27 novembre » Al sig. Francesco Van Gardinge, della diocesi di Bois-le-duc.
16 dicembre » Al sig. dottor Baldassare Estupinian, dell'archidiocesi di San Salvador.
» » » Al sig. A. Yoganata Pillaj, della diocesi di Trichinopoly.
21 » » Al sig. Felice Beckers, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Carlo Cuvelier, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giorgio Van de Rydt, della medesima archidiocesi.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

30 novembre 1920. Al sig. Francesco Saverio Seganti, Maestro di Casa dei Sacri Palazzi Apostolici.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 novembre 1920. Al sig. Savino Salviucci, della diocesi di Terni.
2 dicembre » Al sig. Emmanuele Borg, della diocesi di Malta.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Coa Biglietti di S. E. Rffia Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

19 ottobre 1920. Mons. Giuseppe Gasteiger, dell'arctiid. di Monaco e Frisinga.
29 novembre » Mons. Dionisio Szélyes, della diocesi di Tran sii vania.
3 dicembre » Mons. Giuseppe Trezzi, di Roma.
» » » Mons. Gaetano Roma, della diocesi di Veroli.
17 » •» Mons. Giovanni Cipullo, della diocesi di Caserta.
18 » » Mons. Alessandro Paglialunga, della diocesi di Civitacastellana, Orte e Gallese.
» » » Mons. Pietro Lisbona y Alfonso, della diocesi di Barcellona.
23 » » Mons. Giulio Morelli, dell'archidiocesi di Ravenna.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerarii di S. S. :

9 dicembre 1920. Il sig. Alfredo Roberto Camrn, della diocesi di Portsmouth.
» » » Il sig. conte Clemente de Droste -Vischering, della diocesi di Münster.
» » » Il sig. conte Giorgio de Droste-Vischering, della medesima diocesi.
» » » Il sig. conte Giuseppe de Droste-Vischering, della medesima diocesi.
' » » » Il sig. Margravio Carlo di Pers e di Varno, dell'archidiocesi di Salisburgo.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

27 novembre 1920..'Mons. Giacomo Pich, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Mons. Antonio Graziani, dell'archidiocesi di Vicenza.
» » » Mons. Ottavio Ronconi, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Giuseppe P. Dineen, dell'archidiocesi di New-York.
14 dicembre » Mons. Francesco Dezzi, della diocesi di Sarsina.
23 » » Mons. Francesco Verdesca Zain, della diocesi di Nardo.

NECROLOGIO

4 dicembre 1920. Mons. Francesco Löbmann, véscovo titolare di Priene, vicario apostolico di Sassonia.
7 » » L'Emo sig. Card. Giuseppe Sebastiano Netto^ già Patriarca di Lisbona.
9 » » Mons. Giuseppe Meseguer y Costa, arcivescovo di Granata.
13 » » Mons. Giovanni Gaspare Stork, vescovo di Costarica.

Annus XIII - Vol. XIII 24 Ianuarii 1921 Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA ENCYCLICA

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ' ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: SEPTIMO SAECULO EXEUNTE A TERTIO ORDINE FRANCISGALIUM CONDITO.

Sacra propediem celebrari sollemnia, cum septingenti erunt anni a Tertio Ordine Poenitentiae condito, peropportunum putamus ; eaque ut apud catholicum orbem Nos commendatione apostolicae auctoritatis ornemus, facit primum exploratis sima et sperata populi christiani utilitas, tum illud etiam quod Nostram privatim personam attingit. Anno enim MDCCCLXXXII, cum bonorum erga Assisiatem essent vulgo infiammata studia ob saecularem celebrationem natalis eius, grate meminimus Nos quoque inter alumnos magni Patriarchae numerari voluisse, atque ad Mariae in Capitolio, cuius quidem illustris aedis sacra procurant Minoritae, sanctum habitum Tertiariorum rite suscepisse. Nunc igitur, in Apostolorum principis cathedra divinitus constituti, oblatam occasionem perlibenter, vel pro JNTostra in beatum Franciscum pietate, arripimus ad Eccle-

siae filios, qui ubique sunt, cohortandcs, ut hoc sanctissimi viri institutum, mirifice societatis humanae his quoque temporibus idoneum, sive studiose amplectantur, sive sedulo retineant.

Ante omnia quidem unicuique versentur ob oculos vera Sancti Francisci lineamenta animi : nam quem recentiores nonnulli proponunt, in *"modernistarum* officina conflatum, hominem Assisiatem, huic cathedrae apostolicae parum deditum, eundemque vagae et inanis cuiusdam religiositatis quasi specimen, eum profecto nec Franciscum recte appellaveris, nec Sanctum!. — Iam vero ad praeclarissima et immortalia Francisci in rem christianam promerita, - quorum gratijâ is vere dictus est, periculoso maxime tempore, columen a Deo Ecclesiae sanctae datum, - velut quidam, cumulus hic Ordo Tertius accessit, quo quidem nihil melius magnitudinem et vim illustrat eius, quo flagrabat, ardoris in propaganda usque quaque gloria Iesu Christi. Nam ex sollicita consideratione maiorum, quibus Ecclesia tum laborabat, incredibili voluntate aggressus renovare ad christianam legem omnia, cum duplicem familiam Franciscus, unam fratrum, alteram sororum condidisset, qui, sollemnibus votis nuncupatis, Crucis humilitatem sequerentur, nec posset omnes claustris accipere, quos undique ad ipsum eius disciplinae cupiditas adduceret, consilium cepit ut in media saeculi agitatione viventibus daret christianae assequendae perfectionis facultatem; ordinemque veri nominis instituit Tertiariorum, non eum quidem, ut duos priores, votorum religione ob strictum, sed simili ornatum et morum simplicitate et studio paenitentiae. Ita quod nullus unquam *regularis* familiae parens excogitarat, ut religiosum vivendi genus rem communem faceret, hic et invenit primus et effecit, Deo dante, felicissime : de quo illud exstat praeclare dictum Thomae Celanensis : « Egregius nempe artifex, ad cuius formam, regulam et doctrinam, offerendo praeconio, in utroque sexu Christi renovatur Ee-

desia et trina triumphat militia salvandorum ». \ Quo ex testimonio gravissimi viri et aequalis illorum temporum, ut alia omittamus, facile intelligitur quam penitus lateque Franciscus, hoc instituto, populos commoverit, quantumque et quam salutarem in eis rerum conversionem excitar it. Iam vero ut Ordinis Tertii, aeque ac primi et alterius, dubitare non licet quin auctor Franciscus exstiterit, ita eiusdem sine ulla dubitatione legifer sapientissimus ipse fuit. In quo egregiam ei operam navavit, ut accepimus, Cardinalis Ugolinus, is qui deinde, Gregorii IX sibi imposito nomine, hanc Apostolicam Sedem illustravit ; idemque, quum Assisiensi patriarcha familiarissime usus esset, quoad ille vixit, postea eius sepulcrum pulcherrimo templo magnificentissimoque clausit. *Regulam* autem Tertiariorum rite esse Nicolai IV decessoris Nostri auctoritate sancitam nullus ignorat.

Yerum de his nihil attinet Nos plura, venerabiles fratres, addere : illud enim hic Nobis ante omnia faciendum est, ut ingenium propriusque spiritus, qui dicitur, instituti huius appareat, de quo, ut Francisci aetate, ita hisce temporibus quae virtuti Fideique tam inimica sunt, praeclaras in populum christianum utilitates sibi spondet Ecclesia. Probe quidem gnarus rerum ac temporum Leo XIII, decessor Noster fel. rec. Tertiariorum disciplinam, quo accommodatiorem ad omnes cuiusvis gradus redderet, Constitutione edita *Misericors Dei Filius,* anno MDCCCLXXXTII, eorum leges vel regulam ((iuxta praesentes societatis circumstantias » prudentissime temperavit, de illa videlicet aliqua immutando, ut minora, et quae cum his moribus parum viderentur consentanea : ((quo tamen facto nihil demptum, ait, de ipsa Ordi- **te** nis natura putetur, quam omnino volumus immutatam « atque integram permanere ». Omnis igitur ea rei huius immutatio versata extrinsecus est, haud ipsam eius vim rationemque attigit, quae talis perseverat, qualem sanctis-

[1] T Cel. xv, 40.

simus auctor esse voluit. Iam vero plurimum ad emendandus privatim publiceque mores posse Tertii Ordinis spiritum, ut qui Evangelicam sapientiam totus redoleat, arbitramur, si quidem denuo increbrescat, ut olim, cum et factis et verbis praedicaret ubique Franciscus regnum Dei.

Etenim primum omnium is vult in Tertiariis suis eminere, tamquam insigne quoddam, fraternam caritatem', pacis concordiaeque studiosissim&m. Nimirum intelligens id esse Iesu Christi proprium praeceptum, quod legem christianam contineret omnem:, ad ipsum suorum animos diligentissime conf orma vit. In quo illud etiam est assecutus, ut Tertius hic Ordo sua sponte commHinitàìi .hominum»' ***iù&xïme*** salutaris evaderet. Adeo, quo flagrabat Dei hominumque ardore seraphico, non eum Franciscus inclusum animo continere potuit; necesse habuit foras, ad quoscumque liceret, effundere. Itaque, exorsus privatam sodalium vitam domesticamque corrigere et christianis virtutibus excolere, quasi nihil praeterea spectare videretur, non hic sibi consistendum putavit ; sed emendatione singulorum, tamquam instrumento, visus est uti ad christianae sapientiae studium in societatis humanae sinu excitandum, universosque omnes Iesu Christo lucrandos. — Quod igitur Francisco consilium fuerat ut sodales Tertiarii in magnis illis aetatis suae discordiis moribusque civilibus nuncios praeeonesque pacis se praeberent, idem Nobis dudum fuit, cum totus fere orbis terrarum horrífico bello conflagrabat; idem est nunc, eo nondum plane restincto incendio, cum eius passim fument, alicubi etiam fiammescant reliquiae. Cui quidem incommodo illud accedit intestinum» civitatibus malum - quod ipsum diuturna principiorum christianorum oblivio contemptioque ingenerava - civium dicimus, ordines cum ordinibus de terrestrium partitione bonorum adeo dimicantes acriter, ut communis iam sit rerum, pernicies formidanda.

Quare in hoc tam immenso campo, in quem Nos, ut *Regis Pacifici* gerentes vicem, praecipuas quasdam curas cogita-

tionesque contulimus, omnium quidem, quotquot sunt filii christianae pacis, ad vocatam desideramus industriam, sed maxime Tertiariorum sodalium, qui mirum quantum prode-runt ad animorum concordiam reconciliandam, si et nume-rus eorum ubique et studium creverit. Optabile est igitur ut nullum iam sit oppidum, nullus etiam vicus aut pagus, quin _ huius generis sodales satis multos habeat et eos non desi* des quosdam solaque Tertiariorum appellatione contentos, sed impigros suaeque studiosos et alienae salutis. Quidni autem quae ubique apud catholicum nomen vigent multipli-ces variaeque consociationes vel iuvenum, vel opificum, vel feminarum, sese Tertio huic Ordini adiungant, eodemque studio, quo Franciscus, pacis et caritatis affectae, pro Iesu Christi gloria et pro Ecclesiae emolumento niti perseverent? Etenim non eam pacem efflagitat genus humanum, quam laboriosa terrenae prudentiae consilia confecerint, verum quae a Christo allata est, sic affirmante : *pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis* \ Illa enim vel civitatum vel civilium ordinum inter se compositio, quam homines excogitaverint, nec diu permanere, nec verae pacis omnino habere vim potest, nisi in ipsa animorum tranquilli-tate consistat; haec vero nulla est, nisi cohibitis tamquam officii freno cupiditatibus, ex quibus omnia cuiusvis generis dissidia nascuntur. *Unde bella et lites in vobis,* quaerit Ia-cobus Apostolus, *nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quae militant in membris vestris?* [2]. Iam recte ordinare omnia, quae in hominis natura insunt, sic ut non suis ipse cupidinibus serviat, sed imperet, divinae obediens subiectus-que voluntati, qua quidem in ordinatione, tamquam funda-mento, pax communis nititur, Christi virtutis est, eaque in Tertiariorum Franciscanum familia mirifice efficax apparet. Nam quia hic Ordo, ut diximus, illud habet, ut sodales suos ad christianae vitae perfectionem, quamvis saecularibus cu-

[1] Ioan. 14, 27.

[2] Iac. *Ep. cath.* 4, t.

ris implicatos, instituat, - neque enim ab ullo genere eursuque vivendi abhorret morum sanctimonia - idcirco, ubi complures sint, qui huic instituto congruenter vivant, necessitate quadam sequitur, ut aliis omnibus quos inter versantur, magno sint incitamento non modo ad omne officii munus explendum, sed etiam ad perfectius quiddam in vita attingendum quam communis lex iusserit. Quae igitur a Christo Domino tributa laus est discipulis, ei praecipuum in modum adhaerentibus, cum dixit : *De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo* [1], eadem merito tribuenda his Francisci alumnis qui evangelica consilia, mente et animo, quantum in saeculo licet, observantes, vere de se affirmare idem possunt quod Apostolus : *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est* [2].

Quare longissime se abstinentes a mundi spiritu, studebunt contra in communis vitae consuetudinem spiritum Iesu Christi, quacumque ipsis detur- aditus, inferre. Iam vero duo sunt quae hodie in maxima morum perversitate dominantur, infinitum quoddam studium habendi et inexplebilis voluptatum sitis. Hinc praesertim eam hoc saeculum habet labem et maculam, ut, cum in rebus omnibus quae ad vitae commoditatem iucunditatemque pertinent, perpetuam fere progressionem faciat, in eo lautem quod maius est, scilicet in officio bene recteque vivendi, miserabiliter ad ethnicae vetustatis flagitia regredi videatur. Nam quo magis obscurantur apud homines sempiterna, quae in caelis parata sunt, bona, eo magis haec eos caduca alliciunt capiuntque ; cum autem semel in terram sese animi abiecerint, proclive est sensim in iis virtutem hebeseere, eisdemque fastidientibus quae spiritus sunt, nullas res iam: sapere, nisi oblectamenta deliciarum. Ergo videmus vulgo ex una parte nec quaerendae neque augendae rei ullum adhiberi modum, ex altera antiquam desiderari patientiam molestia-

[1] Ioan. 17, 16.
[2] 1 *Cor.* % l'2.

rum quae inopiae vel tenuitati comitari solent ; cumque inter proletarios et copiosos illae intercedant simultates quas diximus, ad acuendam tenuiorum invidiam accedere profusum nimis multorum cultum corporis, indigna prorsus licentia coniunctum. Qua in re satis equidem deplorare non possumus tot ex quavis aetate ac genere calcitatemi mulierum, quae, studio placendi infatuatae, non vident quantum illa, qua utuntur, insania vestium non solum optimo cuique displiceant, sed Deum offendant. Neque enim satis habent cum tali ornatu - quem plurimae earum olim exhorruissent, ut christianae modestiae nimis repugnantem - prodire in publicum , quin aedes sacras ingredi non verentur et in sacrorum celebritate versari, atque etiam ad ipsam mensam Eucharisticam, in qua divinus castimoniae auctor sumitur, foedarum deferre lenocinia cupiditatum. Mittimus autem eas, quae nuper ex barbaria in hominum elegantium morem venerunt, alias aliis deteriores, saltationes, quibus nihil inveniri potest aptius ad omnem exuendam verecundiam.

Haec si diligenter Tertiarii sodales attenderint, intelligent quid a se, Francisci alumnis, tempus postulet. Nimirum[1] intueantur oportet in vitam Patris sui ; considerent quanta ei quamque expressa cum Iesu Christo fuerit similitudo, maxime in huius mundi fugiendis commodis suscipiendisque doloribus, qui et pauperculi sibi nomen pepererit, et in corpore suo stigmata acceperit Crucifixi ; atque ab eo non se degenerare ostendant, paupertatem saltem spiritu amplectendo ac semet ipsos abnegando suamque quisque crucem tollendo. Tertiariae vero, quod* ad eas praesertim attinet, sese in habitu atque in omni vitae cultu praebeant ceteris puellis matronisque sanctae pudicitiae documentumi; nec putent se melius de Ecclesia deque republica posse me-' reri quam: corruptorum parando emendationem morum. —= Quod si sodales huius Ordinis ad opitulandum egenis in eo^ rum necessitate multiplici varias beneficentiae rationes instituerunt, certe commissuri non sunt, ut fratres, non rerum

terrenarum sed multo maiorum indigentes, suae caritatis officiis destituant. Atque hic venit Nobis in mentem illud Petri Apostoli qui christianos hortabatur vellent, sancte vivendo, esse gentilibus exemplo ob eam causam, ut *ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis* \ Similiter Tertiarii Franciscales et fidei integritate et vitae innocentia et studii alacritate bonum Christi odorem late diffundere et fratribus, qui de via deelinaverint, hortamento debent et invitationi esse ad resipiscendum : hoc ab eis exigit, hoc exspectat Ecclesia.

Nos vero ex proximis sollemnibus Tertium hunc Ordinem bona accepturum incrementa confidimus ; nec dubitamus quin vos, venerabiles fratres, ceterique animarum pastores magnopere curaturi sitis, ut Tertiariorum sodalitates, sicubi languescunt, revirescant, aliaeque etiam, ubicumque fieri possit, excitentur, floreantque omnes disciplinae observatione non minus quam sodalium copia. Id enim denique agitur, ut quam plurimis hominibus muniatur per Francisci imitationem via et reditus ad Christum, quo in reditu spes maxime continetur communis salutis. Nam quod Paulus ait : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [2], id ipsum iure Francisco usurpare licet, qui, Iesum' Christum imitando, eius factus est simillima omnium effigies et imago.

Itaque eadem sollemnia quo fructuosiora eveniant, haec Nos, trium familiarum Franciscalium primi Ordinis Ministris Generalibus enixe rogantibus, de sanctae Ecclesiae thesauro largimur :

I. In omnibus aedibus sacris ubi sodalitates Tertii Ordinis legitime sunt institutae, cum ibi, per annum integrum a die **XVI** aprilis proximi, ob hanc saecularem sollemnitatem supplicatio in triduum fiet, Tertiarii sodales quidem singulis iis diebus, ceteri vero semel plenariam peccatorum remissionem, usitatis conditionibus, lucren tur : quicumque

[1] I Petr. **2,-** *m.*

[2] Ï *Cor.* 11, **i.**

autem ibidem augustum Sacramentum; de suis peccatis dolentes, visitaverint-, ii septem annorum indulgentiam *toties quoties* consequantur ;

II. Omnia earum aedium altaria-per eos dies *privilegiata* sint; eodemque triduo sacrum de S. Francisco, tanquam votivum pro re gravi et simul publica de causa, ibidem cuilibet sacerdoti facere liceat, servatis generalibus rubricis Missalis Romani, ut in novissima eius editione Vaticana proponuntur ;

III. Omnes sacerdotes, iisdem aedibus addicti, possint per eosdem dies Rosaria, numismata, similia, benedicendo, apostolicae^ indulgentiae muneribus ditare, item Rosariis Crucigerorum et Sanctae Birgittae benedicere.

Auspicem vero divinorum munerum ac benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres, et universis Tertii Ordinis sodalibus amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, in Epiphania Domini MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

1

SUBMISSIO AUCTORIS OPERIS DAMNATI

Dr. W. Wilbrand, auctor libri, cui titulus: *Kritische Erörterungen über den Katholischen Religionsunterricht an höheren Schulen,* decreto Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii diei 10 novembris 1920 proseripti et in Indicem librorum prohibitorum inserti, se subiecit et opus reprobavi!.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 17 decembris 1920.

A. Castellano, *Supremae S. C. S. Öff. Notarius.*

II

DECRETO

CON CUI SI DICHIARA IL SAC. ERNESTO **BUONA1UTI** INCORSO NELLA SCOMUNICA, E CONSEGUENTEMENTE NELLA SOSPENSIONE « A DIVINIS ».

Considerando che il sac. Ernesto Buonaiuti insegna da molti anni e con pertinacia propugna proposizioni teologicamente erronee, ed anche manifestamente eretiche; che più volte ammonito, contrariamente alle sue ripetute proteste di sottomissione e al formale giuramento prestato il 13 luglio 1916, non ha dato segni di vera e sincera resipiscenza ed. anzi di recente nel periodico *Religio* (luglio-settembre 1920) ha osato negare apertamente il domma della presenza reale di N. S. Gesù Cristo nella Ssma Eucaristia, la Suprema Sacra Congregazione del Sant'Uffìzio, nell'adunanza plenaria di feria iv, 12 gennaio 1921, con l'approvazione del S. Padre, ha dichiarato e dichiara il sopradetto sacerdote Ernesto Buonaiuti incorso nella scomunica a termini di diritto, e conseguentemente anche nella sospensione *a divinis.*

Roma, dal Palazzo del Sant'Uffizio, 14 gennaio 1921.

L. Castellano, *Notaro della S. S. C. del Sant'Uffizio.*

III

DECRETUM

DAMNATIO PERIODICORUM: « RELIGIO » ET « RIVISTA TRIMESTRALE DI STUDI « FILOSOFICI E RELIGIOSI ».

Feria IV, die 12 ianuarii 1921

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Rmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt periodica:

« 1. *Religio,* Rassegna di storia delle religioni, fondata da Nicola « Turchi, diretta da Giulio Farina. Roma, Ausonia.

« 2. *Rivista trimestrale di studi filosofici e religiosi,* diretta da « Alessandro Bonucci. Perugia, via Baldeschi, 2 ».

Et insequenti feria v, die 13 eiusdem mensis, Sanctissimus D, N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum decisionem approbavit, confirmavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 14 ianuarii 1921.

A. Castellano, *Supremae S. O. S. Off. Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCIMI

ZAGABRIEN.

NOMINATIONIS VICARIORUM COOPERATORUM

13 novembris 1920

QUAESTÍO. - Archiepiscopus Zagabrien. ab hac S. Congregatione inter cetera haec expostulavit:

« In archidioecesi Zagabriensi habetur centenaria consuetudo nomi- « nandi vicarios cooperatores *inaudito parocho.* Consuetudo inducta est « ob penuriam sacerdotum et ob expeditiorem administrationis modum. « Quaeritur: utrum huiusmodi consuetudo possit servari ».

VOTUM CONSULTORIS. - Pro huius dubii solutione animadvertendum est, ante Codicis promulgationem non eundem ubique observatum fuisse modum nominandi vicarios cooperatores parochorum. Verum quidem

est, S. Conc. Trid. antiquam comprobasse traditionem, ac statuisse, parochorum esse: «sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot « sufficiant ad sacramenta exhibenda et cultum divinum celebrandum » (sess. 21, cap. 4). Immo Innocentius XIÍI in Const. *Apostolici ministerii,* d. d. 13 maii 1723, § 11 modum in hac assumptione vicariorum servandum pro Hispania accuratius determinavit, et Benedictus XIII Const. *In supremo militantis,* d. d. 23 sept. 1727 hanc Constitutionem Innocentianam confirmavit et ad universos locorum Ordinarios extendit.

Cum parochi iurisdictionem ordinariam in sua quisque paroecia habeant, hanc etiam aliis, a lege requisitas qualitates habentibus, *per se,* delegare possunt. Notandum etiam est, tempore Concilii Tridentini nondum seminaria dioecesana exstitisse, in quibus clerici sub oculis episcopi ad ministeria sacerdotalia praeparantur. Quare eo tempore parochus iuvenem sacerdotem, a se ipso forsan ad sanctuarium adductum, illiusque aptitudinem ad ministerium parochiale, facilius cognoscere poterat quam episcopus. Hinc S. Synodus episcopos tantummodo iussit, ut parochos cogant in locis, « quibus populus ita numerosus sit, ut unus « rector non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis ministrandis et « cultui divino peragendo », ut « sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiun- **gi** gant, quot sufficiant... ».

Hic modus nominandi vicarios cooperatores, scilicet *per ipsos parochos,* fere ubique perduravit usque ad finem saeculi decimi octavi, ut etiam apparet ex plurimis synodis dioecesanis durante illo tempore habitis (et partim congestis in *Analecta Iuris Pont.,* ser. V (1861), col. 877 sqq.). Verumtamen inde a tempore perturbationis gallicae, quae omnia in ecclesiastica et civili societate non solum in Gallia, sed etiam in finitimis regionibus, sus deque vertit, alius modus invaluit, quo dicti vicarii *ab episcopis* nominabantur absque ullo parochi interventu. Sic res se habebat in *Gallia, Belgio* et *Sabaudia (Praelectiones iur, can.* habitae in semin. S. Sulpitii, I, 402; Derenbourg, *Etude canon, sur les Vicaires paroissiaux,* Tournai, 1871, p. 102), in *Austria* et *Germania* (Vering, *Kirchenrecht,* Freiburg, 1881 alt. ed. p. 608; Müller, *Lexicon des Kirchenrechts,* III, 278), in Statibus unitis *Americae* septentrionalis,, in *Canadia, Hibernia* et aliis regionibus sub ditione *britannica* (Smith, *Elements o f eccl. law,* New York, 1887, VII ed., I, 447). Iste modus nominandi vicarios cooperatores, scil. per episcopos absque interventu parochorum, etiam Statutis dioecesanis (ex. gr. *Statuta Monasterien.,* ed. Krabbe, 1849) et Conciliis provincialibus et nationalibus (ex. gr. *Conc. Quebec,* an. 1854: *Collectio Lacen.,* III, 652; *Synodus Plenaria Hiberniae* apud Maynutiam, an. 1875, n. 217), ab Apostolica Sede approbatis, in-

sertus est. Imo etiam *in. Conc. Plenario Americae latinae,* an. 1889 in hac Alma Urbe habito, statuitur n. 270: «Si autem solus (parochus) non sufficiat, tot sacerdotes, quantum fieri poterit, *ei adiungantur* quot... »; et n. 275 praescribitur, in synodo dioecesana fieri debere accuratam descriptionem obligationum et iurium coadiutorum parochorum.

Superfluum ergo videtur, neque ad rem nostram facit, hanc consuetudinem legi Tridentinae contrariam tamquam legitimam probare (videsis Derenbourg, loc. cit., p. 103 sqq., et ipsum protestantem Hinschius, *System des Kath. Kirchenrechts,* Berlin, 1828, II, 320). Haec vero S. Congr. Conc. Episcopo Aturensi (Aire) anno 1865 de re interroganti respondit: « De iure (nominationem) spectare ad parochum cum approbatione episcopi; attentis vero peculiaribus circumstantiis, servandum esse usum in ceteris Galliarum dioecesibus obtinentem, usque dum aliter fuerit a S. Sede declaratum » (Bouix, *Le parocho,* in append. I, § 5). Sufficiat indicasse, multo plures regiones fuisse, in quibus praefata consuetudo contraria vigebat, quam illae (Italia, Hispania, Sardinia), in quibus lex Tridentina observabatur.

Hanc porro consuetudinem nuper datus Codex in legem generalem convertit, statuens, « non ad parochum, sed ad loci Ordinarium, audito « parocho, competere ius nominandi vicarios cooperatores e clero sae« culari » (can. 476, § 3). Iste canon quantum ad nominationem vicariorum cooperatorum pro iis regionibus, in quibus eousque lex Tridentina viguerat, novam induxit disciplinam. Ut autem ius in iis regionibus parochis antea acquisitum, quantum nova et melior disciplina patiebatur, servaretur, *Codex* voluit, ut parochi saltem audirentur ab episcopis. Hinc putaverim, illam clausulam « audito parocho » minime referri ad illas regiones, in quibus, tacente et approbante S. Sede episcopi, contra parochos per legitimam praescriptionem ius acquisiverant, independenter a parochis eorum vicarios cooperatores nominandi, sed ibi applicari debere can. 4: «Iura aliis *{episcopis)* quaesita... integra « manent... »; nec non can. 5: « Vigentes in praesens contra horum sta« tuta canonum consuetudines, sive universales sive particulares... quae « quidem centenariae sint et immemorabiles, tolerari poterunt, si Ordi« narii pro locorum ac personarum adiunctis existiment, eas prudenter « submoveri non posse ».

Nescio an unquam disciplina ecclesiastica et salus animarum in saepe memoratis regionibus detrimentum passae sint ex hoc capite, quod episcopi vicarios cooperatores parochorum nominabant quin ipsos parochos prius audiverint. Quod si nunc episcopi in illis regionibus- adigerentur ad audiendos parochos antequam illis cooperatorem assignent, nullum ex hac innovatione bonum resultaret, quin immo expe-

ditio negotiorum in magnis praecipue dioecesibus, valde praepediatur.

Quapropter ad dubium Archiepiscopi Zagabriensis mihi respondendum esse videtur: *Affirmative.* Hucusque votum Consultoris.

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. - Dubium istud quod movetur, potius practicum videtur quam iuridicum. Non enim dubitari potest utrum consuetudo in casu sit *reprobata expresse* per Codicem, quum nulla huius reprobationis deprehendi valeant indicia. Neque etiam ambigendum est quin consuetudo sit *contraria* praescripto Codicis: quippe dum Codex praescribit: « ius spectare ad Ordinarium loci nominandi *audito parocho* », in consuetudine habetur ius nominandi esse Ordinario *inaudito parocho;* qua contrarietate nulla dari potest manifestier.

Restat igitur quaestio tantummodo practica, ad normam laudati can. 5, utrum in casu « Ordinarius existimet, praefatam consuetudinem « submoveri posse, necne ». At vero, dum in casu Episcopus dubitat num consuetudo *possit servari,* palam profitetur nullum dubium superesse quin illa *possit submoveri.* Nec revera, si obiectum removendae consuetudinis attendatur, facile quis exponere valeat quid incommodi suboriturum sit, si, de persona nominandi coadiutoris, prius coadiuvandi interpelletur, nulla statuta obligatione illius sententiam sequendi (c. 105, I°). Quae cum ita sint, profecto nullum subest impedimentum quominus Codex, datus praecipue ad uniformitatem legis et disciplinae ecclesiasticae inducendam, hunc suum effectum in casu sortiri possit.

Quod demum additur de iure episcopis in rem quaesito ad tramitem can. 4, illud ipse eximius Consultor in suo voto diluisse videtur, dum directe ostendit, ex historia iuris, legem datam per Codicem, quoad definitum punctum quod dubium respicit, esse *novam,* contra quam profecto quodlibet praescribendi tempus defuit. Itaque potius negativa quam affirmativa responsio, dubio, prout exponitur, danda, videretur.

Verum haec animadversio quanti facienda sit, pro sueta prudentia Emi Patres decernent. Quare, etc.

RESOLUTIO. - Sacra porro Concilii Congregatio, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis die 13 novembris 1920 in Palatio Apostolico Vaticano habitis, respondendum censuit proposito dubio : *Standum dispositioni Codicis, can. 476 §3.*

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Benedicto XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in Audientia diei subsequentis, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

I

BERGOMEN.

REDITUS CAPPELLANIAE

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno quinto, die 29 iulii 1919, BR. PP. DD. Maximus Massimi, Ponens, *Iulius Grazioli et Franciscus Parrillo, Auditores de turno, in Causa* Bergomen. - Reditus Cappellaniae, *inter R. D.* Laurentium Togni, *parochum loci vulgo* Zanica, *actorem, appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem D. Vincentium Sacconi, advocatum, et R. D.* Ioseph Pezzoli, *praepositum ecclesiae S. Alexandri* in Colonna, *quae est Bergomi, repraesentatum per legitimum procuratorem D. Angelum DAlessandri, advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Gaspar Sirtorius, animarum saluti studens, impetrata facultate ab Ordinario, erexit, intra fines paroeciae oppidi *Zanica,* dioecesis Bergomensis, publicum oratorium, quo sacra fierent, in commodum praesertim fidelium cuiusdam partis illius oppidi, quam *Capannelle* appellant, trium circiter millium passuum intervallo ab ecclesia paroeciali remotae. Ordinarius vero consensum non praebuit nisi audito parocho loci, qui rem favore complexus est, et attenta obligatione, in omnes impensas oratorii conservationis et cultus, qua Gaspar se suosque heredes adstrinxerat.

Quo melius et obligationi susceptae satisfaceret et fini sibi proposito consuleret, ipse documento diei 28 mensis iulii anni 1836 declaravit « per sè ed «eredi, di voler istituire una cappellania ». Cuius fundationis leges statuit cum de obligationibus cappellani, tum de eiusdem iuribus, inter quae illud est utendi fruendi quodam praedio « ascendente a circa pertiche locali ottan- « totto » proximo oratorio. Cappellanum eodem tempore, parocho consentiente, elegit sacerdotem Ambrosium Lavelli, qui, annuens, documentum signavit et munus suscepit.

Triennio nondum exacto, Gaspar se et omnia sua obtulit domui religiosae PP. Conventualium, quae, sub invocatione S. Georgii, surgebat Bergomi. Itaque, instrumento diei 22 mensis martii anni 1839, huic domui bona universa cessit,

ea tamen lege ut eappellania, quam fundaverat, salva foret. Iussit enim religiosam domum, post primum cappellanum a se electum, alios eligere, de familia vel extraneos. Onera vero cappellaniae, iterum definiens, facultatem dedit PP. Conventualibus eadem augendi «col corrispondere ad esso cappellano « anche quello stipendio che stimerà conveniente, col poter deviare da quello «in corso stabilito dal donante » (art. XIV).

Sive primus cappellanus, sive eius successor Bertacchi (annis 1853-58) a, domo religiosa designatus, praedio, quod supra diximus, oratorio proximo, gavisi sunt. Tertius capellanus, cognomine Regazzola, ab anno 1859 ad annum 1863, apud oratorium, ut antecessores, resedit, postea alio transmigravit, unde diebus festis oratorium muneri satisfacturus petebat. Certum est sub eo praedii usumfructum, quem priores cappellani habuerant, cessasse, cum habeatur in actis documentum contractus, quo PP. Conventuales praedium illud anno 1864 locaverunt ad diuturnum tempus.

Anno 1868 publicis legibus suppressa est domus religiosa S. Georgii. Cui malo occurrerat pius fundator, cavens ut in locum suppressae domus succederet parochus pro tempore ecclesiae S. Alexandri *in Colonna,* quae estBergomi. itaque bona Gasparis cesserunt parocho S. Alexandri, qui in fiscum, bona illa sibi vindicantem, pugnavit victoriamque retulit sententia diei 19 februarii 1874.

Novi cappellani non sunt restituii in usumfructum controversi praedii, neque de hac re lege egerunt, usque ad annum 1915, quo parochus oppidi *Zanica* petiit ut cappellano loci *Capannelle* praedium traderetur utendum fruendum. Petitioni resistente parocho S. Alexandri, res agitata est administrativo modo in Curia Bergomensi et resoluta contra petitorem. Qui institit ut res iudiciario modo definiretur, sed sententia Tribunalis Bergomensis ei contraria fuit, licet incidenter vicisset contra binas exceptiones parochi S. Alexandri. Cum enim hic et actionem parocho oppidi *Zanica* denegasset et praescriptionem opposuisset, duabus sententiis interlocutoriis diei 15 mensis iulii anni 1916 et diei 14 mensis novembris eiusdem anni definitum est actori competere actionem, praescriptioni vero locum non esse.

Ab his sententiis interlocutoriis parochus S. Alexandri nullam interposuit appellationem, a sententia vero definitiva appellavit actor ad N. T., coram quo disputatur hodie: *An ad cappellanum loci* Capannelle *spectet ususfructus praedii de quo agitur.*

Ius quod spectat. - Cum sententia lata inter partes, quarum altera saltem non habeat personam standi in iudicio, nullitatis insanabilis vitio afficiatur *{Cod. 1. C,* can. 1892, 2), PP., antequam inquirerent in principia iuris respicientia cappellanias piasque fundationes, ad examen revocarunt quaestionem, an controversum ius cappellani loci *Capannelle* vindicare valeat parochus oppidi *Zanica.* Cui quaestioni affirmative respondendum putarunt. Nam parochi quam maxime interest salva fore iura cappellaniae institutae in evidens bonum paroeciae. Praeterea cappellano conveniunt quae habet Reiffenstuel *(Ius can.,* lib. II,

tit. XXVII, n. 156) : « Ubi controvertitur in iudicio de re ad me principaliter «pertinente, ac possum removere litigantem, sive in me assumere actionem « de re illa, vel saltem pro testari, ne alter litiget in meum praeiudicium, et « tamen taceo, censeor consentire in illius actionem, iuxta Reg. 43 *Iuris,* in 6° : « " Qui tacet consentire videtur „ : sicque alter intelligitur litigare de mea volun- « tate » (1. *Saepe constitutum,* D. *De re iud.).* Quod in casu firmatur expressa declaratione cappellani, qui ait: « Quindi è evidente, se io posso esser contento « del mio stato, e se non dovevo prender parte alla causa. Naturalmente, inca- « pace di mente e di borsa, mi affidai totalmente al mio reverendissimo Pre- « vosto » (in actis).

Gappellaniarum vero indolem quod attinet, PP. notas has regulas prae oculis habuerunt. Cappellaniae, ita appellatae ex eo quod obligationem soleant importare vel celebrandi Missae sacrificium, vel certa ministeria praestandi statis diebus in certa cappella sive altari, unam eamdemque naturam non habent: definiuntur autem a fundationum tabulis (Berardi, *Comm. in ius eccl.,* vol. 1, pag. 437; D'Annibale, *Theologia moralis,* III, § 71). Praecipua autem divisio de earum forma haec est, quod aut ecclesiasticae sunt aut laicales. Ecclesiasticae dicuntur, quae a competente ecclesiastica auctoritate erectae sunt (arg. ex *Cod. I. C,* can. 141 2, 2); laicales, reliquae, in quibus fundator ipse unus, voluntate sua, omnia disposuit. Hoc altero quoque in casu fieri potest, ut cappellania tradenda sit clerico, cum satis sit ut designetur clericus qui ab Ordinario fuerit adprobatus ad ea munera exercenda, quae ex legibus fundationis sint praestanda (Berardi, loc. cit. ; Sebastianeiii, *De personis,* 182, *d).*

Cum cappellaniae ecclesiasticae beneficiis adnumerentur, in iure beneficii nomine non veniunt cappellaniae laicales *(Cod. I.* C, can. 1412, 2). Quae contra solent aequiparari legatis piis aut donationibus piis. Ita Reiffenstuel : « Si quis « in ecclesia certas Missas, vel etiam anniversaria, sub competenti stipendio, « in perpetuum fundaverit, nisi adprobatio Episcopi accesserit, non erit bene- « ficium, sed solummodo pium legatum, aut pia donatio » *(Ius. can.,* lib. III, tit. V, n. 16). Et De Luca: « Advertebam in primis ad conclusionem hodie certam « ...quod, cum huiusmodi cappellania formalem erectionem in beneficium cum « Ordinarii vel alterius Superioris auctoritate non haberet, regulanda non esset « cum terminis spiritualibus seu beneficialibus, sed cum profanis, tamquam « simplex legatum celebrationis Missarum, quod heredi iniunctum sit faciendi « per quemcumque presbyterum eius libito eligendum, iuxta magistralem sen- « tentiam in *Melphiten-Legati pii,* coram Dunozetto (inter suas dec. 101) » *(De iure patronatus,* disc. XV, n. 4).

Ad pias fundatioDes quod est, haec habetur in *Codice I. C.* definitio: « Nomine piarum fundationum significantur bona temporalia alicui personae « morali in ecclesia quoquo modo data, cum onere in perpetuum, vel in diutur- « num tempus, ex reditibus annuis aliquas Missas celebrandi, vel alias prae- « finitas functiones ecclesiasticas explendi, aut nonnulla pietatis et caritatis « opera peragendi » (can. 1554, § 1). Cum autem fundationes piae a persona

morali acceptari non possint sine consensu Ordinarii loci (can. 1546, § 1), huius iura, si agatur de piis fundationibus in ecclesiis, etiam paroecialibus, religiosorum exemptorum, exclusive competunt Superiori maiori (can. 1550).

Illud solemne est, hac universa in re, ut diligentissime impleantur voluntates fidelium facultates suas in pias causas donantium vel relinquentium (.can. 1514). Itaque summa ipsa quaestionis est in his voluntatibus indagandis. Quam facti quaestionem PP. diligentes investigatur^ animadverterunt non bene a sententia appellata constitutum fuisse principium, de donationibus amplissime interpretandis in favorem donatarii, casui aptandum. Nam in primis principium illud, quasi iuris regula generalis, admitti non potest: « Licet enim « alias in donationibus, praesertim Principum, de quibus satis constat, latissima « pro donatario interpretatio sit facienda *c. Cum dilecti,* 6, *De donatione ad « finem* ibi, *quia in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis « quoque pienissima interpretatio est adhibenda* iuncta 1. *Beneficium,* 3, ff. *De « Constitut. Prmcip.,* ibi : *Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet eius «indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus;* tamen quia « donare suum perdere et iactare est (1. *filius familias,* 7 pr. ff. *De donat.),* suum « autem iactare in dubio nemo praesumitur, *arg. I. Cum de indebito,* 25 pr. *sin « vero,* ff. *De Probat.,* merito pro donante fit interpretatio, ubi de donatione non « satis constat. Ob quam eamdem rationem pro eodem interpretatio fieri debet, « si dubium est, an plus vel minus donatum sit. Pariter pro donante interpretatio facienda, si per donationem praeiudicatur quaesito iam iuri tertii, « quia huic praeiudicare velle nemo censetur etc. » (Reiffenstuel, *Tractatus de Regulis iuris,* Reg. LVII, n. 9). Deinde principia respicientia donationes non sunt casui aptanda. Etenim, quod ceteroquin ipsa sententia appellata, paullo ante quam regulam illam statueret, dixerat: « fundatio, legitime acce« ptata, naturam induit contractus synallagmatici : " do ut facias „ » *(Cod. I. C,* can. 1544, § 2).

Factum quod spectat. - Bona, olim Gasparis Sirtorii, inter quae praedium controversum, cesserunt parocho ecclesiae S. Alexandri, instrumento diei 13 mensis augusti anni 1868, quod in actis habetur. Ibi, in primis, legitur: « Primie« ramente le parti qui intervenute dichiaransi edotte di tutto il contenuto negli « atti 10 marzo 1837 e 22 marzo 1839, che in ogni parte confermano e vogliono «in perpetuo rispettato ». In postremis vero: «Per tutto ciò che eventual - « mente fosse stato in questo instrumento dimenticato, le parti intervenute «si riportano pienamente al disposto degli atti di costituzione retrocitati, « 10 marzo 1837 e 22 marzo 1839, ed in specialità per ciò che è disposto nel« l'art. XIV di quest'ultimo titolo ». Itaque omnis inquisitio transferenda est in documenta quae commemorantur; in casu ad instrumentum diei 22 martii anni 1839, cum alterum alia bona respiciens ad rem non faciat.

Neque contra conclusionem illud opponi potest, quod in instrumento anni 1868 onera Sirtorianae fundationis recenseantur, inter haec vero nulla

mentio fiat ususfructus controversi. Nam, ut alia omittamus, cum certum sit, ut supra dictum est, cappellanos tunc temporis usumfructum praedii, de quo agitur, non habuisse, nil mirum quod, ubi factum exponebatur sub formula: « oneri tutti che poi oggi sussistono nella misura seguente », ususfructus qui facto cessaverat praeteritus sit. Atqui hodie quaeritur utrum iure an iniuria cessaverit. -

Ascendentes igitur ad instrumentum diei 22 mensis martii anni 1839, quo pius fundator bona sua omnia domui religiosae S. Georgii dedit, eo pacto ut detrimentum non caperet cappellania, quam, documento diei 28 mensis iulii anni 1836, ipse instituerat, PP. adnotatam voluerunt aerem controversiam, quae inter partes agitatur, utrum nempe iura cappellani definienda sint ad normam unius instrumenti anni 1839, vel etiam documenti anni 1836. Patronus enim parochi ecclesiae S. Alexandri, appellata sententia fretus, contendit pium fundatorem anno 1839 mutasse voluntatem anno 1836 manifestatam. Quod altera pars negat. <

Ad rem PP., comparatione instituta inter utrumque documentum, tenuerunt non haberi exclusionem prioris voluntatis per posteriorem sed, ad substantiam rei quod attinet, unam cum altera coniurare amice. Nam cappellania anno 1836 instituta, cum a competente auctoritate ecclesiastica erecta non fuerit, habenda est ut laicalis. Etenim facultas antea ab Ordinario impetrata publicum oratorium erigendi, perpetuo onere suscepto occurrendi conservationis et cultus expensis, non importabat canonicam cappellaniae erectionem. Atqui, ut supra dictum est, cappellania laicalis aequiparatur legatis donationibusve piis. Cum igitur, instrumento anni 1839, apertissime habeatur pia fundatio rite acceptata sub forma donationis cum onere « di tener attivata la cap-« pellania », sequitur actum hunc non eius esse naturae ut antiquiorem evertat.

Neque de mutata voluntate constare dicendum est ex mutatis cappellaniae legibus. Qua in re appellata sententia multa in eo est ut onera, cappellanis anno 1836 imposita, ostendat fuisse anno 1839 « notevolissimamente » extenuata. Sed si quis legerit ipsum instrumentum, deprehendet onera imposita omnibus cappellanis a fundatore adhuc esse gravissima. Agitur enim: « 1) di tener ben pulita e custodita la chiesa coi relativi arredi sacri di cui « se ne farà ogni volta consegna al cappellano, mediante esatto inventario « contro regolare cauzione perchè li conservi e li restituisca in natura tutti, « salvo il naturale loro deperimento sofferto per l'uso ; 2) *di fare in perpetuo « officiare decorosamente la chiesa predetta con religioso zelo ed assiduità e « come meglio crederà il convento;* 3) di far celebrare in essa chiesa annual-« mente, in perpetuo, centocinquanta Messe, secondo la mente del donante, « come praticavasi attualmente, con obbligo al cappellano della presenza della « Messa in tutte le feste di precetto, nessuna eccettuata; 4) di assistere con « assiduità e zelo gli infermi del vicinato, con obbligo di fare tutte le feste « la dottrina cristiana ed ascoltare in essa chiesa le confessioni dei due sessi, « con assiduità e premura ».

Quod grave omnino est, sententia appellata nova onera cappellanorum recensens, suppressit quae leguntur sub numero 2), quasi haec non cappellanos, sed domum religiosam gravarent. Atqui haec onera, quae latissime patent « come meglio crederà il convento », locum tenent aliorum plurimorum, quae in specie pius fundator anno 1836 statuerat. Neque praetereundum silentio est illud quod novo instrumento fundator domui religiosae facultatem concesserit onerum augendorum. Itaque PP. dixerunt onera cappellaniae fuisse quidem iterum definita, sed haud substantialiter mutata, cum intacta permanserit figura cappellaniae coadiutoralis cum aliqua cura animarum, quae necessitatem residendi importat.

Exclusa oppositione inter duo documenta, sequitur ut iura cappellani ex utroque definiantur. Cum igitur, ex primo, cappellano controversum praedium manifeste assignetur utendum fruendum, praesumendum est hoc ius, post alterum documentum, perseverasse. Inania autem deprehenduntur argumenta, quae contra afferuntur, derivata sive ex ipso facto donationis, sive ex art. XIV instrumenti anni 1839. Nam dominium quidem controversi praedii domui religiosae cessit, non autem pura donatione, sed fundatione illa pia, quae naturam induit contractus synallagmatici: «do ut facias», onere imposito «di tener «attivata la cappellania ». Art. vero XIV nullam facultatem fecit religiosae domui supprimendi usumfructum praedii controversi.

Articulus ait : « Verificandosi il caso contemplato all'art. IX, di dover cioè « il convento tener attivata la cappellania, con l'elezione di un cappellano a « suo genio, potrà il convento medesimo in tal caso imporre al cappellano, « oltre gli obblighi contemplati nel presente instrumento, quegli altri ancora « che crederà del caso, col corrispondere ad esso cappellano anche quello stipendio che stimerà conveniente, *col poter deviare dà quello in corso stabi- « Uto dal donante ».* Manifestum autem est ex contextu hic non agi nisi de facultate augendi stipendii, cum facultas haec respondeat facultati augendorum onerum. Secus interpretatio haec sane absurda amplectenda foret : « Potrà il « convento imporre al cappellano nuovi oneri, col diminuire lo stipendio ». Tantum igitur abest, ut vi art. XIV domus religiosa valeat supprimere usumfructum, de quo agitur, ut ne minimam quidem partem possit de assignata cappellaniae pecunia detrahere.

Praeterea PP. asserere non dubitarunt controversum ius cappellani stare vel si daretur, antiquato abrogatoque documento anni 1836, omnia statuenda fore ex instrumento anni 1839. Etenim hoc in instrumento habetur art. VII huius tenoris : « Sarà pure obbligo del convento di continuare a pagare al « cappellano della chiesa di san Giuseppe di Zanica, eretta dal donante a « beneficio di detto paese, le annue lire mille austriache, oltre l'uso della por- « zione di casa che già gode e dei frutti dei fondi assegnati pure in usufrutto, «come tutto consta dalle scritture 28 luglio 1836, atti del notaio sig. dott. « Angelo Custode Locatelli, nonché di corrispondere al sacrista altre austria- « che lire 1000, finché dura in servizio ». Tenuit "quidem appellata sententia

hoc in articulo describi iura unius cappellani qui anno 1836 electus fuerat, sed **immeritOj** ut patet si ad examen revocentur argumenta ibi adducta, quorum primum derivatur ex initio art. VIII: «Alia morte *dell'attuale* cappel-« lano », alterum ex art. XIV quo conceditur domui religiosae facultas illa-« corrispondere ad esso cappellano anche quello stipendio che stimerà conve-« niente, col poter deviare da quello in corso stabilito dal donante ». Nam eo quod art. VIII, respiciens *onera* imposita et imponenda cappellano, vim habiturus sit « alia morte dell'attuale cappellano », non sequitur quod art. VII, *iura* cappellani spectans, valeat tantum « per l'attuale cappellano ». Potius bene notandum est in art. VII neque mentionem fieri nominis prioris cappellani, neque limitationem illam haberi, quae alibi in instrumento recurrit: « l'attuale cappellano ». Neque ulla contradictio habetur inter art. VII ita intellectum, ut omnem cappellanum respiciat, et art. XIV. Etenim cappellani frui debent iuribus art. VII descriptis, quibus sane non privantur, si auctis oneribus augeatur eorum stipendium. Rectius ex facultate, **de** qua in art. XIV: « poter deviare **da** quello (stipendio) in corso stabilito dal donante », arguendum est statutam fuisse legem aliquam de iuribus cappellanorum. Quae **lex** continetur uno articulo VII.

Haec omnia vero optime firmantur ex facto non controverso quod alter quoque cappellanus a domo religiosa electus anno 1853, idest multo post instrumentum alterum, praedio de quo agitur gavisus est. Facto igitur domus religiosa art. VII, de quo supra dictum est, ita est interpretata, ac si valeret non de priore tantum, sed **de** omni cappellano.

Neque obstat quod postea, propter varios casus et abusus, cessaverit ususfructus, de quo agitur. Nam id non potest nocere cappellano nisi titulo praescriptionis qui in casu invocari nequit, ut patet ex sententia interlocutoria Tribunalis Bergomensis diei 14 mensis novembris anni 1916. Ceterum PP. tenuerunt probatum esse tertium quoque cappellanum, cognomine Regazzola, usumfruetum controversi praedii habuisse usque ad annum 1863, quo ipse, ob peculiares quasdam rationes, cessavit apud oratorium residere. Nam id deducitur ex testimoniis Sanctis Bergaminelli, Caroli Zini ac Iosephi Zini, qui postremus non eo est habendus suspectus quod duas interrupta ususfructus rationes adduxerit, varias quidem, sed veras. Confirmatur vero ex eo quod. anno 1864 praedium illud locatum fuit.

Quibus omnibus, tum in iure tum in facto, perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus ac definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative,* seu *ad cappellanum loci* Capannelle *spectare usumfruetum praedii de quo agitur.* Praeterea declaramus controversi praedii fructus a die contestatae litis restituendos esse cappellano, ac statuimus, eo praesertim attento quod causa agitari coepta est ante promulgatum *Iuris canonici Codicem,* expensas iudiciales utriusque instantiae

inter partes esse compensandas, excepta taxa sententiae huius a parocho S. Alexandri solvenda.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad nomam SS. Canonum et praesertim tit. XVII, 1. IV, *Codicis iuris canonici, de exsecutione sententiae,* iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 29 iulii 1919.

Maximus Massimi, *Ponens.*
Iulius Grazioli.
Franciscus Parrillo.

L. * S.

Ex Cancellaria, 18 augusti 1919.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

VICARIATUS APOSTOLICI CHANSI MERIDIONALIS

NULLITATIS MATRIMONII (MARIA-HIN - TSI-TCHENG-LIN)

Benedicto XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno sexto, die 14 novembris 1919, BR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Fridericus Cattani, Auditores de Turno m Causa* Vicariatus Apostolici Chansi Meridionalis-Nullitatis Matrimonii *inter* Mariam Hin, *repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum. Rev. Aloisium Carabini, advocatum, et* Tsi-tcheng-lin, *interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, sequentem in gradu appellationis tulerunt definitivam sententiam.*

Paganus quidam, nomine Hin-tsing-kiang, in loco Ta-]i degens, Vicariatus Apostolici Chansi Meridionalis, in ditione Sinarum, egestate pressus, alteri pagano diviti filiam suam Hin, anno 1899, vendidit ut cum filio illius Tsi-tcheng-lin, trigesimum aetatis suae annum agente, in matrimonio iungeretur. Sponsi, more paganorum, caelum et terram adorando, prout ferebat consuetudo loci, anno 1900 nuptias celebrarunt, quo tempore puella Hin tredecim annorum tantummodo erat. Vix inter coniuges instaurata vita communi, perspexit puella virum suum rem matrimonialem nullatenus intelligere et rebus domesticis curandis omnino imparem esse; quare, paullo post initas

nuptias, de infelici sua sorte apud genitores suos amare conquesta est. Quarto dein anno coniugii mulier, de religione christiana a patribus Missionariis edocta, fidem amplexa est et nomen Mariae in Baptismo assumpsit: vir autem eius ethnicis superstitionibus renuntiare noluit. Fidei susceptae, proh dolor!, neophytae mores non congruebant, nam misera puella cum amasio, qui domum eius frequentabat, consuetudinem concubinariam nexuit, eiusque opera plurium filiorum mater effecta est. Neque manum movit vir eius ad adulterii crimen impediendum, nec unquam, uti fertur, de turpi uxoris amore questus est: nam adulterii iniuriam ipsi impictam et omnibus notam minime intellexisse videtur.

Elapsis aliquot annis, cum Tsi-tcheng-lin ab uxore discessisset et ipsa, ob vitam concubinariam, a Sacramentis suscipiendis arceretur, a Vicario Apostolico petiit ut matrimonium suum nullum declararetur. Res, igitur, iudicii ordine servato, a iudice delegato investigata fuit, et sententia prodiit die 6 octobris anni 1916, mulieri favorabilis, qua nullum pronuntiatam fuit matrimonium ob defectum consensus, saltem ex parte viri. Appellante autem Vinculi Defensore ad N. S. Auditorium, causa nobis in appellationis gradu dirimenda proponitur, sub dubii formula consueta: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Patronus actricis, inter alia quae magis ad rem faciunt, de privilegio Paulino disserit, cui locum esse in casu contendit; attamen de hac re iudicare S.' R. Rotae non competit, cum iudicium de huiusmodi fidei privilegio ad normam canonis 247, § 3 *Codicis I. C,* ad S. Congregationem S. Officii exclusive spectet, quae « sola cognoscit ea quae, sive directe sive indirecte, in iure «et in facto, circa privilegium, uti aiunt, Paulinum, versantur».

Neque operae pretium est immorari in capite accusationis matrimonii perpendendo ex metu mulieri a genitoribus incusso, siquidem testes nullum factum specificum allegant, quod praetensi metus probabile indicium dici posset, et ex quinque testibus de hac re interrogatis, tres se nihil scire fatentur, alii autem duo, sponsae pater fraterque, testantur eam libenter ad nuptias properasse. Ait pater: « Tempore celebrationis matrimonii ivit libenter, quia familia « sponsi erat dives et in domo paterna illo tempore non habebat ad manducandum: nesciebat etiam quod sponsus erat semifatuus ». Investigandum est, itaque, tantummodo de defectu consensus ex parte viri, qui vulgo semifatuus vocabatur.

In iure. - Mutuo partium consensu matrimonium contrahitur, ad quem requiritur libera voluntatis electio, cum praevia cognitione rationali ut in omni actu humano. Adeo essentialis est matrimonio huiusmodi consensus ex parte utriusque contrahentis, ut « nulla humana potestate suppleri valeat », prout declaravit Pius VI in Epistola ad Episcopum Agriensem diei 11 iulii 1789, et in canone 1081, § 1, *Codicis I. C,* decernitur. Ad contractum ineundum, vero, non sufficit simpliciter usus rationis, sed necessaria est etiam discretio iudicii contractui ineundo proportionata, qua nempe natura eiusdem confuso

saltem modo intelligitur, nec non essentiales proprietates. Maturius autem iudicium prae ceteris postulat ex natura sua contractus matrimonialis, quia perpetuus est et irrescindibilis, et gravibus obligationibus onustus. Ad rem Gasparri (n. 881, ed. 1904) « Ad consensum contractualem in genere et matri- « monialem in specie necessarium esse usum rationis, qui septennio completo « adesse solet, palam est. At non sufficit usus rationis simpliciter, sed requi- « ritur discretio seu maturitas iudicii contractui proportionata, ita ut contra- « hens naturam et vim contractus intelligere possit: secus in eumdem consentire « nequit». Hinc DD. communiter admittunt impuberes, infantiae proximos, neque civiliter neque naturaliter contractu in genere obligari. Proinde ut matrimonium valeat, utraque pars usu rationis ita pollere debet, ut quid sit matrimonium eiusdemque essentiales proprietates satis intelligere valeat, secus patet neque implicitum consensum habere posse. Sufficit autem ut haec intelligere valeat in confuso, nempe illud consortium perpetuum et exclusivum instituendum èsse in ordine ad filios procreandos, quin noverit ea quae spectant ad naturam modumque generationis. Haec doctrina veteris iurisprudentiae canonicae in novo *Codice* recepta est, ubi legitur (can. 1082, § 1): «Ut matrimonialis « consensus haberi possit, necesse est ut contrahentes saltem non ignorent « matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem ad filios « procreandos ». Unde Ecclesia aetatem canonicam statuit ante quam matrimonium nec licite nec valide contrahi potest, annum nempe duodecimum pro feminis, decimum quartum pro masculis, vel, post novi *Codicis I. C.* promulgationem, decimum quartum et decimum sextum respective, ad normam can. 1067: pubertas enim ad matrimonium necessaria, iuxta unanimem sententiam Doctorum, non solum potentiam generandi includit, sed etiam discretionem seu maturitatem iudicii ad obligationes essentiales matrimonii intelligendas. Porro, qui huiusmodi discretione caret, ex iure naturae inhabilis est ad matrimonium contrahendum. Ad rem notat Wernz *(De matr.,* n. 320, ed. 1912): « Quodsi vel in uno ex contrahentibus discretio iudicii deest, ex iure naturae, « propter defectum consensus, valor matrimonii impeditur, tum in hominibus « baptizatis, tum in hominibus non baptizatis ».

Praesumitur quidem omnibus inesse huiusmodi discretionem iudicii post pubertatem adeptam ; haec praesumptio, tamen, est tantummodo iuris, non iuris et de iure, et probationem in contrarium admittit. Notat Wernz (loc. cit.) : « Si prior conditio de discretione iudicii vel in uno ex contrahentibus, etiam « completa aetate legitima, de facto desit, non obstante iuris positivi prae- « sumptione, secundum veritatem iuris naturalis illicitum et invalidum est «matrimonium».

Reapse contigit aliquando post annos pubertatis exactos debitam discretionem iudicii abesse non solum in iis qui aetati impuberi proximiores sunt, ob tardiorem nimirum ingenii evolutionem, prout in casu puellae tredecim annorum in una *VentimUien.* a S. C. Concilii, die 10 maii 1888, decisa, sed etiam in illis qui ad provectiorem aetatem pervenerint, ob defectum congé-

nituni vel ex morbo vel ex infortunio contractum. Regula simplex ad omnes casus diudicandos dari nequit, nec certe approbari potest regula a Sanchesio indicata (lib. I, disp. 9, n. 5), quod nempe satis est ut contrahens « delibe« rationem sufficientem habeat ad lethaliter delinquendum », cum ad lethaliter delinquendum sufficiat simpliciter usus rationis, dum, ut supra retulimus, maturius iudicium requirunt Doctores ad contractum matrimonialem faciendum. Imo ipse Divus Thomas id requirit pro contractu sponsalium, ac proinde a fortiori requiri debet pro graviori et irrescindibili contractu matrimoniali, Scribit in IV, dist. 27, qu. 2, art. 2, ad II: «Ad peccandum mortaliter suf« ficit etiam consensus praesens, sed in sponsalibus est consensus in futurum ; « maior autem rationis discretio requiritur ad providendum in futurum, quam « ad consentiendum in unum praesentem actum, et ideo ante potest homo « peccare mortaliter, quam possit se obligare ad aliquid futurum ». Videndum est potius, ubi de matrimonio iam inito est quaestio, quomodo contrahens, qui fatuitate accusatur, in quotidiana vitae consuetudine ante matrimonium se gesserit, et praesertim an essentialia matrimonii iura et obligationes confuse saltem in eodem ineundo intellexerit.

In facto. - Agitur in casu de matrimonio inter infideles, de contractu naturali nimirum, ad quem sufficit consensus partium quocumque modo expressus. Ritus matrimonialis paganus in regione Chansi vigens ita a Iudice Delegato describitur : « Sponsa sedens in gestatoria nuptiali cum pompa ducitur « in domum sponsi, ubi ambo, sponsus et sponsa, in atrio praeparato, adstante « familia et adiuvantibus duobus vel pluribus caeremoniariis, debent ter facere « prosternation es in honorem caeli et terrae ». Omnes testes qui de hac re loquuntur, praeter ipsam actricem, referunt utrumque coniugem huiusmodi caeremonias rite implevisse. Quod igitur ad consensus manifestationem externam attinet, etiam ex parte viri nullum dubium esse potest; testimonium actricis contrarium eliditur a depositionibus plurium aliorum testium, qui fide digni a Iudice instructore proclamantur.

Reus conventus, Tsi-tcheng-lin, eo tempore trigesimum aetatis suae annum agebat, ideoque iure praesumitur eum naturam contractus initi intellexisse. Attamen haec praesumptio iuris cedere debet veritati a testibus manifestatae, qui narrant eum in rebus vitae quotidianae, et in iis praesertim quae ad naturam et proprietates essentiales matrimonii referuntur, fere omnino discretione rationis 'carere, ita ut clare concludi debeat eum naturam matrimonialis contractus non intellexisse. Ita testantur de modo quo se gerebat-in cursu ordinario vitae domesticae; ait Petrus Tchang : « Ipse non scit colere agros, emere « res quotidianas.... Non curat de rebus domesticis, non potest moleré frumen« tum, non scit discernere res proprias et res alienorum ». Testis Liou-Chou : « Nescit colere agros; scit emere res parvas, sed nescit quot valent; scit solum« modo numerare usque ad decem; nescit tractare de pretio.... Non loquitur « clare et distincte ». Pater sponsae testatur : « Nescit curare agros, nec potest

« imperare alios ut curent agros illo vel illo modo; cognoscit propria utensi-« lia, ex seipso non potest ab alio commendare aliquid. Quando uxor eius « dicit illi, quod debet commendare illud vel illud, tunc potest. Non potest « curare de rèbus domesticis. Non potest emere res ordinarias ; nescit valo-«rem; non potest computare; nescit quot habet digitos » Antonius Heou : « Non potest curare de rebus domesticis. Non potest computare. Nihil scit ».

Similiter deponunt Caecilia Liou et Agatha Hin, actricis mater. Prima enim addit : « Quando uxor non curat de ipso, nec ipse curat de vestimentis; « una vice braccae erant nimis laceratae, ipse nec erubescebat, nec curabat de « hoc : uxor dicebat illi mutare illam vestem, sed nolebat » ; secunda : « Ipse « adhuc nescit quod debeat se vestire ; solummodo imperante uxore induit « vestes ». Et pater sponsae : « Instigante alio, vel quando alius modo impera-« tivo dicit ei aliquid, tunc facit; quando modo rogantis, tunc dicit: -'Non,,».

Solus frater sponsae ab aliis testibus dissentit, quamvis, et ipse reum conventum « semifatuum » vocet. At iste testis suspectus haberi debet, ut notat Iudex instructor, quia maxime opponitur declarationi nullitatis matrimonii, cum iuxta mores ethnicos, famae suae familiae valde noceret si soror, dissoluto primo matrimonio, ad aliud cum amasio confugeret. Imo pater ipsius testatus est eum habere intentionem « interficiendi et sororem et amasium « illum propter diffamationem familiae suae ».

Testimonium fratris actricis, itaque,- vim non minuit concordi déposition i aliorum testium, quae huc tandem redit, quod vir Tsit-cheng-lin ea fere omnia in vita quotidiana recurrentia nec intelligit nec a seipso facere potest, quae nedum puberes eiusdem conditionis et loci spontanee capiunt et facile operantur, sed et pueri vix ab aetate infantili egressi. Quod autem agit, non lumine rationis duce operari videtur, sed huc illucque, aliis instigantibus, se impelli sinit. Nil mirum, itaque, si iudex primi gradus censuerit quod operam perdere esset illum ad testandum vocare. Vinculi Defensor reapse eum domi invisit, sed pluribus interrogationibus ab ipso factis Tsi-tcheng-lin nihil respondit, et quamvis cognoverit quo anno natus fuit, aetatem suam ignorabat. Pater Missionarius, denique, qui illum a tertio anno coniugii, ab anno nempe 1902, cognoverat, sub iuramento testatur : « Ab illo tempore numquam « dedit mihi responsum rectum ad qualemcumque interrogationem_____In « quantum cognosco eum, quoad intellectum non potest cum puero septem « annorum comparari ». Omnes quidem testes referunt eum a pueritia, a quinto vel sexto vel decimo anno aetatis suae, ob mentis infirmitatem, « semifatuum » vulgo nuncupatum fuisse.

Graviora autem sunt quae narrant testes de carentia iudicii ipsius respectu eorum quae speciatim ad matrimonium attinent. Ita quinque testes opinantur eum non intellexisse significationem ritus matrimonialis, quem, uti aiunt, aliis instigantibus tantummodo complere potuit.

Testantur aliqui eum ignorare vincula necessitudinis, omnibus generatim nota, quae immediate oriuntur ex matrimonio contracto, sive ipsum inter

et patrem matremque sponsae, sive inter ipsum et uxorem suam. Ita testatur pater sponsae: « Iuxta mores chinicos gener post matrimonium contractum « debet adire domum paternam sponsae ad salutandum parentes sponsae : « quod tamen semifatuus non fecit. Nec unquam cognovit patrem uxoris ut « suum socram». Quod confirmat ipsa sponsae mater. Pater etiam testatur: « Nescit illam esse uxorem suam. Quando alii dicunt ei : " Illa est uxor tua,, », « ipse repetit : "Ah ! Ah ! uxor mea „ ». Similia referunt mater sponsae et Caecilia Liou. Neque intellexit se, vi matrimonii initi, ius exclusivum habere corpore uxoris utendi ad prolem generandam: quinque enim testes, ex septem de hac re interrogatis, deponunt eum numquam amasium uxoris impedisse quominus ad eam cum intentione peccandi libere accederet, licet vulgo notus erat concubinatus, ex quo duo saltem filii procreati sunt: nec umquam contra gravem adulterii iniuriam fuisse protestatum. Testis sextus de re interrogatus se nescire respondet.

Solus frater sponsae partim contradicit, et memorat maritum unica vice protestatum fuisse : « Una vice semifatuus increpavit amasium et sororem « meam. Soror defendebat amasium: tunc semifatuus verberabat sororem meam ; « postea perveni, amasius statim abiit et impedivi semifatuum verberare soro« rem meam. Solummodo scio quod illa unica vice protestavit ». Non clare eruitur ex hoc testimonio increpationem semifatui ob turpem alterius viri familiaritatem cum uxore sua fuisse factam, nam frater sponsae, iuxta eius depositionem, diverbio quo maritus increpavit et uxor defendebat amasium, non adstitit, sed tantummodo « postea pervenit », dum scilicet Tsi-tcheng-lin sororem suam verberabat. Attamen, etsi factum a teste narratum reapse contigisset, parum minuit valorem depositionis aliorum quinque testium : nam nexus concubinarius plures annos durabat, lippis et tonsuribus notus erat et ex illo quatuor, ut aiunt aliqui, vel duo saltem, ut ipse adversus testis admittit, filii procreati sunt. Videbat ipse maritus, labentibus annis, adulterini commercii eadem indicia, quae neminem latebant: unde, si semel tantummodo ad iustam iram motus fuerit, concludendum est eum iniuriam gravem sibi adsidue illatam ignorasse : huiusmodi autem tam diuturna et crassa ignorantia, persistentibus signis adulterii evidentibus, carentiae discretionis iudicii ad rem sexualem intelligendam tribuenda est.

Quinimmo narrat testis de visu, Antonius Heou, virum Tsit-tcheng-lin adfuisse quando alius semifatuus adulterium cum eius uxore patrare conatus est, sed quid. agebatur non intellexisse. Id etiam confirmant testes ex auditu, Antonius Liou, Ant. Suen, pater sponsae, Caecilia Liou et Petrus Tchang.

Tandem interrogati testes an vir capax fuerit commercium carnale cum uxore habendi, respondent pater sponsae Ant. Liou et Caecilia Liou eum ex seipso incapacem fuisse, et rem matrimonialem non intelligere, et tantummodo ab uxore tentatum vel ab aliis edoctum debitum- coniugale reddere potuisse. Imo testes aliqui audent asserere eum differentiam virum inter et mulierem nescire. Ita Antonius Liou: « Numquam audivi quod in iuventute vel postea

« habuit connexionem cum mulieribus. Non discernit inter virum et mulierem, « sed erga omnes aeque se gerit ». Et pater sponsae : « Non potest discernere «mulieres a viris, nec umquam illos alloquitur verbis scurrilibus ».

iamvero haec omnia clare demonstrant virum Tsi-cheng-lin, tempore matrimonii et postea requisita discretione iudicii contractui matrimoniali proportionata caruisse, seu naturam illius et proprietates essentiales ignoravisse, ita ut matrimonium valide inire non posset.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondentes : *Affirmative,* seu *constare de nullitate matrimonii in casti.* *

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandet hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Ss. Canonum et praesertim cap. 3, sess. 25, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 14 novembris 1919.

ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Fridericus Cattani Am adori,

L. * S.

Ex Cancellaria, 29 novembris 1919.

Sac. T. Tani, Notarius.

III

ALEXANDRINA

IURISPATRONATUS

Benedicto Pp. X V feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno sexto, die 14 novembris 1919, BR. PP. DD. Petrus Rossetti, Ponens, *Ioannes Prior et Maximus Massimi, Auditores de turno, in causa* Alexandrina - Iurispatronatus, *inter* Carolam Laurentii Mignone, Aloisiam Buzzi Langhi, *earumque respective filios ac nepotes,* Iosephum, Ricardum *et* Franciscum Mignone, *appellantes, repraesentatos per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum, et* Aristidem Stortiglione, *appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem Hadrianum Aloisi-Masella, advocatum, in gradu appellationis sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In Alexandrina Cathedrali Ecclesia Rev. D. Nicolaus Stortiglione, vir nobilis et canonicus, testamento diei 25 septembris 1476, fundavit, et de suis redditibus dotavit duas capellanías, iurepatronatus activo et passivo parentelae suae reservato. Ex utraque capellanía, per decretum diei 29 augusti 1583 editum, a R. P. Gualberto Grotto fuit erectus canonicatus sub titulo Beatae Mariae Virginis, vulgo *della Consolata.* Ad capellanías primum, ac deinde ad canonicatum, praesentarunt semper, qui a fundatore fuerunt vocati, patroni: sed, anno 1767, cum dominus Hieronymus Stortiglione ex hac vita migrasse!, et aliunde nemo alius agnosceretur, qui esset de Stortilionum parentela, haec veluti extincta fuit retenta, et tunc primum iuspatronatus exerceri coepit ab illius filiabus, earumque descendentibus.

Anno 1911, per obitum sacerdotis Ioannis Baptistae Barella, vacavit canonicatus praefatus; et tunc duae praesentationes factae fuerunt ad illum: una ex parte, Carola Laurentii Mignone et Aloisia Buzzi Langhi, sorores, earumque respective filii ac nepotes, Ioseph, Richardus et Franciscus Mignone, tempore utili, praesentarunt sacerdotem Dominicum Olivero ; ex altera, Aristides Stortiglione, e Fossanensi Civitate, ratus, sibi iuspatronatus competere, sacerdotem Pium Ratti praesentavit. Inde orta quaestio an illis vel huic potius iuspatronatus esset adscribendum, et consequenter an prima vel altera potius praesentatio esset admittenda atque probanda.

Quaestio haec primum perpensa a Commissione Dioecesana, deinde a S. Congregatione Concilii, demum, de mandato Summi Pontificis, ad H. S. O. delata, per sententiam Rotalem diei 14 ianuarii 1914 favore Aristidis fuit resoluta, et praesentatio ab eo facta approbata. Ab hac sententia qui sunt ex adversa parte rite appellarunt, et in hodierno turno rotali causa definienda proponitur sub

consueta formula dubii: *An sententia rotalis diei 14 ianuarii 1914 confirmanda sit vel infirmanda in casu.*

In mre. - Compertum est in iure, quaestiones de iurispatronatus natura ad tramites legum fundationis esse perpendendas. Fundatori enim ius est pro lubitu suo iurispatronatus statuendi qualitates; ita ut ipsi fundatori liceat, in limine erectionis, seu fundationis, adiicere quascumque qualitates, conditiones et leges sibi benevisas, etiam iuri communi contrarias, dummodo hae sint possibiles, honestae et ab Episcopo approbatae (cap. II, *De Praeb, et Dignit.;* cap. 23, *De iurepatr.;* De Fargua, *Commentaria in singul. canon, de iurepatron,* pars. II, can. *i,* 2, cas. V, n. 3, tom. II, Romae, 1716, p. 8). Posita possibilitate et honestate conditionum, parum refert an sint iuri communi conformes, vel eidem adversentur (Card. De Luca, *De Benef.,* disc. 95, n. 10; Fagnanus, cap. VII, tit. 6, lib. I, n. 72; Rota, p. II, 2 dec. 194, n. 1, in *Granaten. - Cappellaniae,* 12 ianuarii 1606; S. Congregatio^Concilii, in *Nepesina,* relata a Fagnano). Ideo, quando de iurepatronatus est quaestio, scire interest quid voluerit fundator quidque reapse statuerit.

Iuspatronatus familiare cum gentilitio non debet confundi; illud enim fundatoris agnatos tantum, hoc etiam collatérales complectitur: « Iuspatro« natus *familiare* dicitur illud, quod pro una, seu pluribus familiis, vel agna« tionibus, reservatum est, *exclusis cognatis; gentilitium* vero est illud, quod « pro uno, seu pluribus personarum generibus, est reservatum, *nulla data agna« tionis vel cognationis discretione»* (De Luca, *De iurepatr. Summa,* n. 29; disc, 60, n. 30; cf. Berardi, *Comment, in Ius eccles, univ.,* vol. I, dissert. IV, cap. II). Quare Pitonius *{De controver. Patron.,* alleg. 37, n. 10, tom. I, pag. 187) ait: «Hoc iuspatronatus gentilitium consistit in duplici specie: una scilicet *« stricto,* et altera *largo* modo sumpta. Prima autem species praedicatur in « iurepatronatus familiari et agnatitio, ubi nempe vocati fuerunt agnati de « domo, familia, seu casata; quo casu non sufficit esse de sanguine, qui veri« ficatur tam per agnationem quam per cognationem, sed necessarium est «habere sanguinem agnatitium et cognomen domus, seu familiae; altera vero « species praedicatur in iure patronatus simpliciter gentilitio, ubi nempe vocati «fuerunt descendentes, posteri, coniuncti, consanguinei, parentes, seu proxi« miores; quo casu non requiritur sanguis agnatitius, sed comprehenduntur « omnes, sive per agnationem sive per cognationem, descendentes, includendo « foeminas et masculos ab eis provenientes ». Ubi est notandum, familiam sumi posse dupliciter; est enim *effectiva* vel *contentiva.* Illa comprehendit agnatos tantum descendentes a testatore, vel ab eo, quem ipse talis familiae caput, seu stipitem, constituit; haec comprehendit omnes descendentes ab agnatis transversalibus (De Luca, *De fideicommissis,* disc. 50, n. 3; disc. 53, n. 13; *Summa,* n. 145 et alibi).

Statuere particularibus in casibus an familiare sit iuspatronatus vel gentilitium, an vocati sint qui de familia effectiva sunt vel contentiva, quaestio

est nudi facti, quae generalem regulam non admittit, quaeque prudenti iudicis arbitrio, perpensis omnibus perpendendis, definienda relinquitur ad tramites legum fundationis (Pitonius, alleg. 42, n. 5, *De controv. Patron.;* De Luca, *De iurepatr.*, disc. 10, n. 78, *De fideicom.*, disc. 50, n. 7).

Iamvero Nicolaus Stortiglione fundator, ut ex praedicto testamento patet, patronos vocavit « Dominum Philippum Stortiglione et Dominum Ruffmum eius « fratrem... ac eos et quemlibet eorum posteros et descendentes, ac descen- « dentium descendentes usque in infinitum, *dummodo descendant ac procedant « ex legitima masculina linea* ». In hipothesi autem praevisae extinctionis huius masculinae lineae, *ipsis deficientibus, quod absit,* patronos voluit « cae- « teros de parentela ipsorum de Stortiglionibus *descendentes ut supra* ». Fundator ergo in casu voluit statuere iuspatronatum stricte familiare agnatitium ; ea tamen lege ut primo loco vocati ii essent, qui familiam effectivam Philippi et Ruffini fratrum constituerent, ex legitima masculina linea descendentes ; hisque deficientibus, secundo vocati ii succédèrent qui *ad familiam contentivam* eorumdem pertinerent, foeminis exclusis; ii nempe omnes qui pertinerent *ad agnationem Stortiglioneam fundatoris,*utpote descendentes, ut supra, ex linea masculina.

Non solum sensus huiusmodi verborum: «descendentes ut supra», ex contextu depromitur, sed etiam firmiter comprobatur ex eo, quod fundator, quoad secundo loco vocatos, patronos vocaverit eos, qui essent de parentela Stortilionum ; quando enim fundator ad iuspatronatum parentelam vocat *per cognomen,* lineam *agnatitiam exclusive* censetur voluisse vocare (De Luca, *De iurepatr.* disc. 26, n. 8; Pitonius, *De controv. Patron.,* alleg. 100, n. 129; Rota, in *Gingulana-Testamenti,* 23 maii 1818; dec. XV, num. 24, par. VII). Hoc idem confirmat etiam saecularis observantia, quae interpretationum regina ab omnibus merito retinetur, et cui quam maxime, in antiquis praeser tim interpretationibus, deferendum est (De Luca, *De iurispatr.,* disc. 60, n. 9). Constat enim ex *Actis Curiae Episcopalis Alexandrinae* (vol. XIII, pag. 522) constanter et absque ulla dubitatione, deficientibus masculis deseen^ dentium a Philippo et Ruffino, seu anno 1701 extincta familia *effectiva* primo vocatorum, iuspatronatum activum exercuisse masculos dumtaxat agnatos, seu masculos de familia *contentiva* fundatoris, foeminis exclusis (cfr. *Summar. addit.* c. Sincero, pag. 40 et sqq. ; *Conclusiones Commissionis Episcopalis,* pag. 3-4), Dumtaxat anno 1767, defuncto Hieronymo Stortiglione, qui ultimus de familia *contentiva* fuit retentus, ad iuspatronatum fuerunt admissae tres eiusdem Hieronymi filiae, earumque descendentes usque ad praesens; sed non sine protestatione ex parte Curiae Ecclesiasticae Alexandrinae ; non enim Advocati Fiscales una tantum vice, eumdem sensum dictorum verborum retinentes, ius agnatorum exclusivum sartum tectumque voluerunt : « Ex dictis « colligimus - ait Advocatus Fiscalis De Stephani - D. fundatorem de sola « agnatorum vocatione cogitasse ; quod quidem clarius demonstratur ex substi- « tutione patronorum, iis deficientibus, quos primum designavit. Hoc adeo « verum est, ut si alii superessent ex dicta familia, *licet a Buffino et Philippo*

« non dependentes, in patronatu Dñae Mariannae succédèrent » *(Acta Curiae Episc. Alex.,* vol. XCyil, pag. 263). Et Advocatus Fiscalis Ansaldi in sua disceptatione scripsit: « Hinc si in morte Dñae Mariannae, seu, verius, eiusdem « patris Hieronymi, superfuisset aliquis masculus e familia Stortiglióne, ad « hunc, non ad Dñam Mariannam, ius spectasset nominandi, quia, deficientibus « masculis primo vocatis, ius, ex fundatione, transibat ad alios de Storti- « lionibus » *(Acta Cur. Episc. Alex.,* vol. CV, pag. 58).

Aliunde huic interpretationi verborum: « descendentes ut supra », nullimode obstat vocabulum *parentela* in testamento adhibitum, quod de sui natura latius patet quam *familia,* et *cognatos* comprehendit aeque ac *agnatos* (De Luca, *De iurepatr.,* disc. 26, n. 7). Nam, sicut hic idem auctor advertit *(De praenim.* disc. 18, n. 17): « neque dici potest, verbum, *parentela,* omnino uni- « vocum et pernecesse significans omnes coniunctos, quoniam ex coniecturata, «seu alias probata voluntate disponentis, *cui omnia verba semper cedunt,* « restringi potest *ad solos agnatos »* (cfr. etiam *De iurepatr.,* disc. 27, n. 8). Et recte: substantia enim veritatis, cuicumque verborum formulae vel sensui, in huiusmodi voluntatis quaestionibus, semper et sine dubio praevalet (De Luca, *De testam,* disc. 21, n. *1 ; De fideicom.,* disc. 33, n. 8; disc. 53, n. 20; disc. 58, n. 6; disc, 141, u. 11). Quae vero in casu fuerit testatoris voluntas liquido apparet ex dictis : nedum primo, sed etiam secundo loco vocatos, voluit *agnatos,* exclusis foeminis.

Fallitur ergo patronus appellantem, qui verba « descendentes ut supra » referri autumavit ad lineam Philippi et Ruffini, ita ut, deficientibus masculis ab illis descendentibus, foeminae succédèrent, quae ab illis haberent originem in eorumdem linea comprehensam Hac hypothesi admissa, verba praefata inutilia prorsus evasissent ; pronomen enim *ipsorum* parentelae adiunctum : « de « parentela ipsorum de Stortilionibus », ad sanguinis coniunctionem indicandam adhibitum, sufficiens est quin ad hoc verba illa adderentur. Quae verba, ut supra dictum est, comprehensionem vocabuli *parentela* circumscribunt ad solos descendentes ex agnatis collateralibus ipsorum de Stortilionibus, idest Philippi et Ruffini, ideoque ad istorum familiam *contentivam* tantum. Inepte quoque idem patronus asseruit, hoc sensu dictorum verborum semel admisso, foeminis a Philippo et Ruffino descendentibus, iniuriam irrogari ; cum enim fundatori sit plena facultas eas leges statuendi, quas ipse maluerit, attenta in casu fundatione iurispatronatus familiaris agnatitii, ius nullum mulierum ab illis descendentem violatur, ut de irrogata sibi iniuria conqueri possint.

Quod si agnati omnes deficiant, disputatur an iuspatronatus quoque cesset, vel fiat haereditarium et ad haeredes ultimi vocati transeat. Qua in re fundationis est inspicienda natura. Si enim fundator agnatos *taxative* vocavit, ita ut ad eos *tantum* pertineat iuspatronatus, his deficientibus, extinguitur, non enim exsistit amplius agnatio vocata: si autem *simpliciter,* seu demonstrative vocavit, his deficientibus, ad haeredes, etiam extraneos, transit ex provisione legis, cui non adversatur provisio hominis. (Fagnanus, in cap. I, lib. III, *De*

patron, n.-23, 24, 35; Viviani, *Praxis iurispatr.,* lib. IV, cap. II, n. 14, 15; Pitonius, *De controv. Patron., alleg.* 11, n. 4; *Discept. Eccles.,* disc. 33; De Luca, *De iurepatr., disc.* 60, n. 28; Rota, in *Cremonensi - Iurisp.,* dec. 385, 21 nov. 1578, c. Robus Nerio, et novissime in *Alexandrina - Iurispatr.,* 15 martii 1909, c, Sebastianeiii). In casu quaestio haec est prorsus inutilis si agnati de familia Stortilionum adhuc exsistant; ideo una est quaestio solvenda, et videndum an Aristides Stortiglione sit de familia agnatitia, salte *m contentiva** ipsorum Stortilionum, idest Philippi et Ruffini, de qua loquitur testamentum Dñi Nicolai.

In facto. - Iamvero, actis perspectis, constat, Aristidem Stortiglione esse revera de parentela fundatoris, ipse enim per personas masculini sexus ab Augustino Stortiglione descendit, qui anno 1605 in civitate Fossani vivebat, quique de nobili familia erat Nicolai fundatoris. Enimvero Aristidis pater fuit Ioseph Ioachim *{fides nativitatis, 1 ianuarii 1864),* qui ortum habuit a Felice *(fides suscepti baptismi diei 26 iulii 1813),* cuius pater fuit Ioseph Ioannes Baptista *(fides electionis eius ad officium vulgo Ricevitore, diei 14 septembris 1798),* genitus a lu venale *(Testam., 1748-51; et mandatum procuratoris diei 19 novembris 1796),* qui genitorem habuit Ioannem Augustinum *(Testam. cit.);* hic autem genitus fuit a Ioanne Sebastiano *(fides suscepti baptismi, anno 1664),* filio Augustini *(fides suscepti baptismi, diei 3 decembris 1631).* Ergo ab Augustino Stortiglione per masculinam lineam descendit Aristides, eiusque absque dubio retinendus est agnatus.

Quam conclusionem ultro libenterque receperunt tres etiam periti, scientia, in re de qua agitur, et prudentia praestantes, nempe DD. Marianus Ugolini, Angelus Melampo, et Aemilius Ranuzzi; hi enim, a primis iudicibus legitime requisiti : « se dai documenti in causa risulta, che il cap. Aristide Stortiglione « appartenga alla nobile parentela della famiglia Stortiglione di Alessandria, fondatrice del Beneficio », quaestionem, quae cum altera nexum habet, de qua infra dicetur, di videntes, scripserunt: « Passiamo a dimostrare la nostra « quarta ed ultima affermazione. Dai documenti si può facilmente rilevare « che Aristide Stortiglione discende da Agostino », a quo incipiendo arborem genealogicam contexuerunt et concluserunt: « Il cap. Aristide Stortiglione « discende adunque da Agostino, come dovevamo dimostrare. - Perciò alla « seconda domanda delle SS. LL. Revme: " Se dai documenti in causa „, etc., «dobbiamo rispondere *affermativamente*».

Huic conclusioni observatio non nocet, quam D. Vincentius Federici, in Romana Universitate Professor, in iudicio appellationis ceu peritior adlectus, in suo voto exposuit, cum affirmavit arborem genaelogicam, a praedictis peritis prae oculis habitam, ab illa discrepare, quae fuit confecta ab autore Canefri, cuius competentem auctoritatem hac in re vel ipsi periti agnoverunt; de Augustino enim et de eius adscendentibus vel descendentibus in ista nulla fit mentio, et ideo conclusio ab illa deducta iuridico caret fundamento. Nam, primo, minuta

in publico municipali Archivio Alexandriae asservata, quae originem continet arboris genealogicae impugnatae, et de qua sermo infra redibit, est documentum originale, facto, de quo agitur, coaevum, ac proinde praevalere debet documento temporis posterioris, Canefri auctore, confecti. Sed insuper arbor genealogica ab isto auctore confecta nec mentionem facit Ruffini Stortiglione, fratris ipsius fundatoris; et ideo, veluti numeris omnibus absolnta, non potest retineri, ut ab ea valor arboris genealogicae impugnatae debeat metiri atque determinari. Quibus accedit D. Canefri arborem genealogicam texuisse nobilium Alexandriae degentium ; sed familia Stortilionum, ad quam pertinebat Augustinus, inde a saeculo decimo sexto in civitate Fossani, Pedemontanae regionis, domicilium posuerat. Nil ergo mirum si D. Canefri in sua arbore genealogica de ea mentionem non fecit. Caeterum opus a Canefri confectum rite suspectum retinetur. Nil ergo inde deducitur, quod priorum peritorum conclusionem inftrmet, quae ideo sarta tectaque manet.

Iamvero Aristides sicut originem, ita et nobilitatem repetit ab Augustino Stortiglione. Ad hoc iidem in Actis deposuit a Municipio Alexandrino sub die 28 septembris 1605, Augustino datam, ex qua deducere voluit, hunc fuisse de Stortilionum familia et fundatoris agnatum. Sed in dubio an huiusmodi deductio vere esset probanda, et ad effectum, de quo agitur, in iudicio recipienda, primi iudices periti viri hac super re votum exquisierunt quaerentes: « Quale valore storico ha il documento dei 28 settembre 1605 per provare che « Agostino Stortiglione, figlio di Giovanni 'Alberto, appartiene alla parentela « della nobile famiglia Stortiglione di Alessandria, fondatrice del benefìcio? ». Cui quaestioni tres memorati periti responderunt: « Il valore storico, che pos- « siamo attribuire all'atto del 1605, come testimonianza del fatto che attesta, « è di una attendibilità indiscutibile. E i principi generali, cui specialmente « si appoggia questa attendibilità, sono dimostrati dalla critica storica. Pos- « siamo quindi con animo tranquillo ritenere, che veramente dai documenti « risulta, come avevamo affermato, che Agostino appartiene alla nobile famiglia « Stortiglione di Alessandria, fondatrice del beneficio ». Inde orta appellata sententia Aristidi favorabilis. Sed in gradu appellationis peritioris fuit exquisitum et concessum novum examen Actorum, cum consequenti iudicio: ad hoc professor Vincentius Federici fuit electus, qui contrarium omnino iudicium emisit. Hac posita opinionum peritorum discrepantia, videndum est quaenam sit sententia retinenda. Omnibus rite perpensis, RR. PP. Auditores, peritioris sententia posthabita, priorum peritorum voto adhaeserunt, sequentibus moti rationum momentis.

Attento nostro iure (lib. Il *Decret.*, tit. XXII, *de fid. instr.),* instrumentum, prout hic de eo sermo est, dici potest quaelibet scriptura, ad alicuius -rei assertionem vel probationem facta. Horum instrumentorum alia sunt *publica*, quae faciunt plenam probationem de eo, quod dispositive continent, et hoc tandiu donec contrarium probetur (ut DD. docent, et colligitur, ex càp. I et II h. t., et ex L. 15 *Cod.*, h. t.); alia *privata.* Instrumentum publicum dicitur illa.

scriptura, quae publica auctoritate, sive a publica persona, qualis censetur esse notarius, legitime ac cum debitis solemnitatibus confecta est; vel, si a publica persona confecta non est, *quoad effectum tamen probandi* publica instrumenta *dicuntur scripturae illae, quae ex archivio publico, sive ex Cancellaria, extrahuntur,* dummodo in eis defectus nullus, fraudis suspicionem generans, appareat, et ob hoc authenticae dici possint (Pirhing, lib. II, tit. XXII, n. 1-33; Reiffenstuel, ibidem n. 141-157; Ferraris, B. G. § V., v. *Scripturae,* n. 14; Scaccia, *De iudic,* lib. II, cap. 11, n. 756-757; De Luca, *De iud.,* disc. 28, n. 23).

Porro documentum diei **28** septembris 1605 veluti instrumentum publicum debet retineri. Augustinus Stortiglione enim, e civitate Fossani, in partibus Pedemontanis, ab Alexandrini Municipii Rectoribus fidem sibi relaxari petivit: « Desidera Agostino Stortiglione, figlio di Gio. Alberto, havere fede dalle « SS. VV. dell'arma et insegne, che sogliono portare la famiglia dei Storti- « glioni di questa città, conforme all' incluso tenore ; pertanto supplica le « SS. VV. che siano servite concedergli detta fede conforme all' incluso tenore «et così spera». Petitioni huiusmodi minuta erat adnexa fidei relaxandae, quae sic scripta legitur : « Attestamur Nos Prior et Deputati ad regimen civi- « tatis Alexandriae, ac etiam nos infrascripti de familia Nobilium de Storti- « lionis dictae civitatis, sicuti a tempore, cuius non est memoria in eontra- « rium, et citra semper familia ipsa de Stortilionis, ut ex antiquis et nobilibus « familiis dictae civitatis et originariis eiusdem, admissa fuit ad regimen « eiusdem civitatis tam in munere Consiliariorum, tam in numero Consilii Gene- « ralis, quam Dominorum duodecim Deputatorum ad provisionem publicam, « et qui de familia ut supra insignia et arma consueverunt gestare in modum « inferius describendum, videlicet: ex parte superiori coloris caelestis, seu tur- « chini, serram repraesentans, ut vulgo dicitur *una sega,* dentibus quinque « comprehensa, et a parte inferiori album campum efficiens dentes quatuor « cum galea vulgo appellata : *il cimiero,* cum rostro ciconiae a capite usque « ad pectus candidi coloris et inscriptione in his verbis: "Non voce colitur,,.. « Quibus insigniis in Actis publicis, Ecclesiis, in Funeribus, et in domibus « privatis uti semper consueverunt, quemadmodum aliae familiae nobiles « dictae civitatis suis armis utuntur et prout ex infrascripta forma scutisque « videlicet. Quodque de eadem familia fuerunt et sunt nob. q. Augustinus Stor- « tilionus, quondam Alberti, et successe loh. Albertus d. q. d.; Augustini filius « nunc et a quampluribus annis citra habitans in partibus Pedemontanis in « quorum fidem praesentes fieri sigillique nostri, quo in similibus utimur, « impressione muniri et per infrascriptum notarium et Cancellarium nostrum « subscribi iussimus.

« Datum in palatio praefatae civitatis Alexandriae, die 28 septembris, anno « Domini 1605 »;

Mandato huic paruit Notarius, qui et Augustini petitionem et Municipalium Deputatorum dispositionem actu formali ita scripto consignavit : « 1605,

«a di 28 settembre. - Letta... li Signori Prior et Deputati visto il suddetto « memoriale con la fede del supplicante richiesta, et informati de la verità « del contenuto in detta fede, che qui annessa si lascia et a detti signori letta, « hanno ordinato che in nome della città se gli faccia la detta fede con l'anno- « tazione o sii descrizione dell'arma in esso posta (Agostino Stortilione) Bapta « Ottellus Cancellarius subscripsit ».

in Alexandriae ergo Archivio Municipali exsistit documentum authenticum ; quod constat: o) petitione Augustini Stortiglione; *b)* minuta adnexa fidei a Municipio oratori relaxandae; c) Notarii seu Cancellarii rogitu; quae tria simul sumpta atque unita quid unum constituunt, et merito ceu instrumentum publicum retinentur, quod plenam fidem facit tam in iudicio quam extra. Nam « instrumentum... accipitur... stricte, specialiter, et proprie pro qualibet scri- « ptura, quae fidem rei, quam confirmat, iudici facit... sive contineat privilegium, sive contractum, sive dispositionem ultimam, sive aliquid aliud; nam « super quavis materia instrumentum fieri potest, quo sensu *quaelibet scri- « ptura ad alicuius rei assertionem seu probationem facta,* INSTRUMENTUM *«appellatur...* et haec est acceptio instrumenti propria huius tituli » (Pirhing, lib. II, tit. 22, n. 1).

Quod si minuta haec, in hypothesi data, seorsim velit considerari, eadem est retinenda conclusio; cum enim in publico conservantur Archivio, quoad vim probandi, habetur ceu publicum instrumentum. Pirhing (loc. cit., n. 1) ad rem dicit: «Addi potest Quintus casus, in quo scriptura *privata* plene « probet, etiam sine alio adminiculo, nempe si producatur ex Cancellaria, vel « Archivio publico, in quo solum asservari solent scripturae authenticae ; non « quod talis scriptura, *secundum se, publica* sit, prout ea, quae per publicum « Notarium confecta est, sed quia *vim habet publici instrumenti,* «tum ratione « loci, quia huiusmodi scripta, seu litterae reconditae sunt in Archivio Curiae, « tum ratione personae quia per publicum et iuratum Officialem,seu ministrum, « sunt registratae, cui ex officio incumbit, ut nonnisi scripta, seu litterae, quae „ « fidem merentur, inter scripturas Archivii reponantur, de quibus fit mentio « in Auth. " Ad hoc „ » in fine. Hoc idem docet Reiffenstuel (loc. cit., n. 151) qui quaestioni propositae : « Quibus modis scripturae privatae authentizen- « tur, ita ut plenam fidem faciant », respondet: « 5) istud ampliatur ad «aliam scripturam privatam quando reperta est fideliter custodita in Archivio « publico, hoc est in loco, ubi solent exponi publicae scripturae. Talis enim « scriptura, sine aliqua subscriptione partium, et sine testibus, plene probat « ratione loci in quo authoritative asservata et reperta est, prout desnmi- « tur », etc. (cfr. Ferraris, B. I. V., *Scripturae,* n. 145; Scaccia, *De lud.,* lib. H, cap. 1.1, n. 756-757).

Peritior Federici contrarium tenuit: « Ritengo pertanto - ipse scripsit - « con certezza di poter affermare che per quanto riguarda il documento «del 1605, esso non può essere invocato a fondamento di nessun diritto « perchè non ci consta, che dallo stato di minuta sia stato mai ridotto in

« forma di originale ». Sententiam hanc Domini non approbant: quia argumenta, quibus ea sustineri praetenditur, quolibet sunt destituta valore iuridico:

Et sane peritioris sententia sequentibus fundatur rationum momentis: 1) minuta, de qua agitur, quibusdam caret qualitatibus essentialibus, ut veluti publicum instrumentum possit retineri, quod fidem faciat; est enim simplex minuta privata, non vero documentum ipsum, nec exemplar completum documenti originalis relaxandi; 2) antequam documentum originale expediretur, attento more Alexandriae servato, attentisque Statutis Municipalibus anni 1547, scriptura in Cancellaria praeparata publicis in tabulis in Turre Campanaria inscribebatur: hoc in casu cum non fuerit factum, frustra de expeditione documenti publici sermo instituitur; idque 3) tanto magis quia saltem referri debuisset, quod factum non legitur, in *Libro Crucis,* civitatis Alexandriae, in quo simile exemplar relatum invenitur « fidei nobilitatis », concessum familiae Ghilini sub die 30 augusti 1572; ideo 4) non constat documentum originale unquam fuisse expeditum; quod fidem facere possit. Verum haec omnia, iudicialibus Actis perpensis, peritioris sententiae non favent.

Primum quod attinet, dato etiam substantiali aliquo defectu quoad formam minutae controversae, non ideo sequeretur documenti impérfectio, quae ab adiunctis excluditur: « Si casus praebeat - ait De Luca (De *luci.,* disc. 27, « n. 29) - quod ille rogitus (nempe matricis originalis) non contineret dicta « requisita substantialia, nempe annum, mensem, diem, testes et clausulam, « *actum,* etc. non semper tamen iste defectus imperfectionem concludit; quo« niam pro facti qualitate subintelligenda quandoque venit adnotatio eorum« dem requisitorum, quae contineantur in praecedenti instrumento vel actu, « quando facti circumstantiae id suadent, quod scilicet iste secundus actus sit «praecedentis consecutivus, seu alias connexus». Sed insuper frustra asseritur, minutam in casu substantialibus publici documenti qualitatibus carere; in instrumento enim a publico Notario confecto de ea expresse legitur: « che «qui annessa si rilascia». Ideo minuta et Notarii instrumentum sunt quid unum indivisibile, unde simultanea orta auctoritas publica huiusmodi documenti, quod in iudicio debet attendi. Caeterum minuta in themate non est simplex scriptura, sed « minuta ex officio », seu in Actis recepta et a competente auctoritate, a Municipii Cancellario, subscripta. Huiusmodi minutis ex officio ordinario vis historica probandi non denegatur: secus enim acta in Archivio Secretariae Brevium Pontificiorum asservata, quae volumina 5074 complent inutilia prorsus essent retinenda; constant enim, ut plurimum, supplicibus libellis, testimonialibus Litteris atque minutis concessionum, in ordine dispositis, sicut in Municipali Alexandrino Archivio legitur factum de documentis concessionis Augustino Stortiglione factae.

Neque dicere relevat, de more fuisse apud Alexandrinum Municipium transcribere minutas in publicis tabulis; hoc enim nullatenus probatur. Non probatur ex Statutis Municipalibus anni 1547, quae inter scripturas publicis in tabulis referendas, non indicant negotia huiusmodi naturae, ipso proies-

sore Federici hoc fatente: « Non vi sono ricordate scritture come quella in « discussione ». Aliunde non exstant, vel saltem non cognoscuntur regesta, quae huiusmodi transcriptionem continent. Immo anno 1610, paulo post confectam minutam controversam, scripta omnia ad Rempublicam Alexandrinam spectantia, ut notat Schierina, qui iure annalium Alexandriae excellens compositor retinetur «confusa et nullo ordine in tabulario civitatis asservaban« tur ». Et anno 1615 non minor confusio praevalebat: « si vede la confusione « et la mala regola sin qui conosciuta nelle scritture et libri della città per « difetto di non essersi mai nè fatto Archivio formale, nè meno rinverantiz« zati i libri, e scritture anzidette » *(Rivista di Storia Arte, Archeologia della provincia di Alessandria,* serie II, fase. 23, pag. 35). Equidem, sicut professor Federici urget : « Uno dei registri del Comune di Alessandria ci è stato con« servato, ed in esso anche una fede di nobiltà analoga a quella che richiese «¡ al Comune Augustino Stortiglione nel 1605. Alludo al *Codex qui Liber Crucis « nuncupatur.* Nel *Liber Crucis* dunque è la fede di nobiltà di un Ghilini... « Perchè dunque se la minuta del 1605 dette origine ad un vero e proprio « documento rilasciato alla parte interessata, non fu quel documento regi« strato nel *Liber Crucisi ».* Et ratio in promptu est. Quod enim ultimo loco dicto in Libro fuit relatum documentum, anno 1572 legitur scriptum, trigesimo tertio nempe anno ante quam fides nobilitatis Augustino Stortiglione fuisset expedita. Deinde *Liber Crucis* non, erat collectio actorum Municipii Alexandrini; sed, ut testatur prof. Gasparolo: « Un rappongamento di fascicoli « che vennero agli Alessandrini risparmiati dagli incendi, dalle devastazioni, « ed anche dalle private depredazioni, insieme legati in un Codice solo ». Accedit, fidem nobilitatis familiae Ghilini, quam *Liber Crucis* refert, non fuisse actum Municipii Alexandrini, sed Collegii Iurisconsultorum Civitatis Mediolanensis. Demum transcriptionis omissio in *Liber Crucis* per -regulam potest explicari, de qua loquitur Marzi : « Abbiamo qualche esempio (negli Archivi « Fiorentini) di quella aulica instituzione, per la quale di certi atti e scritture « importantissime si cercava, a maggior garanzia della conservazione, di procu« rarsi *la inscrizione o* trascrizione in collezioni di documenti ufficiali molto «autorevoli...». Id etiam explicat formam amplam et solemnem, qua dicta fides investitur.

Itaque ex defectu transcriptionis minutae in tabulis publicis argui non potest, documentum originale non fuisse extensum, vel saltem non expeditum. Cum minuta ex officio fuerit, et in situ congruo Archivi cum aliis minutis asservata, ut ex numeratis paginis apparet, iure praesumitur, originale documentum fuisse reapse expeditum ; alioquin de eiusdem Decreti rescissione aliquo modo constare debuisset. Sed insuper potius constat, authenticum documentum reapse fuisse expeditum ; non enim documenta desunt expeditionem hanc comprobanda. Nam exstat in actis documentum a Regio Taurinensi Archivo Status relaxatum, ex quo desumitur, Augustinum Stortiglione huiusmodi fidem exhibuisse Delegatis a Carolo Emmanuele Principe Pedemontano missis, qui

vidèrent de authenticitate privilegiorum, insignium etc. eorum omnium, qui in eiusdem Principis Ditione generis nobilitate gloriarentur, ea lege adiecta « di non ammettere (sunt verba edicti Taurini die 4 decembris 1613 lati) alcuna « insegna od arma ottenuta e usata da 60 anni in qua senza che *consti* della « concessione "o privilegio in buona forma ».

Re enim vera ex Volumine cui titulus *Consegnamento di armi gentilizie* fuit exstructum Documentum ita conceptum : « Il Sig. Gio. Sebastiano Storti- « glione della Città di Fossano, tanto a nome proprio che delli Signori suoi « fratelli tutti figliuoli legittimi e naturali del fu Sig. Agostino Stortiglione « soddisfacendo etc. fa fede delle testimoniali di presentazione ed ammissione « d'armi concessa dalli Signori Delegati al fu Sig. Agostino Stortiglione loro « padre li 6 marzo 1614... con più. presenta il libro del Blasone, che fu formato « in esecuzione dell'Editto del 1613; a fogl. 59 si vede pure dipinta la detta « arma antica della loro casa e famiglia... la quale arma è uno scudo ovale « dentato e contradentato, in fascia di azzurro e di argento, elmo in profilo « ornato etc. Cimiero, una cicogna nascente d'argento col motto " Non voce « colitur ,, ». Constat ergo ex documento ab Archivo Status Taurinensi extracto, anno 1614 Augustinum Stortiglione a Delegatis Pedemontanis obtinuisse recognitionem et approbationem eorumdem armorum et insignium, de quibus est quaestio in minuta Alexandrina, seu ad tramites huius minutae : ptam supponit, hanc minutam in authenticum documentum fuisse transcriquod Augustino consignatum, qui ideo illud Delegatis Pedemontanis tradere potuit.

Tandem ex memorata minuta patet, anno 1605 unam tantum Alexandriae exstitisse familiam Stortilionum, antiquam, nobilem, e dicta Civitate originariam, cum privilegio arma et insignia gestandi in minuta ipsa descripta : secus absurda esset et Augustini petitio, et Municipii concessio. Petiit enim Augustinus: « di ha vere fede dalle SS. V V. dell'arma et insegne, che sogliono por- « tare la famiglia de' Stortiglioni di questa Città », quin necessarium putaverit aliud adiungere ad familiam magis determinandam : quod certe facere debuisset, et fecisset, si plures exstitissent Stortilionum familiae. Eodem modo loquuntur Deputati Civitatis, et qui de familia Stortilionum aderant, attestando quod « de eadem familia fuerunt et sunt nob. q. Augustinus Stortilionus qui Al- « berti... filius ». Si duae fuissent Stortilionum familiae distinctae et parentela disiunctae, pariter nobiles, antiquae, et Civitatis originariae cum privilegio eadem arma et insignia gestandi, intelligi non posset ad utram earum Orator vel Stortiliones attestantes pertinerent.

Quare Augustinus Stortilione e civitate Fossani ad unicam familiam nobilem, nominis Stortilione Civitatis Alexandriae originariam, pertinuit, ad quam pertinuerat Nicolaus Stortiglione, Beneficii fundator, et ideo fuit cum hoc parentela coniunctus.

Cum vero ab hoc Augustino per masculinam lineam descendat Aristides Stortiglione, sicut ex authenticis documentis fuit supra probatum, sequitur

eumdem Aristidem esse de nobili familia fundatoris Beneficii, huiusque agnatum, et consequenter ad ipsum iuspatronatus pertinere.

Neque appellantibus prodesse potest possessio invocata plusquam centenaria, ac proinde acquisitiva praescriptio contra hodiernum comparentem. Nam praeterquam quod possessio ista non fuit pacifica, datis reservationibus Procuratorum Fiscalium Alexandrinae Curiae, communis est Iurisperitorum et Canonistarum sententia, non admitti praescriptionem in iure patronatus sive familiari sive gentilitio, quia patroni succedunt iure proprio et independenti sibi a fundatore concesso, et non ab aliis manante. Ita De Luca *(De Iurep.*, disc. 31, n. 16): «Quod praedecessorum negligentiam in praesentando facilis « erat responsio ut ea praeiudicare quidem potuerit successoribus ius ab eis « metientibus ac venientibus iure haereditario, non autem iis, qui in iurepa« tronatus familiari vel gentilitio veniunt iure proprio, quoniam sicuti actus « expressus alienationis per eos factus illi praeiudicare non potest, ita minus « tacitus negligentiae, ut in specie Gratias S. R. R., *dee. 220, n. 26, p. II, Bec.*, (cfr. etiam *De lurep.*, disc. 35, n. 7, et alibi passim ; Wernz, *vol. II, p. II, n. 437;* D'Annibale, *III*, n. 35; Rota, *In Interamnen. Iurispatr.* c. *Priolo*, 23 Iunii 1659; in *Bononien. Iurisp. c. Pre, 31 ianuarii 1695-22 aprilis 1695).*

Quibus omnibus in iure et in facto rite perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus *Rotalem Sententiam diei 14 ianuarii 1914 esse confirmandam ;* et ad propositum dubium respondemus: *Affirmative quoad primam partem, Negative quoad alteram*, ac praeterea statuimus iudiciales expensas, taxa sententiae comprehensa, inter partes esse compensatas, attenta praesertim ardua quaestionis natura.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam *Codicis Iuris Canonici*, praesertim tituli XVII, lib. IV, iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna, pro rerum adiunctis, exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 14 novembris 1919.

Petrus Rossetti, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Maximus Massimi.

L. % S.

Ex Cancellaria, die 5 ianuarii 1920.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

IV

CLAVAREN.

EXSECUTIONIS SENTENTIAE

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno sexto, die 12 decembris 1919, RE. PP, DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Fridericus Cattani-Amadori, Auditores de turno, in causa* Clavaren.-Exsecutionis Sententiae, *inter parochum* Franciscum Rollino, *repraesentatum per legitimum procuratorem* Angelum D'Alessandri, *advocatum, et parochum* Antonium Bavestrello, *repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Per sententiam rotalem diei 6 decembris 1916, quae in rem iudicatam transiit, dirempta fuit controversia inter Antonium Bavestrello parochum S. Mariae de Nozarego, actorem, et Archipresbyterum Franciscum Rollino, parochum S. Margaritae Liguris, reum conventum appellantem, circa bona cuiusdam capellaniae laicalis, a quodam Ioanne Stephano Costa per donationem inter vivos diei 24 aprilis anno 1733 fundatae. Ad iuspatronatus activum et passivum capellaniae successive exercendum hic tres ordines personamm vocaverat: primo loco, nimirum, Ioannem Bernardum Costa, fundatoris fratrem, cum eius deseen d entibus; secundo loco, Gregorium Roisecco, cum suis descendenti bus masculinis; et tertio loco Ioannem Iacobum Banchero, notarium, item cum posteris masculinis. Voluit, denique, ut, hisce omnibus lineis extinctis, iuspatronatus activum capellaniae ad Rectorem pro tempore Ecclesiae S. Margaritae transiret. Ultimus patronus fuit canonicus quidam Iosephus Roisecco, e secunda familia a fundatore vocata, anno 1913 defunctus, qui famulam suam, Mariam Campodonico, haeredem universalem suam constituerat, quae proinde in bonorum etiam capellaniae dominium coram lege civili successit. Nam huiusmodi bona, quae vi legis italicae anni 1867 (art. 1), suppressis capellaniis omnibus, tum ecclesiasticis tum laicis, in manus auctoritatis civilis devoluta fuerant, a vinculo legali, iuxta tenorem eiusdem legis (art. 3) anno 1870 liberata sunt et patroni dominio coram lege civili adscripta sunt, taxa soluta libellarum 1298 a Pio Roisecco, Iosephi patruo, qui tempore minoritatis nepotis ab anno 1863 ad annum 1876 capellaniam administrabat.

Maria Campodonico, mulier timoratae conscientiae, bona Capellaniae administranda tradidit Archipresbytero Rollino, cui defunctus patronus, dum adhuc inter vivos erat, munus commiserat curam capellaniae agendi. Parochus autem S. Mariae de Nozarego, cum nemo ex lineis prius vocatis ad iuspatronatus reclamandum comparuerit, ab Ordinario petiit ut sibi, tamquam ultimo a pio fundatore vocato, capellanía adiudicaretur, et in duobus iudicii gradibus, coram tribunali diocesano primum, deinde coram H. S. Auditorio victoriam retulit.

PP. Auditores ad dubium a partibus propositum : *An bona capellaniae Costa a parocho S. Margaritae sint tradenda parocho S. Mariae de Nozarego,* responderunt : *Affirmative,* seu *bona capellaniae Costa a parocho S. Margaritae tradenda esse parocho S. Mariae de Nozarego iuxta modum in hac sententia determinatum.* Modus vero in sententia determinatus hic erat: « Bona-capel-' « laniae Costa, itaque, demptis necessariis expensis, tradenda sunt parocho « S. Mariae de Nozarego a paroco S. Margaritae, qui et curare debet ut ab « haerede, in testamento ultimi capellaniae patroni designata, Maria Campo- « donico nimirum, ea omnia perficiantur quae ad huiusmodi traditionem com- « plendam requiruntur. Traditio bonorum, porro, facienda est cum fructibus, « a die mortis ultimi patroni computandis.... Ad Episcopum spectat, salvis « patroni iuribus, in traditione bonorum capellaniae, securitati piae funda- « tionis iuxta vigentes leges ecclesiasticas providere ». Hanc sententiam Iudices rotales exsecutioni demandandam Curiae Clavarensi commiserunt. In exsecutione vero inter plura hinc inde a partibus disputata et a tribunali definita, * tria fuerunt capita relata ad « expensas necessarias detrahendas », parocho S. Margaritae adversa, quae circa ipse appellationem interponendam censuit ad N. S. Ordinem, nimirum: « 1) il parroco di Nozarego è liberato dal rimborso « della tassa di svincolo della Cappellania; 2) per la tassa di successione del- « l'eredità Roisecco spetta al parroco di Nozarego fare la denuncia del pas- « saggio d'usufrutto della Cappellania, ed a Mons. Rollino farsi rimborsare a « tutto suo rischio la tassa immeritamente pagata... 3) non si ammette a Mons. « Rollino il prelevo dell'adempimento della Cappellania nel tempo che stette « a sue mani ». .

Quare nobis res dirimenda proponitur sub dubio sequenti a partibus subscripto : *An et in quanam mensura in reddenda ratione bonorum capellaniae Costa detrahendae sint expensae pro liberatione et successione eorumdem bonorum, necnon celebratione Missarum.*

1. De triplici hoc capite expensarum separatim agendum est, et primo de liberatione bonorum a vinculo legali. Effecta est huiusmodi liberatio anno 1870, taxa soluta libellarum it. 1298 a Pio Roisecco, qui bona capellaniae administrabat ab anno 1863 ad annum 1876, quo tempore in manus sui nepotis, Iosephi Roisecco, iuspatronatus sibi reclamantis, reddita ratione rei gestae et inita cum ipso compositione, bonorum administrationem restituit. Ex dicta ratione reddita in compositione ineunda, computatis utrinque capellaniae proventibus et expensis omnibus, inclusa quoque taxa liberationis bonorum, patet debitum mansisse libellarum 669.84, simul cum huius summae fructibus a die 10 augusti anni 1870 ad diem compositionis anno 1876 supputandis, a novo capellaniae administratore Pio Roisecco solvendum. Ita relatio de compositione inter partes inita : « Questa somma di lire seicento sessantanove e cen- « tesimi ottantaquattro coi relativi interessi legali dal 10 agosto 1870 costi- « tuisce il debito che il chierico Giuseppe fu Avv. Domenico Roisecco ha con « Pio Roisecco dipendentemente dall'amministrazione tenuta da quest'ultimo,

« e di che nel resoconto, non che dipendentemente dallo svincolo della Cap-
« pellania, il cui importo fu abbonato al Pio Roisecco ».

Ex ultimis verbis relatis: «il cui importo fu abbonato al Pio Roisecco», et praecise ex vi vocis *abbonato,* sententia iudicis exsecutoris deducit pretium liberationis bonorum iam ante compositionem Pio Roisecco fuisse integre refecium: ait: « Se si considera il valore ed il significato che si dà commiine-
<< mente al verbo *abbonare,* usato in occasione di rendiconti, che è appunto
« quello di compensare il creditore con denaro od altro che già trovansi a
« sue mani, e spettanti all'amministrazione che si sta liquidando... prova che
« il Canonico Roisecco non rimborsò di proprio la tassa; e scioglie quindi
« il parroco di Nozarego da una ulteriore rifusione alla eredità Roisecco ».

Attamen, ex ratione rei gestae exhibita apparet taxam liberationis bonorum simul cum ordinariis expensis administrationis fusam fuisse ad unam integram summam expensarum constituendam, quae summam omnium redituum capellaniae excessit, et mensura huius excessus debitum repraesentat libellarum 669 cum foenere sex circiter annorum a capellanía administratori officium relinquenti solvendum. Huiusmodi summa, profecto, partem constituit taxae pro liberatione bonorum die 10 augusti 1870 solutae quia iuxta terminos compositionis cum foenere ab hac determinata die usque ad diem compositionis initae computando restituenda erat. Unde vox *abbonato* ex contextu significare potius videtur admissum et approbatum fuisse ius Pii Roisecco ad refectionem pretii pro liberatione bonorum Capellaniae depensi.

Num vero reapse solutum fuerit hoc debitum a canonico Iosepho Roisecco, vel quo modo, acta directe non docent. Tamen ex praesumptione satis constat debitum solutum fuisse a novo capellaniae administratore, quia solemniter ab ipso admissum fuit in actu conpositionis factae, nec ullum indicium habetur protestationis ex parte Pii Roisecco ob negatam vel omissam debiti solutionem.

Ex simili autem, vel potius fortiori, praesumptione, supposita debiti solutione, constat idem non ex aere proprio administratoris, sed ex fructibus cappellaniae solutum fuisse. Debitum enim non erat personale Iosephi Roisecco, sed capellaniam gravabat, ens iuridicum videlicet a persona administratoris distinctum, et intuitu capellaniae contractum fuit, nempe ut existentiae ipsius consuleretur; ideoque, tamquam expensa extraordinaria a capellania rependenda fuit; et quidem ex eius fructibus, non ex ipsa fundationis dote. Hoc enim fuisset alienatio bonorum causae piae, quae sine venia Apostolicae Sedis fieri non potuit: sed huiusmodi venia, ut notatur in sententia rotali, in casu non intercessit. Porro, ex documento compositionis Pium inter et Iosephum Roisecco, constat fere dimidiam partem taxae liberationis bonorum *(tassa di svincolo)* ante initam ipsam compositionem anno 1876, in periodo sex annorum videlicet, ex fructibus capellaniae fuisse repensam. Nam huiusmodi taxa, anno 1870 a Pio Roisecco soluta, inter expensas administrationis - capellaniae in compositione facienda computata fuit, et summae aequi-

valebat libell. 1298; sex post annos autem, die compositionis anno 1876, comparatis simul omnium expensarum et redituum, remanebat tantummodo summa libell. 699, a capellanía solvenda. In dictis rationibus solidandis, vero, non alia probatione constabat fere dimidiam partem taxae solutae administratori fuisse restitutam, quam quod ipse in periodo sex annorum antecedenti fructus aequi valantes capellaniae prae manibus habebat. Nec aJia probatio solutionis debiti quaerenda est respectu administrationis Iosephi Roisecco. Nam ex generali regula, saepius a S. R. Rota confirmata, praesumitur creditorem satisfactum esse ex bonis quae ipse administrat, donec contrarium ex reddita ratione rei gestae constiterit. Iamvero, supposita aequali circiter mensura fructuum cappellaniae pro annis qui assumptam administrationem a Iosepho Roisecco sequebantur, quod praesumendum est donec contrarium probetur, ante decem annos certe totum debitum fuisset extinctam. Iosephus Roisecco, autem, non decem dumtaxat, sed sex et triginta annos capellaniae fructus possidebat et administrabat. Ideoque, etiam in hypothesi, de qua tamen ex actis non constat, quod ipse ex aere proprio debitum patruo immediate solverit, idoneam compensationem ex cappellaniae fructibus recepit, et recepisse censendus est, iuxta regulam supra citatam. « Generalis regula est, ait Rota, « cor. Cerro, Decano, dec. 152, n. 8, par. 9, tom. I, Rec, in quolibet admini- « stratore, qui administrat bona sui debitoris, quod praesumitur ex illis satis-' « factus ». Haec regula plurimis decisionibus a Rota firmata est, ut ex. gr., in Dec. 166, n. 23, par. 10; Dec. 249, n. 32, par. 11; Dec. 168, n. 1, 2, 10, par. 14; Dec. 140, n. 6, par. 17, Rec. Alia, praeterea, regula a S. R. Rota saepe enunciata prohibet quominus iosephus Roisecco aut haeres eius dicatur creditur administrationis capellaniae, nempe quod administrator nec creditor nec debitor administrationis dici potest ante redditam rei gestae rationem (cf. Dec. 210, n. 2; Dec. 529, n. 5, par. 3; Dec. 65, n. 1, par. 4, tom. I, etc.; De Luca, *De credito,* Disc. 41, n. 7; *De Tutor, et Curator*, n. 55). Nulla autem exhibita est ratio rei gestae pro 36 annis, quibus defunctus patronus bona capellaniae administrabat.

In sententia rotali exsequenda, igitur, inter expensas detrahendas non est enumeranda taxa pro liberatione bonorum capellaniae soluta.

2. Détaxa successionis haereditariae, quam archipresbyter Rollino inter expensas reiiciendas recenset, ita pronunciavit Iudex exsecutor: « Per la tassa « di successione dell'eredità Roisecco, spetta al parroco di Nozarego fare la « denuncia del passaggio d'usufrutto della cappellania, ed a Mons. Rollino « farsi rimborsare a tutto suo rischio la tassa immeritatamente pagata ».

Archipresbyter, scilicet, taxam integram successionis inter extraneos pro bonis capellaniae solvit, quin diminutionem petierit ob onera Missarum iisdem bonis adnexa.

Recte animadvertit patronus parochi de Nozarego iudicem executorem erronee locutum esse de transmissione usufructus bonorum relate ad auctoritatem civilem, quae exsistentiam entis iuridici capellaniae non admittit, sed

tamquam verum dominum bonorum piae fundationis habet eum, qui taxa soluta eadem a vinculo liberavit, ac proinde dominium, non merum usumfructum, bonorum ad eius haeredem transire praesumit.

Eadem auctoritas liberanti quidem bona tradit cum oneribus adnexis, ab ipso adimplendis * prout et quatenus de iure » ; neque excluduntur onera spiritualia, sicut onera missarum, etc.; attamen iurisprudentia fori civilis ostendit non eamdem haberi rationem omnium huiusmodi onerum, quorum aliqua, ex gr. missae in determinato sacello, diebus et horis praefinitis celebrandae, actione iudiciaria ab iis quorum interest urgeri possunt, aliorum vero satisfactio conscientiae domini bonorum relinquitur. Ad rem notat Rivarolo *(Ii governo della parrocchia,* ed. 3, pag. 296): « O trattasi di oneri che hanno « solo in mira il vantaggio spirituale del fondatore o di altre persone da « esso designate, come l'obbligazione di celebrare un dato numero di messe «in di lui suffragio, e dei di lui parenti, senza designazionenè di chiesa, Uè « di altare, nè di giorno, nè di ora, ed allora nessuno avendo interesse alla « esecuzione di quell'onere (tranne forse gli eredi del fondatore) esso rivesti« rebbe il carattere di un puro e semplice obbligo di coscienza, che sfugge « ad ogni giuridico procedimento ». Cum onera missarum in casu nostro huiusmodi sint naturae, serio dubitandum censuerunt DD. Auditores an Fiscus, qui in taxa successionis b aereditariae determinanda onerum in genere haereditatem gravantium rationem habere solet, taxae diminutionem concedere voluisset, ubi de mero onere conscientiae agitur. Stante hoc dubio autem, archipresbyter Rollino ob solutam integram successionis taxam argui nequit illius negligentiae quae restitutionis obligationem parit. Unde detrahendas ducunt expensas pro taxa soluta. Attamen, cum omnis spes remissionis alicuius taxae absolute ablata non videatur, parochus Rollino curare debet ut haeres defuncti patroni intra tempus utile a Fisco petat partialem taxae restitutionem oneribus Cappellaniae respondentem : quae si obtenta fuerit summa restituta tradenda erit parocho de Nozarego.

3. Quod ad expensas attinet pro oneribus Cappellaniae adimpletis, seu missis celebratis a parocho Rollino, sententia iudicis exsecutoris eas detrahendas esse negat hisce terminis : « Non si ammette a Mons. Rollino il pre« levo dell'adempimento della Cappellania nel tempo che stette a sue mani ». Et ratio assignatur: « Ma dato anche avesse soddisfatto all'onere della Cappel« lania, è chiaro averlo fatto ilegítimamente, essendogli stati contestati in tempo «utile ed in modo legale i diritti da lui accampati sulla Cappellania».

Non autem valet ratio allegata; quamvis enim nunc constet ex re iudicata parochum Rollino nullum ius habuisse ad iuspatronatus cappellaniae, nihilominus possessor reapse fuit bonorum eiusdem, nec illegitimus quidem, etiam post intentatam litem, ratione muneris sibi commissi a patrono defuncto et bonorum sibi traditorum ab eiusdem haerede, donec per rem iudicatam ipsi notificatam imposita fuerit obligatio parocho de Nozarego bona cappellaniae tradendi. Possessor autem bonorum controversorum, etiam lite pendente,

eadem prudenter administrare tenetur, ideoque, nisi iudex aliter ordinare cen suerit, necessarias expensas solvere et onera ipsis adnexa, quae moram non patiuntur, adimplere. Iamvero, inter huiusmodi onera annumeranda sunt missarum suffragia, quae intra annum regulariter celebranda sunt, et quorum tempestivae celebrationi in iure suo Ecclesia semper consuluit (v. can. 835, 841, 844, *Codicis I. C).*

Non ideo, tamen, ius habet administrator ut fructus beneficii faciat suos, sed tantummodo ut relativum missae stipendium recipiat. Inde commodum etiam parocho de Nozarego provenit, quod ipse ab onere liberatur celebrandi Missas, quas ipse secus celebrare vel celebrandas curare debuisset.

Ad probationem autem adimplementi huiusmodi onerum regulariter sufficit ut sacerdos bonis moribus in scriptis declaret se missas acceptas celebrasse, indicatis diebus celebrationis. Re quidem vera, non habetur in Actis declaratio categorica archipresbyteri Rollino de missis reapse ab ipso celebratis, sed tantummodo de acceptatione stipendii ut missae celebrarentur. Debet, igitur, iudici exsecutori scriptam exhibere declarationem de missis ab eo celebratis ante notificatam sibi sententiam rotalem, indicatis diebus celebrationis : quo facto, relativa huiusmodi missarum stipendia inter expensas detrahendas a Cappellaniae fructibus annumeranda sunt.

Quibus omnibus in iure et in facto rite perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, dicimus, declaramus et sententiamus, ad propositum dubium respondentes : *Primo ; non esse detrahendas expensas pro liberatione bonorum Cappellaniae ; secundo : detrahendas vero esse expensas pro taxa successionis soluta, firma tamen manente in archipresbytero Bollino obligatione curandi ut Maria Campodonico, intra tempus utile, petat a Finco summam respondentem oneribus quibus cappellania gravatur, quae summa, si obtenta fuerit, tradenda erit parocho de Nozarego ; tertio, denique loco : detrahendas esse expensas pro celebratione Missarum iuxta modum in sententia determinatum.* Statuimus, praeterea, expensas iudiciales compensandas esse inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De ref,* Concil. Trident, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitusa sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 12 decembris 1919.

Ioannes Prior, *Ponens.*
L. S. Aloisius Sincero.
Fridericus Cattani-Amadori.

Ex Cancellaria, die 9 ianuarii 1920.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

V

LONDONEIN.

DIFFAMATIONIS ET POENARUM

Benedicto XV féliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno sexto, die 15 iunii 1920, RR. PP.* *DD. Aloisius Sincero,* Ponens, *Fridericus Cattani-Amador i et Iulius Grazioli, Auditores de turno, in Causa* Londonen. Diffamationis et Poenarum, *inter sacerdotes* J. A, Loiselle, Petrum L'Hereux, P. Langlois *et* N. D. St. Cyr, *pro quo eius heredem, actores, ac Illmum et Revmum* M. F. Fallón, *Ordinarium Londonensem, conventum, interveniente et disceptante in causa Revmo Promotore Iustitiae, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

Pendente apud nostrum Sacrum Ordinem causa dismembrationis parochiae *Notre-Dame du Lac,* in oppido *Walkerville,* Londonensis dioecesis, Illmus et Revmus M. F. Fallón, loci Ordinarius, haec de parocho eiusdem paroeciae docuit Tribunal: « Il Reverendo L. A. Beaudoin appellante è un « prete che disturba. Per quasi due anni egli ha fatto del tutto per intrigare « e impedire l'opera del suo Vescovo e nella parrocchia e in altre parti della «diocesi di London. Egli non è competente nell'esercitare il ministero per i « cattolici di lingua inglese; parecchi hanno perduta la fede, e vi è grave peri« colo che altri abbiano a perderla. La sua invariabile condotta consiste nel « tentare pubblicamente e privatamente, nel prevenire con il fare insorgere « l'opposizione di certe classi della popolazione e far naufragare le decisioni, «che non soddisfacciano a lui personalmente». Quae, cum omnino abs re essent in causa dismembrationis paroeciae, de qua agebatur, non erant in actis adducenda.

De hisce edoctus parochus Beaudoin quamdam declarationem a quibusdam suis confratribus obtinuit in qua sat multa in sui defensionem ; haec vero in Ordinarii offensionem continebantur : « Que pendant son long ministère parois« sial la seule direction episcopale, à laquelle l'Abbé Beaudoin se soit opposé « est celle de Mgr Fallón, l'Evêque actuel, défendant d'enseigner le français « aux enfants des parents canadiens-français et de prêcher en français aux « catholiques de cette nationalité ». Haec declaratio, utpote a causa omnino deflectens et in Ordinarium mordax, non erat in Actis excipienda, eoque minus typis edenda, aut certo certius, praesertim post Ordinarii protestationes, ab Actis ex officio expungenda.

Quod cum factum non fuerit, ista declaratio causam, seu ansam, prae buit ad praesentem diuturnam et implexam actionem. Nam loci Ordinarius primo quidem subscriptores declarationis paterne monuit ut declarationem explicarent, aut pröbarent, vel retractarent; iis vero renuentibus, ad Tribunal

sui Officialatus vocari iussit et dein variis poenis affecit. Quum autem aliqui ex iisdem sacerdotibus a Summo Pontifice obtinuerint Commissionem ut eorum causa penes nostrum Sacrum Ordinem ageretur, haec dubia inter partes concordata fuerunt:

1) *An exceptiones incompetentiae legitime reiectae fuerint a Curia Londonensi, in casu.*

2) *An poenae irrogatae ab Episcopo, in casu, iniustae sint.*

3) *An constet de diffamatione recurrentium ex parte Episcopi, ita ut sit locus reparationi in casu.*

4) *An constet potius de diffamatione Episcopi ex parte recurrentium, ita ut sit locus reparationi in casu.*

5) *An constet de attentatis ob sententiam latam ab Episcopo Londonen, 9 aprilis 1915, ita ut sit locus purgationi et refectioni damnorum.*

6) *An expulsio Sacerdotis St. Cyr e paroecia et e Dioecesi Londonensi sustineatur in casu.*

Ad 1m. - Ex actoribus, modo in causa, supersunt tantum sacerdotes Loiselle, L'Hereux, Langlois et heres sac. St. Cyr.

Sacerdos igitur Loiselle, L'Hereux et St. Cyr, in ius vocati, has exceptiones fere iisdem verbis opposuerunt: « Je refuse (ita sac. Loiselle) péremptoi-« rement de justifier le témoignage, que j'ai rendu en faveur de l'Abbé Beau-« doin dans la cause actuellement devant la Sainte Rote Romaine, jusqu'à ce « que jugement soit prononcé par ce Tribunal dans la dite cause. *De* plus je « recuse absolument la compétence du Tribunal devant lequel j'ai l'honneur « de comparaître en ce moment, et je ne consentirai à répondre que devant « un juge supérieur à mon Ordinaire et à ses représentants ». Quibus excép'onibus motis, tribunali valedixerunt, neglectis monitionibus iudicis in tribunali sistendi.

Duplex porro exceptio hisce in declarationibus continetur, *realis* una ob connexionem actionis cum causa quae agebatur penes Sacram Rotam, *personalis* altera ob incompetentiam tribunalis Curiae Londonensis, ex defectu iurisdictionis. «Je ne consentirais à répondre que devant un juge supérieur « à mon Ordinaire et à ses représentants ». Utramque vero legitime reiecit tribunal Curiae Londonensis, primam quia causa, quae agebatur coram Curia Londonensi, de declaratione, quam Ordinarius sibi aestimabat iniuriosam, nullam in se praeferebat connexionem cum causa dismembrationis paroeciae loci vulgo *Notre-Dame du Lac,* pendente penes Sacram Rotam, alteram dein quia iudicis est aestimare an sua sit iurisdictio (Schmalzgrueber, tit. I, *De iudiciis,* lib. Il, Decr. n. 19; Bouix, *De iudiciis,* par. 1, sect. IV, § 2); cumque in causa ageretur de probanda declaratione contra Ordinarium scriptam, profecto Curia Londonensis competens erat.

E contra sac. Langlois duplicem exceptionem incompetentiae et suspicionis clare et distincte proposuit. Porro, primam exceptionem incompetentiae Curia Londonensis legitime reiecit, quia nondum legitime resciverat Com-

missionem a Summo Pontifice signatam fuisse; alteram vero illegitime, quia cum exceptio suspicionis non esset aperte frivola, in casu, per arbitros definienda erat, ex cc. 41 et 61, tit. XXVIIt, lib. II *Decretalium.* Suspicionis vero exceptionem, in casu, non fuisse aperte frivolam, patet non tantum ex speciali relatione iudicis ad adversarium recusantis (arg., Schmalzgr., part. *III,* tit. XXVIII, n. 137; Bouix, *De iudiciis,* tom. II, subs. % cap. VIII; qu. 4 et 5), sed praesertim ex natura causae et peculiaribus eius adiunctis, potissimum quia Ordinarius, loco curandi ut actio promoveretur a Promotore Fiscali, maluit per seipsum fieri actor, personaliter assistere in sessionibus tribunalis, erga quod partes quoque egit *Ordinarii,* decernens sua auctoritate ut conventi citarentur : « Questo è per ordinarvi in virtù del- « l'autorità diocesana a noi commessa », etc.

Quare legitime a Curia Londonensi reiectae fuerunt exceptiones incompetentiae motae a sacerdotibus Loiselle, L'Hereux et Langlois ; illegitime vero fuit reiecta exceptio suspicionis apposita a sacerdote Langlois.

Ad 2[m]. - Poenam quod attinet irrogatam in sacerdotem Loiselle, is declaratus fuit contumax et « passivo di qualunque pena creduta adatta al caso « dal suo stesso Vescovo ». Iuste igitur suspensus fuit a suo Ordinario. Ceterum paulo post ab Ordinario liberatus fuit a suspensionis poena, nam accusationes in Ordinarium latas hac declaratione retractavit: « Je, J. A. Loiselle « déclare qu'en signant cette déclaration, je n'ai jamais voulu accuser mon « Evêque d'avoir défendu l'enseignement de la langue française aux enfants « canadien-français et la prédication en français aux catholiques de cette natic- « nalité ».

Sacerdos vero THereux non fuit declaratus contumax a Curia Londonensi, quamvis contra monitum iudicis tribunali valedixisset ; eique per sententiam concessum fuit spatium decem dierum ad poenitendum : «• Questa Corte ... con- « danna il R. P. L'Hereux, convento, a sottomettersi al Querelante col dichia- « rare per iscritto, entro dieci giorni dalla pubblicazione di questo giudizio, « la sua incapacità di provare le accuse fatte, il suo rincrescimento e'le sue « scuse al Vescovo e alla Corte per il disprezzo mostrato verso il Tribunale « diocesano ». At Ordinarius, eo ipso die prolatae sententiae, eum suspendit hac duplici de causa. Tum igitur quia sac. L'Hereux appellare adhuc poterat vel sententiam exequi, tum quia Ordinarius, utpote actor in causa, sententiam observare debebat, poena inflicta in sacerdotem L'Hereux iniusta fuit saltem quoad modum quo irrogata fuit, quia nempe intempestiva. Ceterum non fuisse iniustam quoad substantiam ipse sac. L'Hereux recognovisse videtur, nam postea accusationes factas retractavit et consequenter a poena suspensionis relaxatus fuit.

Sacerdos Langlois nulla poena multatus fuit; de sacerdote vero St. Cyr inferius dicendum erit.

Poena igitur ab Episcopo irrogata in sacerdotem Loiselle iusta fuit; poena autem irrogata in sacerdotem L'Hereux iniusta fuit quoad modum.

Ad 3m. - Patronus actorum contendit sacerdotes Loiselle et L'Hereux diffamatos fuisse ab Episcopo, primo quidem quia suspensio, in eos irrogata, factum fuit, ex quo illorum existimationi vulnus, idque maximum inflictum est. Verum suspensio in sacerdotem Loiselle undequaque iusta fuit, suspensio vero in sacerdotem L'Hereux dici nequit quoad substantiam iniusta ; quaevis igitur diffamatio cessat, et supervacanea est quaelibet inquisitio circa divulgationem suspensionis et animum Episcopi.

Sacerdotem Langlois fuisse diffamatum item Patronus affirmat, quia, quamvis Episcopus eum non suspendent, tamen, exceptione posthabita,-quam legitime moverat, in iudicium vocare iussit et iniqua sententia damnari. At hic non agitur de diffamatione patrata a iudice per iniquam sententiam, contra quam ceteroquin sacerdoti Langlois praesto erant iuris remedia; sed de diffamatione perpetrata ab Episcopo. Episcopus quidem petiit •« al Tribunale Diocesano di citare, per mezzo dei suoi ufficiali, il. detto convenuto e di obbli« gàrlo a provare le accuse fatte ». At in his diffamationem contineri tam absurdum est, ut refutatione non indigeat.

Nulla igitur diffamatio realis ex parte Episcopi, sed nec ulla intercessit diffamatio verbalis.

Nam Episcopus vel tantum animadvertit in declarationem ut in mendacium et calumniam: « il dénonça comme un mensonge et une calomnie des « curés canadiens français, l'affirmation qu'il s'était opposé au français », ut refert Henricus Bàchard, in quo nulla diffamatio consistit; vel si animadvertit in sacerdotes tamquam mendaces: « Disant qu'ils étaient menteurs, « mentionnant Mgr L'Hereux et Loiselle qu'il avait suspendus », ut refert Paulus Morand, id facit post iustas iudicis sententias, quibus probatis diffamatio et iniuria cessat (D'Annibale, il, n. 2(>0), nec deerat iusta causa ut sese defenderet et consideret suae existimationi (D'Annibale, ib.; S. Rota, c. Lega, *Diffamationis,* 12 decembris 1910 ; n. 6 et 11, etc.).

Ad 4m. - Quoad declarationem signatam a sacerdotibus, eam, in se et obiective speciatam, continere iniuriam et delractionem gravem in loci Ordinarium, qua talem, evidens est. Non enim tantum iniquum esset ex parte Episcopi veluti persequi, in eorum lingua catholicos frauco-canadenses de religione in Canada optime méritos, sed cum Episcopi sit pacem et concordiam servare in grege sibi a Deo concredito, ab religione officii declinasset, si ita in suo munere episcopali Revmus Fallón se gessisset *(direction episcopale),* ut prohibere!, docere in lingua gallica filios parentum franco-canadensium, et praedicare in lingua gallica catholicis eiusdem nationis, pariterque violasset monita et comminuisset instructiones super hac maximi momenti re constanter editas a Sancta Sede, praesertim vero a Pio X per litteras 10 iulii 1911 ad Archiepiscopos et Episcopos canadenses; « Itaque primum volumus prudenter « vos quidem, sed perseveranter, detis operam, ut quaecumque etiam nunc « insident sententiarum discrepantiae inter catholicos propter generis et lin« guae discrimen, eae *funditus tollantur* ». Porro declaratio signata a recur-

rentibus Ordinarium Londonensem in suo munere episcopali gerendo inducit non tollentem, sed foventem eiusmodi diserepantias et discordias, quod profecto probrosum esset in Episcopo.

Recurrentes vero nedum non valuerunt probare veritatem assertionis quae in declaratione continetur, nempe Episcopum Faìlon sua directione episcopali prohibuisse doceri linguam gallicam pueros parentum franco-canadensium, et praedicare in gallica lingua catholicis eiusdem nationis, quin potius ex processu, et ex testibus a recurrentibus ipsis adductis, ex documentis ab iisdem allatis evidenter patet declarationem, de qua agitur, commenticiam esse et a veritate prorsus alienam.

Quodque difficile esset assertum probare, ipse actorum patronus demonstrat, dum contorquet et circumvenit quaestionem. Si probavero - inquit - Episcopum eo tendisse ut scholae bilingues supprimerentur, iam erit in aperto hunc eo tetendisse, ut gallica in scholis lingua non amplius duceretur. Verum primo quidem aliud est ut Episcopum huc intendisse ut methodus quae in scholis invalescit corrigeretur, leges quibus scholae in sua provincia reguntur mutarentur vel emendarentur, aliud vero est quod Episcopus, his stantibus rebus et legibus, vetuerit quominus docerentur linguam gallicam pueri parentum franco-canadensium; porro de prohibitione seu interdictione agitur in declaratione «direction episcopale... défendant d'enseigner».

Quod si Praesul Fallón non fovebat scholis, ut aiunt bilinguibus, id minime procedebat ex voluntate aliena a lingua gallica, sed ex persuasione profecto honesta, etsi ab errore non immuni, hanc methodum esse futilem, inefficacem etdamnosum ipsis pueris parentum franco-canadensium. Eamque fuisse mentem Praesulis Fallón, ita ex processu in aperto positum est, ut amplius dubitari nequeat. « Je crois - ita Dominus J. O. Rhèanme - que dans la bouche de « Mgr Fallón, cette expression (Je ne suis que contre les écoles bilingues) veut , « dire qu'il est contre l'enseignement bilingue comme système, mais qu'il n'est « pas contre renseignement du français ». Et Dominus W. J. Hanna haec sub iuramenti fide coram Iudice declaravit: «MI Vescovo Fallón fece cadere « il discorso sulla questione scolastica, dandoci ad intendere che tale questione «gli premeva molto. Egli disse che aveva ragioni per temere che i bambini « della sua diocesi, dei quali egli si sentiva di portare la responsabilità, *non « stavano ricevendo una istruzione pari a quella che in generale si acquistava « nelle scuole pubbliche, - che essi non si stavano corredando sufficientemente « per gareggiare con gli altri.* Egli ha dato due o tre argomenti in sostegno « di questa sua asserzione, che gli erano venuti in mente. Tale sconcio, egli « disse, si nota in modo particolare, e forse unicamente, in quei ragazzi appar- « tenenti a genitori francesi, e che frequentavano scuole dove si insegnava il « francese, non escludendo completamente l'inglese. Ma a tal punto chel'in- « glese non veniva insegnato adeguatamente. *Ciò, disse egli, tornava di grande « svantaggio per i ragazzi.... L'impressione che io ho ricevuto dall'intervista « col Vescovo Fallón, fu il gran interessamento per coloro sottoposti alla sua*

« cura, e che non si trattava di escludere il francese dalle scuole. Non vi fu « una dichiarazione fatta dal Vescovo Fallón, durante quella intervista, che « potesse prestarsi alla spiegazione che egli fosse nemico ai francesi o all'in- « segnameuto della lingua francese nelle scuole. Egli solo insistette sul dovere « inderogabile che spetta alla scuola di dare una istruzione inglese efficace, « necessaria per il benessere futuro dei ragazzi. Se di più, egli aggiunse, voi « potete insegnare il francese o qualunque altra lingua, tanto meglio.... Il cur- « ricolo degli studi in tali scuole (bilinguibus), disse lui, *non era quello che « egli desiderava di vedere per la giustizia verso gli scolari.* Egli fece menzione « dei ragazzi che passano dalle scuole bilingui alla scuola superiore e a un « certo rapporto da lui ricevuto su tale riguardo, e continuò a dire *che la sua « ansietà era di preparare i giovani per la Chiesa, ma che non poteva sperare « in un successo se la efficenza della scuola non fosse elevata ».* Atque insuper interrogatus ad instantiam procuratoris actorum : « È egli vero che una per- « sona contraria alle scuole bilingue è necessariamente contraria all'insegna- « mento del francese?», id aperte negavit.

Si vero quaedam Sorores a docenda lingua gallica in scholis aliquamdiu supersederunt, id minime tribuendum est praecepto vel consilio Praesulis Fallón, sed tantum aequivocationi Moderatricis sororum. «L'insegnamento « del francese fu sospeso a causa di un malinteso », ita ipsa Soror Angela, Superiorissa Congregationis a S. Ioseph. Et Soror Vineentia: « ... Io, personal- « mente, credevo che la Madre Generale *aveva errato* con ciò che essa mi «riferì come desiderio di Mons. Fallón».

Neque dici potest cum patrono actorum Episcopum, quum vidisset prohibitionem non esse legitimam, consilium mutasse. Nam, ut testatur Soror Maria a Congr. a S. Ioseph : « Egli (Episcopus), venne a Belle Rivière, al nostro Mona- « stero, per la Cresima circa il I° ottobre... *Sua Eccñza non sapeva fino allora « che l'insegnamento della lingua francese era stato sospeso. Egli scoprì ciò « con la sua visita al nostro Monastèro, Egli si mostrò meravigliato ed anche « seccato venendo a sapere di tale sospensione.* Egli mi domandò: " Chi vi ha «dato l'ordine di sospendere l'insegnamento del francese?,,. Ed io risposi: « " Madre Angela,,. Ed egli mi disse: "Chi ordinò ciò a Madre Angela?,,. Ed «io: " Deve essere stata V. Eccñza, la Madre così ha detto,,. " *Credete che « io sia così stupido di andare contro i regolamenti del Dipartimento di Istru- «zione?,, ».* Et soror Irenes eiusdem Congregationis: « Il Vescovo aveva visi- « tato la scuola e *si era molto sorpreso nel constatare la mancanza d'inse- « gnamento del francese e ne chiese la ragione.* Io gli risposi che Madre Angela « mi aveva dato questa istruzione. Sua Eccñza Revma *era molto sorpreso e « seccato e categoricamente mi disse che egli non aveva mai detto cose di « questa sorte ».*

Eoque minus actores valuerunt probare alterum caput declarationis, Praesulem nempe Fallón sua episcopali gubernatione prohibuisse quominus conciones haberentur in gallica lingua catholicis eiusdem nationis. In qua demonstra-

tiöne comparanda non minori ambiguitate seu aequi vocatione actorum argumentatio laborat. Ait enim patronus actorum : in quo etiam omne punctum mihi videor laturus, si probavero fideles gallica natione saepe saepius institisse Episcopo, sed frustra, ut conciones gallica lingua in Ecclesia haberentur. Verum aliud est quod Episcopus facultatem non concesserit a se petitam, et aliud omnino est quod prohibuerit conciones haberi in gallica lingua pro catholicis gallis: «direction episcopale... défendant... de prêcher en français aux « catholiques de cette nationalité ». Nec satis ; nam in petitione oblata Praesuli non postulabatur facultas concionandi in gallica lingua, sed ut *amplius* conciones haberentur in gallica lingua, idque constat ex ipsis testibus a patrono actorum allatis: «Nous avons - ita Christiana Menard - adressé une requête « à Mgr Fallón, dans laquelle les mères canadiennes-françaises demandaient « plus de français à l'église ». Et Guilelmus Adam: « J'ai signé une pétition « adressée à Mgr Fallón: on demandait plus de français pour nos enfants « à la Messe de 9 heures». Quid autem reposuerit Praesul Fallón, ipse testis docet: « Vous n'aurez jamais plus de français, que vous en avez mainte« nant ». Dato igitur etiam quod res ita se habuerint prout contendit patronus actorum, iam falsitas declarationis hoc super puncto satis apparet.

E contra ex actis patet nil immutatum fuisse quoad usum gallici sermonis in ecclesiis dioecesis Londonensis post adventum Episcopi Fallón. Ad rem testatur Rosolia Langlois e paroecia a S. Alphonso loci Windsor: «En « général, il n'y a aucun changement depuis des années. Ce qui se faisait aux « temps de Mgr Meunier, se fait encore maintenant ». Et Gilbertus Hebert, eiusdem paroeciae: «Il n'y a aucun changement depuis le temps de Mgr Meu« nier ». Idem quoad paroeciam ab Immaculata B. M. V. Conceptione deponunt Christina Ménard, Dominicus Gourd, Euclides Jacques, etc.

Atque ex parochorum, quotquot auditi fuerunt, testimoniis evidenter constat in facultate fuisse uniuscuiusque parochi in sua paroecia in sacris functionibus peragendis una vel altera utendi lingua, aut anglica, aut gallica, prouti cuique parocho fidelium attentis necessitatibus magis opportunum visum fuerit. Ad quaestionem enim: « Relativamente alla lingua usata nella vostra « amministrazione parrocchiale, è stata essa lasciata sempre alla vostra discre« zione, al vostro giudizio e alla vostra coscienza? », sac* iacobus Coté, parochus ecclesiae Assumptionis B. M. V., loci Sandwick, respondit: «Si, sem« pre alla discrezione dei preti della parrocchia. Noi abbiamo sempre seguito « lo stesso sistema fin da quando i Basiliani presero la cura della parrocchia «nel 1870». Sac. vero Hubertus Nelson, parochus ecclesiae Immaculatae Conceptionis, loci Windsor: «Nei limiti della ragionevolezza, è stato lasciato alla « mia discrezione e giudizio », et sac. Carolus Laliberté, parochus Sancti Ioàchim: «Oui, toujous, j'ai une paroisse complètement française, et j'ai été « laissé entièrement libre quant à l'usage des langues ».

Porro iidem parochi apertissime asseverarunt nemini unquam vetitum fuisse a Praesule Fallón ne in sacris concionibus gallica lingua uterentur, ita ut

falsitas declarationis quoad hoc caput magis magisque confirmetur. Nam interrogati an unquam impediti fuerint «di predicare in francese », an noverint si quis « abbia avuto simile impedimento », an « è egli possibile che un simile « impedimento fosse fatto », quin de eodem notitiam habuerint, sac. Coté, paro", chus ecclesiae Assumptionis, decem abhinc annis respondit: « Mai, non cono- « sco una persona che abbia ricevuto simile impedimento. Nessuna proibizione « di indole generale poteva essere data a mia insaputa in questa sezione della « diocesi, e se in casi particolari vi fosse stata una proibizione io credo che « l'avrei saputo ». Idque confirmant parochi Robert, Semande, Brady, Downey, Parent, Laliberté, Brisson, Aylward, Pinsonneault, Blair, etc.

Quinimmo ex actis, apparet Episcopum Fallón prae ceteris suis praedecessoribus occasione suae consecrationis allocutionem habuisse gallica lingua, licet numquam ante illum eadem occasione gallico sermone usi essent praedecessores Ordinarii in allocutione ad clerum habita declaravisse, « qu'il exi- « géra, des sujets à la prêtrise, la connaissance parfaite des deux langues, « française et anglaise », atque insuper ipsum Episcopum iuxta necessitates et opportunitates, gallico sermone usum esse in praedicatione verbi Dei et in cithechesi tradenda, ut testantur parochi Robert, Semande, Emery, Downey, Parent, Brisson, Pinsonneault, etc.

Constat igitur declarationem signatam ab actoribus esse in se et obiective laesivam famae et aestimationis Episcopi Fallón, et actores exceptione veritatis, ad quam confugerunt, minime tueri.

At diffamationis crimen duobus elementis consistit, materiali et intentionali, facto nempe et animo iniurandi, et ipse Episcopi patronus admittit elementum praecipuum esse elementum intentionale, seu intentionem dolosam diffamandi, alterius famam laedendi, adeo ut si absit, crimen penitus excuset. Iamvero hoc alterum elementum, intentio nempe dolosa et animus iniurandi deficit in casu. Nam primo quidem recurrentes animo ducebantur retorquendi et defendendi sac. Beaudoin inopportune improbatam ab Ordinario coram S. R. Rota. Dein vero declarationem, de qua agitur, emiserunt ad. Tribunal S. R. Rotae: hinc declaratio potius tendebat ad edocendum iudicem, quam ad laedendum famam Ordinarii.

Machinatio autem et conspiratio, vel divulgatio declarationis, etc., in quibus inhaeret Ordinarii patronus, vel huc tendebat ut declaratio mitteretur ad S. R. Rotae Tribunal, aut non satis ex actis confirmatur.

Quum vero declaratio, de qua agitur, quaeque originem dedit huic causae, in se et obiective detrahat famae seu existimationi Ordinarii Fallón, atque contineat affirmationes falsas aut certo certius minime veritati cohaerentes, habenda est ut deleta ab actis causae *Londonen. Dismembrationis* diei 5 augusti 1914.

Ad 5^{m}. - Quaestio: *An constet de attentatis ob sententiam latam ab Episcopo Londonen. 9 aprilis 1915, ita ut sit locus purgationi et refectioni damnorum,* respicere non potest, ratione habita litis contestatae, sententiam sub

die 8 aprilis 1915 ab Officiali Londonensi contra sac. Langlois latam, sed respicit tantummodo actum die subsequenti 9 aprilis ab Episcopo positum ad tramitem illius sententiae. Porro cum die 9 aprilis Episcopus nondum legitime rescivisset Commissionem pontificiam signatam fuisse, ut constat ex eius litteris ad Revmum Decanum Guilelmum Sebastianeiii, fel. rec, die 22 aprilis datis, nil attentavit.

Ad 6[m] et 7[m]. - Haec duo dubia spectant casum sac. St. Cyr, qui, sicut sacerdotes Loiselle et. L'Hereux, ab Episcopo invitatus ad declarationem a se signatam probandam, cum renuisset, fuit et ipse mense maio 1914 citatus coram officiali Lo n donen., et contumax post declarationem effectus, per iudicis sententiam diei 10 iunii contumax declaratus fuit et damnatus: « a sotto-« mettere al querelante (nempe Ordinario), entro dieci giorni dalla pubblica-« zione di questo giudizio, una ritrattazione scritta e una scusa per le calunnie « da lui diffuse contro il querelante ». Quum iterum iterumque diebus 18 maii et 10 iulii Ordinarius monuisset sac. St. Cyr, sed frustra, atque censeret eum non esse incardinatum dioecesi Londonen., ei significavit «che non aveva più « bisogno dei suoi servizi nella diocesi di London ».

Porro sac. St. Cyr erat parochus in loco Stony Point; sed de remotione e paroecia quaestio esse non potest, cum paroecia esset amovibilis, et iustae et graves causae eum removendi non deessent, ut ex dictis patet.

Quoad expulsionem vero e dioecesi, incardinatio sac. St. Cyr, aestimanda est ex veteri iure ante decretum *A primis,* quum inde ab anno 1912 relinquere propriam Nicoletanam dioecesim et in Londonensem se receperit. Iamvero ex actis satis non constat de voluntate Ordinarii Londonensis incardinandi sac. St. Cyr; nam affirmatio sac. St.Cyr est gratuita et nullo documento firmatur;^paroecia quam regebat, erat amovibilis; eius vero adscriptio Societati a S. Ioanne Evangelista non concludit necesse sac. St. Cyr incardinatum fuisse ex firmatis per Rotam Dec. 9 ianuar. 1912, n. 9. At quum sac. St. Cyr per 22 annos dioecesi Londonen. in sua paroecia laudabiliter inservient, ab Ordinario Nicoletano ut excardinatus haberetur, iamque 66 aetatis suae annum attigisset, naturalis aequitas dictat ut Ordinarius Londonensis providere deberet eius honestae sustentationi, ut per decretum diei 13 aprilis 1917 iam statuimus.

Quibus omnibus in facto et in iure perpensis, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, pronunciamus et definitive sententiamus, ad proposita dubia respondentes:

Ad 1[m]. - *Affirmative, quoad exceptiones incompetentiae motas a sacerdotibus Loiselle, VHereux et Langlois; negative, quoad exceptionem suspicionis appositam a sacerdote Langlois.*

Ad 2[m]. - *Negative, quoad sacerdotem Loiselle; affirmative, quoad modum, de poena irrogata in sacerdotem L'Hereux.*

Ad 3um. - *Negative.*

Ad 4um. - *Negative; at declarationem signatam a quibusdam sacerdotibus, die 25 martii 1918, et ad Tribunal S. R. Rotae missam, habendam esse ut deletam ab actis causae Londonen.-Dismembrationis diei 5 augusti 1914.*

Ad 5um. - *Negative.*

Ad 6um. - *Affirmative; salvo tamen iure sac. St. Cyr ad honestam sustentationem.*

Ad 7um. - *Provisum per decretum turni 13 aprilis 1913.*

Praeterea decernimus expensas compensandas esse inter partes.

Ita pronunciamus, mandan!es Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium ad quos spectat, ut exequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam *Codicis Iuris Canonicis,* lib. IV, tit. XVII.

Romae, e Sede Tribunalis S. R. Rotae, 15 iunii 1920.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Fridericus Gattani-Amadori.
Iulius Grazioli.

L. ✠ S. . r.

Ex Cancellaria, 17 iulii 1920.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

Annus XIII - Vol. Xin 10 Februarii 1921 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAKIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. THOMAM IOSEPHUM, EPISCOPUM TRENTONENSEM, CUIUS PATERNAS CURAS ERGA ITALOS COMMIGRANTES DILAUDAT.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Inter praeclaras laudes quibus episcopatus tui initium nobilitatur, banc quoque tribuendam tibi esse intelligimus, quod paternam admodum adhibes diligentiam ut Itali, qui istuc cornmigrarunt, et ab erroribus omne genus arceantur et avitam fidem constanter retineant. Ubi enim nova condatur in Trentonensi dioecesi Italorum colonia, illico tuae curae est ut ecclesia cum continentibus aedibus excitetur, ne aliquid ibidem quod ad religionis cultum pertinet desideretur. Ita nuper etiam amplissimam domum, munificentia quidem iacobi G. Brady, praeclarissimi viri neoeboracensis, eo consilio istic comparasti ut « Magistrae piae Filippini » quae dicuntur, animos mentesque italicamm puellarum recte conformarent.

Scias igitur pergratam hanc tuam Nos habere pastoralem solertiam; cum enim animarum saluti actuose prospicias, tum ad incrementum confers istius Piarum Sororum Instituti quod valde, ob merita, Apostolicae huic Sedi probatur.

Pergè igitur, venerabilis frater, ut instituisti, tam salutaria coepta urgere auctoritate quoque Nostra suffultus. Nos vero eximium tuum studium dilaudantes, id fore confidimus ut ubique per foederatas Americae

civitates itali transmigrantes eam opem inveniant christianae caritatis qua tu in exemplum praefulges.

Hac spe recreati, in auspicium caelestium munerum, quae tibi largissima precamur, itemque ut peculiaris benevolentiae Nostrae pignus, tibi, venerabilis frater iisque omnibus qui salutaria tua coepta quoquo modo adiuturi sunt, apostolicam benedictionem libenti effusoque animo impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die x decembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno,septimo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. DANTEM MUNERATI, PIAE SOCIETATIS S. FRANCISCI SALESII PROCURATOREM GENERALEM: DE FILIALIS OBSEQUII MUNERE, BINIS OBLATIS VOLUMINIBUS, GRATIAS PERSOLVIT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Bina a te accepimus volumina, alterum inscriptum *Promptuarium pro ordinandis et confessariis examinandis,* alterum *Iuris ecclesiastici publici ac privati elementa* et amavimus pietatis in Nos testimonium ac studium a te in cleri institutionem collatum. Vix ullum fortasse est opus, in quo possit quis versari utilius. Quidquid enim impertitur clericis doctrinae sanctae, semen est, quod, multiplicatum in ipsis agricolarum manibus, reddit fructum centuplum. Idque est caussae cur tibi, dilecte fili, dum de oblato munere gratias agimus, de locato in re optima labore gratulemur. Testem benevolentiae Nostrae accipe apostolicam benedictionem, quam, caelestium conciliatricem munerum, tibi ex animo impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xvii decembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. FRANCISCUM ZORELL, S. 1, PROPOSITUM ABSOLVENDI « CURSUM SCRIPTURAE SACRAE » COMMENDANS.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cohaeret plane cum votis Nostris significatum a te consilium continuandi et absolvendi *Cursum Scripturae Sacrae* superiore bello intermissum, tibique, dilecte fili, et adscitis laborum sociis gratulamur ex animo. Novimus enim qui tui Ordinis sacerdotes antehac in opere eodem scribendo versati sunt, quanta id egerint cum laude doctrinae et obsequii in Ecclesiae magisterium quantoque cum fructu biblicae disciplinae, iureque est quod fructum non minorem expectemus a te et a tuis sodalibus; nihil enim dubitamus quin eodem ornatu virtutum coepta eadem aggredimini. Spem bonam illud etiam affert, quod biblicas has scriptiones repetitis per haec hieronymiana sollemnia. Videmini enim, auspice quodammodo Doctore maximo, studia vestra in eam ipsam conferre disciplinam, qua idem excolenda tantopere inclaruit eodemque magistro velle arduum persequi propositum. Nos quidem, ut id etiam cooperetur in bonum, concedimus libentissime ut, quae probati huius operis edentur volumina, dicentur nomini Nostro : ac caelestium conciliatricem luminum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, tuisque sociis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxvin decembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD IOANNEM S. R. E. PRESB. CARD. CSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, AC VENERABILES FRATRES HUNGARIAE EPISCOPOS: DE COMMUNIBUS OFFICIOSA LITTERIS GRATIAS AGENS.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communis vestra epistola memoriam Nobis renovavit ac dolorem praeteriti temporis ; et utinam multiplices gravesque aerumnas

quas scribendo recolitis, non auxerint quae, apud vos, consecuta sunt omne genus aspera et hostilia catholico circumfusa nomini. Inscrutabilia sunt iudicia Dei: sed mala, quibus plectimur, bona ipsa, quibus privamur, invitamenta saepe, ut nostis, sunt ad corrigendos mores et ad custodienda diligentius divina munera; et hoc secum reputent velimus fideles vestri. Vobis vero, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, non tam commemoranda ac querenda nunc sunt praeterita, quam praesentia reparanda: et huc consilia conferre, huc necesse est vos intendere curas, ut religiosae res revirescant apud vos, revocandas christianis moribus ad pristinam dignitatem. Nuntiatis fideles vestros Apostolicae Sedi adhaerere adeo, ut, quae ab ea proficiscuntur mandata ac monita, libenti omnes accipiant animo eisdemque pareant religiosissime. Terram igitur habetis bonam et quod bonum semen seminaverit in ea clerus, non tam facile arescet, sed dabit fructum suum. In id maxime elaborandum, ut clericis utamini, qui boni sint operarii in vinea Domini. Nisi enim sollertiae vestrae studia responderint cleri divinae gloriae et animarum salutis percupidi, vix quicquam proderunt consilia ac coepta yestra.

Haec omnia ut feliciter vobis ac prospere eveniant, caelestium auspicem gratiarum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis omnibus, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxn ianuarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

SERMO

AD PAROCHOS ET AD QUADRAGESIMALIS IN URBE CONCIONATORES

(VII februarii MCMXXI)

E bello il nome di «uomini di Dio», che compete ai predicatori: *tu, autem, homo Dei (l a Timoteo,* vi, 11); è sublime l'ufficio di « evangelisti », che i predicatori devono compiere: *opus fac Evangelistae* (II *a Timoteo,* iv, 5). Ma quale è il fine cui devono essi mirare? È questa una domanda di non lieve momento. Perchè, come chi porla un nome illustre deve sentirsi spronato, anche dal semplice ricordo di quel nome, a conformare i suoi atti all'avita nobiltà e grandezza della famiglia cui appartiene, così il predicatore, che sa di essere chiamato « uomo di Dio », nulla deve compiere che possa renderlo immeritevole di tal nome. Del pari, come un artefice lavora con perfezione tanto maggiore quanto meglio conosce ed apprezza l'eccellenza dell'opera che gli è commessa, così il predicatore si distingue per zelo tanto più operoso quanto più alta è la stima che egli ha dell'opus *Evangelistae,* in cui consiste il suo ministero. Sembra nondimeno che dalla considerazione del fine preposto a se medesimo il predicatore debba trarre uno stimolo a ben fare, anche più forte di quello che trae dal ricordo del suo nome e del suo ufficio. Se, infatti, tra i motivi che muovono l'uomo ad agire sono i più efficaci quelli che sono a lui intrinseci, chi non dirà che il pensiero del fine, come quello che è cosa dello spirito del predicatore, deve essere a questi uno stimolo più potente che non quello del nome, venuto a luì dal di fuori, o quello dell'ufficio, di cui egli non ha determinato la natura?

Non intendiamo, pertanto, di togliere valore nè alle esortazioni nè agli auguri, che, nei due anni immediatamente precedenti, Noi stessi rivolgemmo ai quaresimalisti di Roma, appropriandoci le parole dell'Apostolo: *tu, autem, homo Dei, opus fac Evangelistae.* Crediamo, jiondimeno, che quelle esortazioni possano acquistare nuova forza e quegli auguri possano divenire più efficaci, se i predicatori oggi riuniti alla Nostra presenza, non paghi di ricordare il significato del loro nome e la natura del loro ufficio, faranno attenzione anche all'importanza del fine che, nell'abbracciare il ministero della sacra predicazione, essi hanno dovuto proporre a se stessi. *In omnibus respice finem,* è dettato di antica

sapienza; ma a Noi arride oggi la speranza di poter raccogliere nuova conferma dell'utilità di quest'antico ed aureo dettato.

Nella categoria dei fini, non meno che in quella degli agenti, è posto un ordine perchè, nell'una e nell'altra, chi ha il carattere di « principale » deve andare innanzi a chi ha solo quello di « secondario ». Vi sono poi dei criteri, che ci aiutano a ravvisare l'ordine posto nella serie dei fini intesi dall'uomo. Fra questi criteri è principalissimo quello, onde un fine inteso dall'uomo ci apparisce tanto più eccellente quanto più si avvicina ad un fine inteso da Dio. Di qui è facile argomentare il pregio di ogni opera che sia dall'uomo diretta alla gloria di Dio, perchè il fine di tale'opera si avvicina a quello dello stesso Dio, il quale proclama di aver fatto tutto per la sua gloria: *et annuntiabunt gloriam meam gentibus* (Isaia, LXVI, 19). Tuttavia non è da qui che -Noi intendiamo argomentare il pregio del fine cui deve mirare il predicatore. Poiché, volendolo distinguere dal fine che devono avere tutti i cristiani, i quali devono tutti lavorare per la gloria del loro eterno Fattore, crediamo che l'eccellenza del fine cui deve mirare il predicatore, più che dal suo avvicinamento al fine di Dio Creatore, possa e debba rilevarsi dalla continuazione del fine dì Dio Redentore.

Infatti il Verbo di Dio, fattosi carne, disse apertamente di sè che venne al mondo affinchè gli uomini avessero la vita e l'avessero abbondante: *Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant* (Giov., X, 10). La vita, cui accennava il divino Maestro nella lezione riferita da san «Giovanni, era evidentemente quella dello spirito. Ma la vita delio spiritò consiste nel conoscere e nell'intendere la verità, consiste nel conoscere e nell'amare il bene. Ne segue che lo stesso divino Maestro poteva rivolgersi al suo eterno Padre e dire: *Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum* (Giov., XVII, 3); infatti la cognizione del Padre dovea mostrarcelo Signore della scienza ed autore di ogni consolazione: *scientiarum Dominus* e *Auctor totius consolationis,* mentre la cognizione del divin Figliuolo dovea mostrarcelo *plenum gratiae et veritatis* (Giov., I, 14). Per ora ci basta di avere additato il chiarore di questa luce di verità e l'ardore di questa fiamma di carità, in cui consiste la vita delio spirito secondo l'influsso che viene dall'alto.

Ma non mira il predicatóre a diffondere questa stessa luce ed a dilatare questa stessa fiamma? Ogni qualvolta esce a predicare, chiede la benedizione, per poter annunziare degnamente il santo Vangelo: *ut digne... annuntiem Evangelium suum;* ma la buona novella, significata dall'Evangelo, fu appunto la verità che mise in fuga le tenebre del

paganesimo e fu la legge dell'amore succeduta all'impero della forza nella tirannia della barbarie. Oh, con quanta ragione può dunque dirsi che il fine, cui deve mirare il predicatore, è continuazione del fine inteso dal Dio Redentore! « Io sono venuto - diceva Gesù Cristo - «affinchè gli uomini abbiano la vita, e l'abbiano abbondante». Del pari i predicatori possono dire: « Noi aspiriamo a dare agli uomini la «vita dello spirito, e, per darla più abbondantemente, in determinate « epoche dell'anno, fra le quali primeggia quella della Quaresima, ci « adoperiamo a far risplendere ognor meglio la luce della verità evan- « gelica ed a rendere ognor più facile ed universale la pratica del « bene ». Non si allontana, dunque, dal vero, anzi esprime il vero fine cui deve tendere il predicatore, chi gli pone in bocca le parole stesse con le quali Gesù dichiarava il fine della sua missione quaggiù: *Veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.*

Giudichiamo superfluo ricordare che, nonostante l'affermata parità tra il fine inteso da Gesù e quello del predicatore, corre infinita distanza fra l'opera dell'Uno e dell'altro, perchè, mentre il Dio Redentore ha dato la vita agli uomini, illuminandone le menti e santificandone i cuori, per *virtù propria,* i predicatori, invece, possono compiere l'u.na e l'altra cosa solo *in virtù del ministero* ad essi conferito in nome dello stesso Signor Nostro Gesù Cristo. Ma, anche riconosciuta - come non può non riconoscersi da tutti - questa enorme differenza fra l'opera di un uomo e quella di un Dio, non è meno vero che nel fine cui mira il predicatore dobbiamo ravvisare una sovrana eccellenza, dipendente dall'avvicinamento del fine stesso a quello inteso dal divin Redentore. Ve la ravvisino anzitutto coloro, ai quali tocca in sorte di compiere un'opera di tanta importanza, quanta ne ha quella di dare la vita dello spirito ai propri simili. Ecco la prima applicazione al caso nostro dell'antico adagio: m *omnibus respice finem.*

Non senza motivo il divin Salvatore, all'annunzio dello scopo della sua venuta nel mondo, premise il ricordo dei molti mercenari che si erano presentati come custodi dell'ovile, in cui è raffigurato il genere umano, ma che in verità si erano manifestati ladri e assassini: *omnes, quotquot venerunt, fures et latrones.* Si può dire che a costoro Gesù applicava la terribile sentenza: *fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat,* perchè ad un campo di desolazione e di morte voleva contrapporre il giardino della vera vita, che Egli avrebbe dischiuso ai suoi seguaci. Come in un quadro le tinte oscure del contorno giovano a far risaltare il candore e la bellezza della figura che campeggia nel mezzo, così le ombre di morte accumulate nella terra dall'idolatria e

dal paganesimo, avrebbero servito a mettere in più chiara luce le dottrine evangeliche, e la vita apportata dal Messia sarebbe stata tanto più apprezzata quanto l'esperienza avrebbe meglio confermato che *fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat.*

Ma oh! come si rassomiglia ad un campo di morte l'odierna società, avvolta fra le tenebre di spaventosa ignoranza e coperta dalle ombre di orribili colpe. Apprezzate, perciò, altamente la vostra sorte, o dilettissimi figli, che avete abbracciato il ministero della sacra predicazione, perchè, per mezzo di questa, voi siete fatti continuatori dell'opera di Dio. Nell'ordine naturale i genitori sono cooperatori di Dio per la conservazione del genere umano. Eppure quanto son rari i genitori che il ~ loro ufficio di natura considerano sotto il prisma di un concorso all'opera di Dio, conservatore del mondo! Anche voi, però, o curati dilettissimi, anche voi, o sacri oratori, siete dal popolo salutati col nome di padri, perchè il popolo chiama «*padre* curato » o «padre predicatore >> rispettivamente il parroco e il quaresimalista, anche quando nè l'uno nè l'altro appartiene al clero regolare. Ciò significa che il linguaggio popolare attribuisce ai parroci e ai predicatori il fine di dar la vita spirituale a chi ne è miseramente privo. Possiamo perciò dire che è confermato dal senso comune, essere il fine del predicatore la continuazione di quello che a Se medesimo attribuiva il divin Redentore, quando diceva: *Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.*

Ma se il nome di « uomini di Dio » eccita i predicatori che lo portano a zelare sempre gli interessi di Dio; se l'ufficio di evangelisti, in cui consiste il ministero della predicazione, obbliga il sacro oratore ad annunziare tutta e sola la « buona novella », recata al mondo da Gesù Cristo, il pensiero del fine cui mirano i predicatori deve accenderli di santa gioia, deve entusiasmarli all'eco della voce ripetuta al loro orecchio : « Voi avete il fine stesso dell'Uomo-Dio ! » : *ut vitam habeant, et abundantius habeant.* Ed ecco dimostrata un'altra volta l'utilità che il predicatore può trarre dal tener presente l'antica lezione: *in omnibus respice finan.*

Nessuno creda che nel predicatore possa bastare un entusiasmo teorico. Poc'anzi abbiamo deplorato *Y* ingratitudine di chi non apprezza l'altissima sorte di essere cooperatore di Dio nella propagazione e conservazione del genere umano; ora non sapremmo dirci paghi, se in un predicatore vedessimo solamente la compiacenza che in lui produce la constatata somiglianza del suo fine col fine inteso dal divin Redentore. Non saremmo paghi nemmeno se lo vedessimo vantare il privilegio di dare o di accrescere la vita dello spirito al suo prossimo; perchè in lui vogliamo vedere altresì una cura costante ed uno sforzo continuo nel-

F imitare il modo, onde il Messia raggiunse il fine a Sè proposto nel venire al mondo.

Ci insegna l'Angelico che le cose ordinate ad un fine sono necessarie *se* ed *in quanto* senza di esse il fine non si potrebbe raggiungere *(Sum. th.,* I[a] q., XIX): donde consegue che chi vuole un fine, deve altresì volere ciò che al fine medesimo è connesso. *Ma chi non dirà che il predicatore, per dare la vita dello spirito al prossimo, deve fare anzitutto ciò che allo stesso scopo fece una prima volta Gesù Cristo? Il divino Maestro, nella sua vita mortale, apparve sollecito della gloria del suo celeste Padre e dell'integrità delia vera dottrina, perchè alla Madre, che dolcemente lo rimproverava di essere rimasto nel tempio, disse: « Non «sapevate che io debbo occuparmi in ciò che riguarda il mio divin «Padre?». E, giunto al termine della sua mortale carriera, ruppe il silenzio, mantenuto innanzi ai suoi giudici, solo quando il culto dovuto alla verità esigeva che egli affermasse l'essere suo, ossia la sua condizione di Figliuolo di Dio. Il predicatore perciò, sulle orme di così mirabile esempio, deve annunziare tutta la verità evangelica, in qualunque fase della sua predicazione, senza nulla tacere nè per riguardo alla carne, nè per timore di possibili mali. Gesù consentì al momentaneo distacco dalla sua santissima Madre e dal Padre suo putativo, perchè, qualche anno dopo, avrebbe dovuto* dire di essere venuto al mondo affinchè gM uomini avessero la vita: *ut vitam habeant; Gesù, che* avea taciuto nei-i'ascoltare molteplici accuse portate contro di lui nei tribunali, non tollerò che il suo silenzio potesse far vacillare la fede dei discepoli, ai quali @ra venuto a dar la vita, e voleva che l'avessero abbondante : *ut abundantius habeant.* Non altrimenti, il predicatore, il quale, non voglia - come non deve - contentarsi di vantare la parità del suo fine con quello del divin Redentore, ma voglia - come deve - imitare il modo onde il Messia raggiunse il fine a Sè proposto nel venire al mondo, deve indirizzare tutto il ministero della sua predicazione alla gloria di Dio, per poter ripetere con Gesù: *in iis quae Patris mei sunt oportet me esse; e* deve del pari indirizzare il suo ministero all'incremento della vita spirituale dei suoi uditori, per poter dire un'altra volta col divino Maestro, mercè l'eloquenza dei fatti più che col labbro: *Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant.*

Non ci indugieremo a far rilevare ciò che importa in senso positivo cotesta imitazione della forma onde il Messia raggiunse il suo fine; accenniamo piuttosto a ciò che importa in senso negativo. Perchè esclude la possibilità che il predicatore miri a soddisfare la propria ambizione, a farsi il nome di dotto o di letterato, a blandire gii orecchi.

degli uditori senza muoverne il cuore. Chi ciò facesse mostrerebbe di non conoscere, almeno in pratica, il solo e vero fine cui deve tendere il predicatore. E non diverso sospetto a carico suo autorizzerebbe chi non fosse disposto a rivolgere la sua parola ad ogni classe di persone, ma preferisse le più colte ed elevate, e a queste indirizzasse un linguaggio troppo ricercato e fiorito; imperocché Gesù Cristo predicava alle turbe e, per farsi intendere da queste, usava di preferenza il linguaggio, semplice e famigliare, delle parabole. Dite lo stesso di chi sdegnasse intrattenersi coi fanciulli, e avesse a noia l'insegnamento del catechismo, perchè Gesù non volle che fossero allontanati da Lui i pargoli. E dite ancora lo stesso di chi tentasse evitare i disagi, *è* fuggisse le fatiche che trae seco il ministero della predicazione, perchè Gesù lo continuava presso il pozzo di Sichar sebbene *fatigatus ex itinere* (Giov. IV), e perchè Gesù, a compiere l'ufficio di Maestro, recavasi animoso anche colà dove i discepoli ricordavano che i giudei lo volevano mettere a morte (Giov., XI).

Vi faremmo torto, o dilettissimi figli, se insistessimo ulteriormente nel dimostrare, che chi apprezza un fine deve usare i mezzi che più efficacemente conducono a raggiungere il fine stesso. Nessuno di voi ignora l'insegnamento di san Tommaso: *quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto est melius* (2^a 2^{ae}, q. OLII). Ma, se il fine del predicatore non è dissimile, benché tanto inferiore per eccellenza, da quello che ebbe il divin Redentore nel venire su questa terra, egli è evidente che il predicatore, per conseguire il suo fine, non può usare mezzo più efficace della imitazione di ciò che fece il Redentore divino per raggiungere il suo.

Nondimeno in questa imitazione possono aversi differenti gradi: lo si rileva anche dalle citate parole dell'Angelico, che fanno dipendere la maggiore o minore perfezione dell'opera dall'efficacia, più o meno grande, dei mezzi adoperati: *quanto efficacius... tanto est melius.* Noi, perciò, amiamo sperare che i sacri oratori, destinati ad annunziare la divina parola al popolo di Roma nell'imminente Quaresima, non si allontaneranno oggi dalla Nostra presenza, se prima non avranno formato il proposito di imitare sempre meglio il Modello di tutti i predicatori, Gesù Cristo. Essi stanno per presentarsi al popolo appunto come ambasciatori di Gesù Cristo : l'ambasciatore rappresenta la persona stessa del Sovrano che lo manda; ma il popolo come potrebbe ravvisare la persona di Gesù Cristo in un predicatore che non predicasse come Gesù Cristo ha predicato? Oh! vi sarebbe da temere che il popolo sospettasse in quel predicatore un fine diverso da quello che ebbe in mira il divin Redentore nel venire su questa terra,

' Ma noi vogliamo che tutti i predicatori di Roma possano con ogni verità far proprie le parole del divino Maestro : *Veni ut (homines) vitam habeant, et abundantius habeant.* E lo stesso augurio rivolgiamo ai parroci di quest'alma Città, oggi qua convenuti a farci corona. In un certo senso può dirsi che essi possono appropriarsi, anche più letteralmente dei predicatori, le parole: *ut vitam habeant,* perchè sono i parroci che, col santo battesimo, dischiudono la fonte della vita spirituale, e sono generalmente i parroci che, con l'amministrazione del sacramento della penitenza ai moribondi, restituiscono la vita della grazia a coloro che l'hanno perduta. Ma, anche prescindendo da questa letterale interpretazione delle parole: *Veni ut vitam habeant,* non sono i parroci che, con la istruzione catechistica, ad essi doverosa, aprono la mente dei fanciulli alla cognizione della verità evangelica? non sono i parroci che l'amore al bene mettono nei cuori, mercè quell' insieme di esortazioni, di esempi e di consigli, di sacre funzioni e di opere buone, che costituiscono la vita parrocchiale? Oh! si riproduca, dunque, nei parroci la imitazione dello zelo che ebbe Gesù Cristo perla salvezza delle anime, e, così nei parroci come nei predicatori di Roma, sia feconda di quelle grazie che Noi ad essi auguriamo, mentre agli uni e agli altri impartiamo con effusione di paterno affetto l'apostolica benedizione.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

1

DESIGNATIONES ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE EPISCOPORUM .SANCTA* SEDI IMMEDIATE SUBIECTORUM.

Vigore can. 1594 *Codicis Iuris Canonici* et art. V decreti *Conciliorum provincialium,* a S. G. Consistoriali editi sui) die 15 februarii 1919, pro electione tribunalis secundae instantiae:

Rmus Archiep. Ferrariensis designavit Ordinarium Bononiensem.
» » Lucanus, Ordinarium Florentinum.
» Episc. Arretinus, Ordinarium Senensem.
» » Ilcineusis, Ordinarium Senensem.
» » Valvensis et Sulmonensis, Ordinarium Theatinum.
» » Cavensis et Sarnensis, Ordinarium Neapolitanum.
» » Monopolitanus, Ordinarium Barensem.
» » Platensis, Ordinarium Cochabambensem.
» » Portus Principis, Ordinarium Capitis Haitiani.
Rmus Praelatus Ordinarius S. Luciae, Ordinarium Messanensem.

Quas designationes Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Romae, ex aedibus S. Congr. Consistorialis, die 30 decembris 1920.

DESIGNATIO METROPOLITANI PRO CONCILIO PROVINCIALI

Iuxta can. 285 *Codicis Iuris Canonici,* Archiabbas *Nullius* et Ordinarius S. Martini in Monte Pannoniae, designavit Eñium Archiepiscopum Strigoniensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Romae, ex aedibus S. Congr. Consistorialis, die 30 decembris 1920...

DESIGNATIONES ORDINARII PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § %

luxtak can. 1594, § *% Codicis Iuris Canonici* pro appellatione:

Rmus Archiep. Goritiensis designavit Ordinarium Utinensem.
» » Theatinus et Adm. Vastensis, Ordinarium Lancianensem.
» » Tranensis, Barolensis et Adm. Vigiliensis, Ordinarium Barensem.
» Leopoliensis Latinorum, Ordinarium Gnesnensem et Posnaniensem.

Quas designationes Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus S. Congr. Consistorialis, die 30 decembris 1920.

II

PROVISIO ECCLESIARUM

S. C. Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus Pp. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, nimirum :

23 decembris 1920. — Cathedrali ecclesiae Tacambarensi praefecit R. D. Leopoldum Lara, parochum loci vulgo *Gelaya,* in archidioecesi Mechoacana.

.9 *ianuarii 1921.* — Titulari archiepiscopali ecclesiae Pelusianae R. P. D. Franciscum Regis Canevin, hactenus episcopum Pittsburgensem.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

Decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV:

28 novembris 1920. — Institutum Sororum Tertii Ordinis S. Dominici, a S. Catharina Senensi nuncupatum, cuius domus princeps in dioecesi Albiensi sita est, *approbavit, itemque eius Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium.*

— Institutum Sororum a Cruce Sacri Cordis Iesu nuncupatum, cuius domus princeps Mexicopoli sita est, *approbavit, itemque eius Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium.*

— Institutum Sororum a Caritate Sa Gratissimi Cordis Iesu nuncupatum, cuius domus princeps Matriti sita est, *approbavit, itemque eius Constitutiones.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA EIDE

I

DECRETUM

ARCHIEPISCOPUS COLONIENSIS PRAESES ELIGITUR PRO GERMANIA PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS. '

Piae Unionis Cleri pro Missionibus felicia incrementa in Germania habita, optimam spem faciunt fore ut etiam illius nobilissimae nationis Christi fideles, ad provehendas inter ethnicos Missiones uberrimos fructus iam datos multiplicent. Quare ut dilatandae religionis studium, quo tum sacerdotum tum fidelium animus fervet, ad optatos exitus promoveatur, opportunum visum est Praesidem Piae Unionis pro Germania, una regione Bavarica dempta, R. P. D. Carolum Iosephum Schulte, archiepiscopum Coloniensem, eligere, quem ad id muneris praeclarus erga opera Propagandae Fidei ardor ac prudens consilium apprime commendant.

Igitur vigore facultatum sibi a Summo Pontifice concessarum, infrascriptus Cardinalis Praefectus Sacrae huius Congregationis de Propaganda Fide eumdem Archiepiscopum Coloniensem Praesidem praedictae Unionis per praesens Decretum nominat atque constituit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus praedictae S. Congregationis, die 3 decembris anno 1920, in festo S. Francisci Xaverii.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

DECRETUM

ARCHIEPISCOPUS MONACENSIS ET FRISINGENSIS CONSTITUITUR PRAESES IN REGIONE BAVARICA PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS.

Cum in nobilissima ßavariae gente Unio cleri pro Missionibus laetis sane incrementis floreat atque Apostolicae Missiones, iuxta votum Summi Pontificis Benedicti Div. Prov. Papae XV, impensa atque adsidua sacerdotum opera plurimum ab omnibus fidelibus iuventur, visum est proprium illi Unioni Praesidem constituere, ut id honori illius gentis sit atque in bonum Propagationis Fidei maius vertat.

Hinc Sacra haec Congregatio Christiano Nomini Propagando, vigore facultatum sibi ab eodem Summo Pontifice concessarum, per praesens Decretum R. P. D. Michaelem de Faulhaber, archiepiscopum Monacensem et Frisingensem, Praesidem Piae Unionis Cleri pro Missionibus in Bavaria eligit atque constituit cum omnibus iuribus ac facultatibus tali muneri adnexis, eiusque opera confidit fore ut dilatandae fidei studium in ea regione plurimum adhuc proficiat.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae «x aedibus praedictae S. Congregationis, die 3 decembris anno 1920, in festo S. Francisci Xaverii.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. £g S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

III

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

20 decembris 1920. — *Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii apostolici Manciuriae Septemtrionalis* R* D. Augustus Ernestus Petrus G-aspais, e Seminario Parisiensi pro Missionibus Exteris.

30 decembris 1920. — *Vicarius apostolicus insularum Marchesi* R. D. David Le Cadre, e Societate Sacrorum Cordium vulgo de Picpus.

4 ianuarii 1921. — *Vicarius apostolicus Novae Antuerpiae* in Congo Belgico R. P. Aegidius de Boeck, e Congregatione ab immaculato Corde Mariae de Scheut.

SACKA **CONGREGATIO** RITUUM

I

FERETRANA

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI DOMINICO SPADAFORA, SACERDOTI PROFESSO ORDINIS PRAEDICATORUM, BEATO NUNCUPATO.

Ab illustri et nobili familia Spadafora, seu Spatafora, quae Constantinopoli oriunda, dein Venetias et demum in Siciliam translata fuerat, Panormi ortum duxit Servus Dei Dominicus Spadafora, sacerdos professus Ordinis Praedicatorum, Beatus nuncupatus, de cuius immemorabili cultu Apostolica auctoritate confirmando nunc agitur. Hic Dei Famulus adolescens in ipsa urbe natali sedulam dedit operam studiis apud Patres praefati Ordinis in Conventu S. Citae. Divinam sentiens vocationem, spretis divitiis mundique illecebris, e paterna domo discessus, ipsum Conventum et Ordinem ingreditur. Novitius regularum observaatissimus, tyrocinio expleto, ad religiosam professionem admittitur; quo in statu, doctrina, pietate et corporis maceratione, sodalium et

superiorum existimationem sibi comparavit. Sacerdotio auctus, Patavii studiorum curriculum absolvit, etiam electus ad sacrae theologiae magisterium. In patriam reversus, sacerdotali ministerio, potissimum praedicatione Verbi Dei, plures retulit salutíferos fructus, invalescente eius doctrinae et sanctitatis opinione. Inde P. Ioachim Turriano, magister generalis Ordinis, eum sibi adscivit in socium, quem valde idoneum expertus, in illo munere libentissime retinuit; donec, instante Episcopo Feretranae dioeceseos, cleri populique loci *Montecerignone* vota depro-. mente, Dei Famulum ad illam vineam cum aliquot sociis spiritualiter excolendam non modo destinavit, sed etiam deputavit, ut in ilo loco Conventum construendum curaret et familiae religiosae praeesset. Praedictum oppidum statim petiit Dominicus et, praehabitis opportunis consiliis, impetrato prius Apostolico Indulto et Municipio interveniente per acta publici notarii, die 18 martii anno 1493, loci pro ecclesia et conventu erigendis designati possessionem cepit. Illico manus ardenter admovit aedificiorum constructione praedicationis opere et virtutum exemplo fideles excitando ad eleemosynas et oblationes suppeditandas. Res ita bene ac largiter cessit, ut sub eius vigilanti directione tota aedificatio ecclesiae et conventus completa fuerit ; atque dominica III iulii anno 1498, per Episcopum Senogalliensem ipsa ecclesia exstiterit consecrata nomine et titulo sanctae Mariae Gratiarum. Sed ista domus Dei et domus orationis menti et cordi Dominici aliam quoque domum praemonstrabat spiritalem et fundatam supra firmam petram Christum Dominum. Dicit enim Petrus: «Et vos tamquam lapides vivi coëdifica-« mini in domum spiritalem, idest, templum Dei sanctum ». « Praeci-« duntur de montibus lapides - subdit Augustinus *(In Psalm. 121)* -« per manus praedicantium veritatem, conquadrantur ut intrent in stru-« cturam sempiternam. Credentes in Christum, caritate compaginantur. Si « domus Dei nos ipsi, nos in hoc saeculo aedificamur, ut in fine saeculi « dedicemur. Aedificatio habet laborem, dedicatio exsultationem ». Quapropter Dominicus, operarius indefessus, verbo, opere totisque viribus sategit, ut visibili domus Dei aedificio et decori, templum quoque spiritale cum divino cultu et religiosa pietate, meliori quo fieret modo, responderet; atque prospero et felici successu obtinuit, ut populi illi viva fide, optimis moribus et christianis virtutibus, tunc et in posterum florerent, et plures fideles statum religiosum profiter en tur, etiam in Ordine sancti Dominici. Verum Dei Famulus, aliorum spirituali bono et saluti prospiciens, nunquam suae perfectionis religiosae est oblitus. Frequenti enim ieiunio et corporis maceratione, singulas praesertim ferias sextas per annum, in memoriam dominicae Passionis, transige-.

bat. Modestus, mitis, humilis^ orationi assiduus, totusque divino servitio et animarum saluti per sacrum ministerium mancipatus. Superioris quoque munus diligenter gerebat, atque officiis sibi commissis numquam deerat, sodalibus et extraneis, uti alter Angelicus Thomas, in exemplum virtutis et doctrinae praeponebatur. Tandem, die 21 decembris 1521, postquam Missam devotissime ceJebraverat et Officium divinum persolverat, decantato véspero, accitos fratres ad mutuam caritatem et regularem observantiam exhortatus est, eademque die, prouti se moriturum praedixerat, sacramentis Ecclesiae susceptis, Pater dulcissimus inter amantissimus fratres et filios placidissime animam exhalavit. Hisce breviter praemissis de vita, gestis et obitu Servi Dei, prouti ex Actis processualibus eruuntur, nunc transire oportet ad quaestionem principem de cultu publico, ecclesiastico, immemoriali, absque interruptione, ad haec usque tempora, continuato, eidem Dominico Spadafora exhibito. Actores Causae, authenticis testimoniis et documentis in Processu informativo Feretrano relatis fidenter suffulti, eiusmodi cultum comprobare student, iuxta decreta sa. me. Urbani Papae VITI et veterem iuris ordinem; siquidem Apostolicam dispensationem, iustis de causis, obtinuerunt die 21 aprilis 1920 a decretis S. R. C. 11 novembris 1912 et 31 ianuarii 1913 et a dispositionibus *Codicis Iuris Canonici,* lib. IV, tit. XXV, \ de processu beatificationis Servorum Dei per « viam cultus seu casus excepti ». Argumenta in medium allata in duos articulos dividuntur, quorum primus respicit aeram centenariam usque ad annum 1634, alter post hunc annum ad hanc usque aetatem. Utrisque collatis articulis, summatim dicendum est sanctitatis famam, qua Dei Famulus in vita et post obitum inclaruit, in ipsum excitasse Christifidelium devotionem et cultum religiosum, publicum et constantem. A praedictis enim die et anno mortis, populus confluxit ad corpus exanime visitandum, ad solemne funus et ad sepulcrum non commune sed honorificum ex lapide constructum et positum in ecclesia, ad dexteram altaris principis, ubi quievit usque ad annum 1545, quo anno, ab obitu vigesimo quarto, ab auctoritate ecclesiastica ordinaria, coram publico notario plerisque personis, reserato sepulcro, eius corpus integrum suavemque afflans odorem repertum est. Christifideles opem Servi Dei imploraturi constanter ad sepulcrum accedebant cum fiducia, et plures pro beneficiis et sanationibus acceptis gratiarum actiones, devoto affectu et generosa oblatione, reddebant. Idem corpus in sacello laterali sancti Dominici a Suriano, ecclesiae sanctae Mariae Gratiarum, publicae venerationi expositum mansit usque ad annum 1677. Tunc enim, rite recognitum et in nova arca repositam, ingenti populi et cleri

concursu, luminibus accensis, hymnis et canticis spiritualibus, asportatimi- fuit processionaliter de dicta ecclesia conventus ad oppidum montis Cerignoni, et inde ad ecclesiam sanctae Mariae in Reclauso, campanis et bombis resonantibus. Retro altare maius collocatum fuit, apposita sequenti inscriptione: « Siste, viator, caelites .quos nutriunt « nemora, mente revolve. B. Dominici Spadaforae, sanguine dari, doctrina « clarioris, sanctitate clarissimi, Messana (sic) mundo dedit, Praedicato- « rura Ordo caelo peperit, ad fidelium causas perpetuo tractandas. Mons « Cerignonus aeterno donavit regno die 11 (sic) decembris MDXXI. Arca « quam vides aeternitati corpus incorruptum fideliter servat ». Capsa vero antiqua, cum sua inscriptione ex Officio sanctorum Confessorum desumpta, iuxta Breviarium Ordinis Praedicatorum : « Christi pia gratia « sanctos sublimavit, quos Patris Dominici Ordo propagavit », Monialibus Augustinianis dono data fuit, ob specialem earum devotionem in Servum Dei uti Beatum et Sanctum nuncupatum et veneratum. Mentione dignae sunt canonicae sacri corporis recognitiones ecclesiastica ordinaria auctoritate institutae annis 1884 et 1903, notariis publicis acta seu instrumenta conscribentibus. Vertente anno 1893 « Alphonsus « Fahrini, Rector, cultorum votis obsecutus, Corpus Beati Dominici « Spadafora, ex vetere loco elatum, in hac aedicula, collata stipe exstru- « cta, condidit anno Christi MDCCCXCTIÍ », uti refert inscriptio marmoreo lapidi insculpta in eadem aedicula seu sacello in memoriam Beati Dominici erecto, intra ipsam ecclesiam sanctae Mariae in Reclauso. Itaque ex historicis scriptoribus, ex documentis exhibitis, atque testibus excussis in Processu Informativo, actores Causae facile deducunt cultum immémoriale publicum et constantem Dominico Spadafora exhibitum, per titulum Beati vel Sancti, per imagines radiis decóralas, per orationes publicas ad Beatum directas, per tabellas et donaria ex voto, per lampadas accensas, per reliquias venerationi et osculo fidelium propositas, per frequentes visitationes et religiosas peregrinationes, demum per Missas in honorem Beati celebratas ad petitionem et oblationem de votorum et in appositis libris parochialibus notatas. Quae quum ita sint, instante Rmo P. Ludovico Fanfani, Ordinis Praedicatorum postulatore generali, communia depromente vota tum universae Familiae Dominicianae, tum dioecesis Feretranae eiusque Episcopi R. P. D. Raphaelis Santi, Emus et Rmus Dnus Victorius Amedeus Ranuzzi de Bianchi, huius Causae Ponens seu Relator, in ordinario sacrorum rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sententia Iudicis a Emo Ordinario Feretrano delegati super cultu publico et ecclesiastico ab immemorabili*

tempore adhibito praefato Servo Dei, seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani -Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum, de quo agitur. Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis rescribere rati sunt: *Affirmative seu confirmandam esse sententiam.* Die 11 ianuarii anno 1921.

Facta postmodum Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas *Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit et probavit, die 12 eisdem mense et anno.

^ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

h; S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

RUPELLEN. ET S ANTONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE EUSTELLAE HARPA IN, VIRGINIS SAECULARIS.

In suburbio *St-Palais,* civitatis *de Saintes,* dioecesis Rupellensis, anno 1814, mense aprili, ex Renato Harpain et Maria Picotin est nata et per baptismum regenerata Serva Dei Maria Eustella, quae a piissima genitrice, una cum fratre et sorore, fidei mysteriis morumque praeceptis in catholica religione recte fuit instituta. Ab anno quinto usque ad decimum litterarum elementa didicit, ingenio, studio et diligentia praestans inter condiscipulas, attestante earum magistra. In deliciis semper habuit perlegere *Novum Testamentum* et *Imitationem Christi* ut, divini magistri doctrinam et exempla sectando, fieret vera et fidelis discipula. Quo vero sibi et familiae inopia laborant! sua industria subveniret, arti sarcinatricis et operi phrygio addiscendo sedulam dedit operam, ob quam omnium admirationem excitavit, atque honestum optatumque lucrum percepit. Licet ob speciales qualitates et vivacitates, incolarum ©re celebratas, Maria Eustella aliquantulum iuvenilibus oblectamentis. et vanae gloriae indulsisset, tamen mente et corde se integram serva-

bat. Obtigit autem quod. dum, una die, sacrosancto Missae sacrificio adsistebat, pietate ac modestia cuiusdam puellae orantis permota, divina opitulante gratia, mundanis illecebris omnino spretis ac reiectis, sobriam piamqne vitam ducere alacri promptoque animo statuit. Quod propositum perfectius implevit quando, in aetate duodecim annorum, se disposuit ad primam Communionem, quam devotissime recepit eo fervore et fructu, ut, eam saepe recolens, diem primae Communionis appellaret diem suae conversionis ; et ab eo tempore frequenter ad sacram Syna xim accederet. Ancilla Dei, quum iam adoleverit totaque suis viribus Deo se mancipaverit, ne in rebus spiritualibus et caelestibus distraheretur a domesticis obstaculis, praetulit paternam domum deserere et in aliam, minus commodam sed magis liberam, secedere, ubi, terrenis vinculis soluta, pietatis et artis operibus melius incumberet. Revera, orationi dedita, sacramentis assidua, Sacris quotidie adstare solebat, et officio sibi commisso curandae munditiae tam ecclesiae et sacrarii quam sacrae supellectilis diligentissime fungebatur. Admirabilis erat eius devotio erga sanctissimum Eucharistiae sacramentum, cuius altare prae ceteris adornare satagebat. Coram illo dilecto animae suae Sponso fidei et spei actus ac ferventis amoris affectus diu noctuque effundebat. Hunc spiritum pietatis et imitationis erga divinum Redemptorem eiusque Mysterium Eucharisticum sicut in Deiparam Virginem Mariam et sanctos caelites, industriosis artibus dilatare studebat in puellas et familias per salutaria consilia, opportunas instructiones et cantica spiritualia, quae magis resonabant sub eius directione et harmonica voce. Suavitas morum, angelica pietas et sancta conversatio quosdam clarae lucis radios emittebant ad spirituales tenebras, nubes et angores conscientiae dissipandas et quietem pacemque inducendam in omnibus qui ab ea opportunum auxilium et solatium petebant, eorum animos iugiter elevando ad caelestia cum maxima fiducia in clementissimum Deum. Hisce dotibus exornata Maria Eustella, e consilio parochi et confessoris, ingressa est institutum *des dames blanches de la Rochelle,* sed, brevi post, ab eo exire cogitur, infirmae valetudinis causa et magisterii atque actuosae vitae genere, cui ipsa praeferre dicebat vitam contemplativam, solitariam et austeram. Attamen Dei Famula, etiam in saeculo vivens, divinam voluntatem unice intendens ac sequens per dilectionem Dei et proximi atque virtutum exercitium, peculiarem piae et sanctae puellae opinionem sibi comparavit. Tandem, sanitate debilitata a naturali morbo, magisque a singulari erga Iesum in Sacramento amore, quo placita erat Deo anima illius, consumpta, caelo iam matura, sacramentis Ecclesiae refecta, in loco *de Saintes,* dioecesis Rupellensis, die 29 iunii,

anno 1842, aetatis suae vigesimo octavo, in pace Christi quievit. Interim fama sanctitatis in vita et post obitum Servae Dei, labentibus annis non imminuta sed aucta et diffusa, Episcopalem Curiam Rupellensem et Santonensem permovit ad Processum Ordinarium Informativum super eadem fama conficiendum. Quo absoluto et Romam ad sacrorum rituum Congregationem transmisso, quum, servato iuris ordine, revisis etiam scriptis eiusdem Servae Dei, nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, instante Rmo P. Ludovico Copéré, Societatis Mariae procuratore generali et huius Causae postulatore legitime constituto, attentisque litteris postulatoriis Emi Cardinalis Paulini Andrieu, archiepiscopi ßurdigalensis, aliorum Archiepiscoporum et Episcoporum, una cum Rmo Episcopo Rupellen. et Santonen., necnon Superiorum Generalium Societatis Mariae et Congregationis Ssmi Sacramenti atque Antistitae Generalis Societatis Servarum Iesu in Ssmo Sacramento, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S. Rufinae, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad vaticanas aedes coactis, sequens dubium discutiendum proposuit : *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus accurate perpensis rescribere censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit,* die 11 ianuarii 1921.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae Eustellae Harpain, Virginis, die 12, eisdem mense et anno.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. E. G. Praefectus

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

BONONIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI BARTHOLOMAEI MARIAE DAL MONTE, SACERDOTIS ET INSTITUTORIS PIAE OPERAE MISSIONUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?

Venerabilis Servi Dei Bartholomaei Mariae Dal Monte memoriam excitare atque merita eumque ad imitandum proponere, quanta cum christiani populi sit utilitate coniunctum, et qui omnium oculis praesens obversatur rerum hominumque cursus, et peculiare eiusdem Famuli Dei vitae institutum ostendunt profecto planeque significant. Satis quippe superque est circum vertere oculos, quaeque undique circumdant, inspicere et persentire ingruentia mala, ut, naviter studioseque pervestigando, ad altam ipsorum maiorum radicem non difficili sane negotio pergere contingat, eamque sitam procul dubio adinvenire in eo praesertim, quod vel ignorentur vel despicatui habeantur quae vitae christianae suprema sunt principia, eoque ipso, omnium firmissimum totius consociationis humanae fundamentum. Eapropter, quod Divinae Providentiae, saeculorum experientia teste, iuge salutareque consilium fuisse patet, ut catholicae nempe fidei bonisque moribus infestis maxime temporibus conspicua verae doctrinae et eximiae sanctitatis florerent valideque opponerentur exempla, idipsum suspicere ac demirari licet in hodierno, de quo agitur, apostolico Decreto. Pertinet namque illud ad praefatum venerabilem Dei Servum Bartholomaeum Mariam Dal Monte, qui quantum in se habuerat facultatis, id omne animose, industrie adsidueque eo conferre omnino sategit, ut Italiam pene universam sacris peragraret missionibus, quarum ope, dum eidem, divina opitulante gratia, datum fuit opimos colligere manipulos animarum, insimul constantis et heroicae sanctitatis meritum est adeptus atque laudem; quandoquidem, quod suae vocationis erat, eo, contentione summa summaque

navitate, Evangelii praeconis et indefessi in vinea Domini operarii perfunctus est munere.

Revera, quod venerabilis Bartholomaeus natura sortitus fuerat ingenium ad pietatem valde bonasque artes proclive, et a solatiis, divitiis mundanisque illecebris alienum, magis etiam fovendi illud et explicandi sibi facta fuit potestas, postquam optimorum praeceptorum in disciplinam est traditus. Nil propterea mirum, si, progrediente aetate, vehemens subinde experiri coeperit desiderium sacro se mancipandi ministerio; ideoque cum experientissimis, quibus utebatur, spiritus magistris antea collatis consiliis, rem suo aperuit genitori. Sed tantum abfuit ut hunc consentientem sibi, quin potius reluctantem prorsus iraque non mediocri commotum fuerit nactus. Non cessit tamen multoque minus acquievit ille; verum, prout aliis sanctis viris non raro obtigisse refert historia, fidenti assiduaque prece ad augustam Dei Genitricem confugit Matremque nostram, eiusque praesentissima ope e gravibus diuturnisque, quibus premebatur, angustiis, auspicatissime ereptum se fuisse memori usque gratoque animo, quoad vixit, repetere et profiteri non destitit unquam. Accidit namque, ut novus praeceptor, quem filio Bartholomaeo dederat pater cuiusque opera ab inito proposito filium recessurum sperabat, contra atque opinabatur, idem ille fuerit qui, probata agnitaque, tamquam vera, filii vocatione, utrique, filio nempe aeque ac patri, satis notum sacrisque litteris celebratum renovavit denuntiavitque mandatum: *obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Quod quidem, si gratum quam quod gratissimum habuit filius, nec inique molesteque tulit pater, immo tum pro auctoritate, qua apud eum novus valebat praeceptor, tum pro christiane fidei sensu, cuius plenus erat, cito probeque intellexit, sibi amodo reliquum non esse, quam reverenter obsequi Dei voluntati; Bartholomaeo idcirco filio, quo Deus eum vocabat, sequi, liberum suique iuris esse aperte sincereque declaravit.

Ita voti compos quum evaserit Bartholomaeus, dum in sacris addiscendis disciplinis industriam solertiamque duplicavit suam, in ea pariter, quam mature admodum arripuerat, virtutum semita, maiores in diem alacrioresque facere progressiones magnopere studuit; eaque de causa, aliquot post annos, dignus est habitus, qui sacerdotali augeretur dignitate. Cumque primum sacris est operatus, eos inter, qui praesentes adstabant solemnitati, unus, vultu adspectuque, omnium contentissimus adparuit sanctaque gestiens laetitia; isque novensilis presbyteri pater erat, qui quum abundare! divitiis magnificeque res suas facere consuesceret, diei faustitatem exteriore quodam apparatu exornare celebrioremque efficere valde cupiebat, lautas videlicet instruendo epulas aliaque

generis eiusdem, ut usu forte receptum erat. Ast patri refragatus est filius, eique proinde ut morem gereret pater, pecuniae summam, eamque non exiguam, quam in propositum sibi finem destinaverat, in egenorum subsidium et solatium convertit omnemque erogavit. Inter haec, conscius ut erat venerabilis Bartholomaeus spiritualis necessitatis, qua, per ea tempora, versabantur populi, utpote qui, si unquam alias, tunc maxime apostolicis indigebant viris, totus propterea in eo fuit, ut, magis quo fieri posset, sibi cuncta adquirenda pro viribus curaret, quae in Evangelii requiruntur praecone, quaeque fructuoso eiusolem reddendo ministerio maximopere conducunt. Quumque non prius in aciem prodiverit, quam adeo digna adeoque apta praeditus animi comparatione praefatisque instructus esset requisitis dotibus, factum exinde fuit, ut coeptis ipsius large copioseque benedixerit dives in misericordia Deus, eiusque apostolicos labores tanta fortunaverit ubertate, quantam amplissime testatae sunt còpiosae diuque permansurae segetes, quae per omnes fere Italiae regiones, ipsa comprehensa hac alma Urbe, in cunctis collectae fuerant sacris expeditionibus. Quibus peragendis venerabilis Bartholomaeus multorum animum gerens, toto pectore incubuit non per quinquennium aut decennium, sed per sex et viginti continentium annorum spatium, quod eiusdem reliquum vitae fuit, quin tamen vel minime remitteret unquam de pristino fervore, eoque immo novis iugiter constanterque excito adáuctoque viribus, nulla fractus vi tempestatum nulloque perturbatus eventu.

Quae sane omnia eisque potiora, maturius condita si esset ordinaria inquisitio, huius adquisita indubitanter fuissent tabulis per ipsos iudiciali ritu auditos perpensosque oculatos testes; qui nimirum venerabilis Bartholomaei actiones gestasque res suis ipsi inspexerant oculis, eiusque operum consortes exstiterant atque socii laborum. Quoniam vero,, iustis incidentibus causis, id fieri nequivit, subsidiaras, quas vocant, uti necesse fuit probationibus; quumque in apparando digerendoque super virtutibus Summario, quae ex utroque apostolico et ordinario processu prompta fuerant, exigua potius visa sint testimonia, hisce coadiuvandis, sibi ut consulerent, vigilanter intenderunt actores, ab Apostolica Sede petita et impetrata, qua opus erat, opportuna facultate. Quo ex capite praenobilis haec causa multum sane debet Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV. Ipsi enim, dum Bononiensem gubernabat ecclesiam, apostolica auctoritate instruenda suppletiva commissa fuit inquisitio^ cuius conficiendis actis, quae triginta numero continentur sessionibus, Ille praefuit assidue, totamque scite non minus quam perito rom ita est moderatus, ut quod non parum conferre fuerat existimatum

ad facilius simul atque tutius expediendam causam, fauste feliciterque, ad tramitem iuris, assecuta illa fuerit adeo, ut quae, iam quatuor abhinc annos, super heroicis virtutibus suum sumpserat exordium, progredi ulterius absolvique potuerit quaestio, tribus de more disceptationibus. Binas siquidem, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, quae praecesserant, Congregationes subsecuta est Congregatio generalis, quae die septima superioris mensis decembris, coram Sanctissimo Domino nostro coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Victorio Amedeo Ranuzzi de Bianchi, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Bartholomaei Mariae Dal Monte, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine suffragia ediderunt, quibus tamen intento laetoque animo exceptis, Sanctissimus Dominus noster impensius exoraturus divinae Sapientiae praesidium et lumen, decretoriam sententiam Suam Sibi differendam duxit, eamque quum postmodum patefacere statuisset, hodiernam elegit diem Dominicam in Septuagésima. Quapropter, religiosissime litato eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Victorium Amedeum Ranuzzi de Bianchi, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Ita constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Bartholomaei Mariae Dal Monte, in gradu heroico, ut procedi possit ad ulteriora, idest ad discussionem quatuor miraculorum, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc Decretum publici iuris fieri et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit decimo calendas februarias anno MCMXXI.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 11 gennaio 1921, nel. Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rèvmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Eustella Harpain, vergine, della diocesi di Saintes;

2) riassunzione della Causa di Canonizzazióne della Beata Imelda Lambertioi, vergine Domenicana;

3) conferma di culto da tempo immemorabile prestato al Servo di Dio Domenico Spadafora, Sacerdote professo dell'Ordine dei Predicatori, nominato Beato;

4) intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Caterina Jarrige, Terziaria Domenicana;

5) approvazione e concessione dell'Officio e della Messa in onore del Ißeato Oliviero Plunket, Primate dell'Irlanda ed Arcivescovo di Armagh, martire ;

6) similmente degli Offici e Messe in onore delle Beate Maria Maddalena Fontaine e tre Compagne, Figlie della Carità, e delle Beate Maria Clotilde Angela di S. Francesco Borgia e Compagne di Valenciennes, vergini e martiri ;

7) ed ancora dell' Ufficio e Messa in onore della Beata Lodovica De Marillac, vedova Le Gras, Confondatrice della Congregazione delle Figlie della Carità;

8) e finalmente dell'Offbio e Messa in onore della Beata Anna Maria Taigi, madre di famiglia, Terziaria dell'Ordine dei Trinitari Scalzi.

Martedì 25 gennaio 1921, n **el** Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei iRiti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria,* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Serva di Dio Teresa del Bambino Gesù, Monaca professa delle Carmelitane Scalze nel Monastero di Lisieux.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

6 gennaio 1921. Mons. Luigi Centoz, Minutante della Segreteria di Stato di S. S., *Uditore di Nunziatura di prima classe, con destinazione alla Nunziatura Apostolica di Berlino.*

9 » » Il Rev. Sac. D. Valerio Valeri, *Minutante nella S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

» » » Il Rev. Sac. D. Bosio Riccardo Federici, *Addetto nell'Archivio della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

22 » » L'Euro sig. Card. Raffaele Scapinelli, *Membro della S. Congregazione di Propaganda Fide.*

» » » Mons. Cesare Pecorari, *Sotto-Segretario della S. Congregazione di Propaganda Fide.*

23 » » L'Emo sig. Card. Pietro Gasparri, *Protettore dell'Unione Apostolica dei Preti "secolari del Sacro Cuore di Gesù.*

29 » » L'Eolo sig. Card. Guglielmo Van Rossum, *Protettore della Congregazione dei Missionari del Sacro Cuore**

5 febbraio » Mons. Ugo Boncompagni Ludovisi, *Vice-Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*

9 » » L'Emo sig. Card..Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Religiose di Maria Ausiliatrice di Parigi.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si é degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

30 dicembre 1920. Mons. Francesco Soleti, della diocesi di Monopoli.

Prelati Domestici di S. S. :

11 luglio 1920. Mons. Philias Stanislao Garand, della diocesi di Ogdensburg.
13 ottobre » Mons. Giovanni Glavin, della diocesi di Alban y.
» » » Mons. Michele • Looney, delia medesima diocesi.
» » » Mons. Giovanni Slattery, della medesima diocesi.

li novembre 1920. Mons. Terenzio Giorgio Brady, dell'archidiocesi di Dubuque.
» » » Mons. Giorgio Luigi Haxmeier, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Michele Norton, della medesima archidiocesi.
18 dicembre 1920.. Mons. Uberto Bovens, della diocesi di Liegi
10 » » Mons. Daniele Lepercq, della diocesi di Lilla.
11 » » Mons. Giuseppe Ioseff, della diocesi di Liegi.
13 » ». Mons. Ludovico Lamérand, della medesima diocesi.
29 » » Mons. Raffaele Beyls, della diocesi di Gand.
1 gennaio 192i. Mons. Antonio Crispino, della diocesi di Policastro.
9 » » Mons. Ludovico Kaas, della diocesi di Treviri.
» » » Mons. Eucherio Pasquinan geli, della diocesi di Orte.
12 » » Mons. Giovanni Mac Mahon, della diocesi di Killaloe.
14 » » Mons. Mario Chaillan, dell'archidiocesi di Aix.
» » » Mons. Patrizio Francesco Marion, del Vicariato Apostolico della Carolina Settentrionale.

ONO Kl LICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onori ***novi}?,?:***

La Placca dell'Ordine Piano

12 gennaio 1921. Al sig. coinni. conte Camillo Ruffin, Cameriere Segret® soprannumerario di Spada e Cappa di S. S.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 novembre 1920. Al sig. comm. Paolo Lepercq Destailleurs, della diocesi di Lilla.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

.19 ottobre 1920. Al sig. cav. Giuseppe C. Pelletier, dell'archid. di Boston.
.28 dicembre » Al sig. marchese Umberto de Villardi de Montlaur, della diocesi di Moulins.
.29 » » Al sig. Pietro Chigi, dell'archidiocesi di Ravenna.
12 gennaio 1921. Al sig. cav. Virgilio Ortenzi, di Roma.
18 » » Al sig. Andrea Torre, dell'archidiocesi di Amalfi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 ottobre 1920. Al sig. Edoardo Guglielmo Buckley, dell'archidiocesi di S. Paolo nel Minnesota.
« » » Al sig. Daniele I. Callahan, dell'archidiocesi di Baltimora.

19 ottobre 1920. Al sig. Martino H. Carmody, della diocesi di Grand-Rapids.
Al sig; Guglielmo D. Dwyer, dell'archiciiocesi di S. Paolo nel Minnesota.
Al sig. Guglielmo I. Mac Ginley, dell' archid, di Nuova-York.
Al sig. Giacomo I. Mac Grau, della diocesi di Oklahoma.
Al sig. Giuseppe Scott, della diocesi di Los Angeles.
30 novembre » Al sig. Giorgio Robert, dell'archidiocesi di Rouen.
10 dicembre » Al sig. Romano Ludovico Sion-Arnould, della diocesi di Lilla.
Al sig. Romano Emilio Blanckaert, della medesima diocesi.
Al sig. Romano Flipo-Leclercq, della medesima diocesi.
Al sig. Romano Roberto Fontaine, della medesima diocesi.
Al sig. Romano Teotimo Gir, della medesima diocesi.
28 dicembre » Al sig. Antonio Kreyenborg, della archidiocesi di Utrecht,
29 » » Al sig. Alfonso Rincón Gallardo conte De Regia, della archidiocesi di Messico.
30 » » Al sig. Martino Madden, dell'archidiocesi di Quebec.
2 gennaio 1921. Al sig. Federico Goeldlin de Tiefenao.
14 » » Al sig. Giovanni Van Dijk, della diocesi di Harlem.
15 » » Al sig. Enrico Boulard, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

27 dicembre 1.920. Al sig. cav. dott. Alfredo Ramoni, di Roma.
9 gennaio 1921. Al sig. Alberto Frommer, della diocesi di Nizza.
15 » » Al sig. cav. Carlo Petit, dell'archidiocesi di Parigi.
18 » » Al sig. Enrico Bourguignon, della diocesi di Namur.
» » » Al sig. cav. Alfonso Romanini, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

30 dicembre 1920. Al sig. Desiderio Panizzi, della diocesi di. Ventimi glia.
9 gennaio 1921. Al sig. conte Augusto de la Barre de Nanteuil.
12 » » Al sig. Enrico Heatley Leeming, della diocesi di Salford.
14 » » Al sig. Luciano Delahaye, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Giovanni Giuseppe Giacomo Van den Oudenhoven^ della diocesi di Bois-le-Duc.
18 gennaio 1921. Al sig. Achille Cavallotti, dell'archidiocesi di Torino.

. MAGGIORDOMI ATO Dl SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S

13dicembre 1920. Mons. Carlo Lucas, della diocesi di Liegi.
1 gennaio 1921. Mons. Virgilio Valcelli, di Roma.
3 » » Mons. Giovanni Gianombello, dell'archidiocesi di Torino.
8 » » Mons. Corrado Lippert, della diocesi di Erbipoli.
12 » » Mons. Francesco Andriulli, dell'archidiocesi di Acerenza.
» » » Mons. Domenico Antonio Gallucci, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Nicola Manna, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Filippo Scardovi, della diocesi di Faenza.
14 » » Mons. Angelo Micheli, della diocesi di Parma.
19 » » Mons. Vincenzo Postacchini, di Roma.
23 » » Mons. Cesare Pizzirani, dell'archidiocesi di Bologna.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

18 dicembre 1920. Il sig. principe Carlo Gonzaga, dell'archidiocesi di Milano.
5 gennaio 1921. 11 sig. marchese Claudio Leone Lagergren, dell'archidiocesi di Stocolma.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

7 gennaio 1921. Mons. Emilio Caiola, della diocesi di Mantova.
12 » » Mons. Ranieri Barnini, della diocesi di S. Miniato.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.

5 gennaio 1921. Il sig. avv. Piero Bassetti, della diocesi di Forlì.
18 » » Il sig. Giovanni Torre, dell'archidiocesi di Napoli.

NECROLOGIO

26 novembre 1920. Moas. Marco Chatagnon, véscovo titolare di Chersoneso, vicario apostolico del Se-ciuen meridionale (Cina).

31 dicembre » Mons. Antonio Sabatucci, arcivescovo titolare di Antinoe, uditore generale della R. Camera Apostolica.

18 gennaio 1921. L'Emo sig. Card. Filippo Camassei.

25 » » Mons. Rodolfo Caroli, arcivescovo titolare di Tiro, internunzio apostolico in Bolivia.

MI » » Mons. Federico Knecht, vescovo titolare di Nebo, suffraganeo dell'Arcivescovo di Friburgo.

» » Mons. Paolo Padilla y Barcena, vescovo di Tucuman (Argentina).

» » Mons. Celestino Soza, vescovo di La Paz.

» » Mons. Tommaso VVhiteside, arcivescovo di Liverpool.

2 febbraio » L'Emo sig. Card. Andrea Ferrari, arcivescovo di Milano.^

» » » Mons. Simone Pereira y Castellón, vescovo di León (Repubblica di Nicaragua).

3 » » Mons. Felice Augusto Béguinot, vescovo di Nîmes.

Annus XIII - Vol. XIII 11 Martii 1921 Num. 4

ACrnlFALfCAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

i

Die 7 martii 1921, in palatio Apostolico Vaticano, habitum est Consistorium secretum, cuius Acta ex ordine referuntur:

I. - OPTIO TITULI

Emus et Revmus Dnus Petrus S. R. E. Card. Gasparri, procuratorio nomine et pro parte Emi et Revmi Dñi Petri Card. La Fontaine, Patriarchae Venetiarum, dimisso titulo Sanctorum Nerei et Achillei, titulum Sanctorum XII Apostolorum optavit.

II. - ALLOCUTIO SS. D. N. BENEDICTI PP. XV
CREATIO ET PUBLICATIO S. R. E. CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

Gratum vehementer est quod vos coram frequentes intuemur, quibuscum una de sanctae Ecclesiae negotiis et animarum, Nostrae potissime demandatis curae, consultare Nobis licet. Atque utinam in hunc amplissimum censes sum afferre iucunda et laetabilia possimus : verum tristitia prohibemur horum temporum cum belli nondum usquequaque consedit furor, civilesque motus et populorum certamina, quae plurifariana ardescunt, magna etiam nunc sollicitudine. Nos afficiunt. Memores equidem Nostrarum

partium, nullam adhuc occasionem praetermisimus, quantum erat in Nobis, Iaborandi ut in possessionem pacis et tranquillitatis rediret humana societas; quam tranquillitatem pluries illa sibi, saeculis anteactis, Ecclesiae obtemperando, peperisset. Itaque, natali septingentésimo Tertii Ordinis Franciscalium appetente, nuper orbem catholicum ad illud et abstinentiae et caritatis christianae studium hortati sumus quo Assisiensis Patriarcha incensus, cum homines a terrenarum rerum amore ad caelestia traduceret, tam opportunam aetatis suae malis medicinam adhibuerat.

Etenim numquam fortasse hae hortatione tam opus fuit quam hodie, cum, ex ea belli dimicatione vix emersum, cupiditatum ardoribus et partium contentionibus misere conflictatur genus humanum ; cumque, nisi ad christiana instituta renovetur vita singulorum, admodum difficile erit ethnici spiritus, longe lateque fluentem, remorari luem, quominus omnem consuetudinem civilem omnesque privatorum mores inficiat. Quod si, pactione facta, belligerari debitum est, non tamen vera pax mundo illuxit, nec quicquam in convictu domestico, in societate civili, in exterisque populorum rationibus magis desideratur quam, fraternae hominum necessitudini christianaeque coniunctioni consentanea, ordinis tranquillitas. Videmus, addictos acerrime contrariis partibus, cives cum civibus ad eaedem saepe confligere ; videmus gentes, sub uno eodemque natas educata»que caelo, de communis possessione soli armis disputando, aeternarum inter se iacere semina discordiarum ; ad haec, veteres quarundam nationum simultates erumpere in violentiam immanitatemque facinorum, quae quidem cum legibus morum atque humanitatis male cohaerent, quaeque Nos, undecumque fiant, improbamus.

Iam .vero consentiunt omnes conventa hominum vel consultissimorum quantumvis elaborata ad conficiendam pacem, permansura quidem, ut civilis prudentiae documentum, in scriptis, non vero gentium pervasurá animos, nec

habitura legis vim nec ullum omnino usum, nisi, cum iustitiae aequitatisque fundamentis constituta fuerint, tum etiam nacta sint mores et instituta populorum iis christianis conformata principiis, quae de civili cultu ethnicam turpitudinem depulerunt, et quorum virtus ad res humanas privatim publiceque emendandas Francisci temporibus mirifice apparuit. Profecto si domitas habeant virtute cupiditates, exsistet in hominibus singulis ille ordo intimus, quo ipsa societatis humanae ordinatio nititur ; ex fraterna autem caritate, si quidem eam non minus, quam iustitiam, classes inter se civium itemque populi, sicut christianos decet, colere instituerint, efflorescet mutua fides, qua nihil melius ad alendam pacem et confirmandam.

Haec ut, divino beneficio, quamprimum christiana morum renovatio fiat, eoque ipso orbis terrarum in longum tranquilletur, Nos equidem precamur petimusque, optantes interea ut saecularis, quam diximus, celebritas exspectatissimum tempus, sancti Francisci spiritum vulgando, maturet.

Nunc autem, venerabiles fratres, antequam ad Episcoporum cooptationem veniamus, eximios viros sex in perhonorificum Ordinem vestrum adlegere constituimus.

Hi sunt :

FRANCISCUS RAGONESI, Archiepiscopus tit. Myrensis, Noster in Hispania Nuntius Apostolicus;

MICHAEL DE FAULHABER, Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis;

DIONYSIUS DOUGHERTY^ Archiepiscopus Philadelphiensis;

IOANNES BENLLOCH Y VIVÓ, Archiepiscopus Burgensis;

FRANCISCUS ASSISIENSIS VIDAL Y BARRAQUER, Archiepiscopus Tarraconensis ;

CAROLUS IOSEPHUS SCHULTE, Archiepiscopus Coloniensis.

Quid vobis videtur ?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et declaramus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales

Ex ORDINE PRESBYTERORUM

FRANCISCUM" RAGONESI,

MICHAELEM DE FAULHABER,

DIONYSIUM DOUGHERTY,

IOANNEM BENLLOCH Y VIVÓ,

FRANCISCUM ASSISIENSEM VIDAL Y BARRAQUER,

CAROLUM IOSEPHUM SCHULTE.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris £B et Filii ffi et Spiritus £B Sancti. Amen.

Sequitur ut Venerabilium Fratrum Episcoporum Ordinem suppleamus.

HI. - PROVISIO ECCLESIARUM

Beatissimus Pater has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Metropolitanae ecclesiae Gardiffensi praefecit R. P. D. Franciscum Mostyn, hactenus episcopum Menevensem.

Archiepiscopali titulari ecclesiae Laodicensi, R. P. D. Franciscum Moretti, hactenus episcopum Interamnensem et Narniensem.

Metropolitanae ecclesiae de Linares, R. P. D. Ioannem a Iesu Herrera y Pina, hactenus episcopum de Tulancingo.

Metropolitanae ecclesiae Granatensi, R. P. D. Vincentium Casanova y Marzol, hactenus episcopum Almeriensem.

Gathedralibus ecclesiis Lunensi Sarzanensi ac Brugnatensi, invicem perpetuo unitis, R. P. D. Bernardum Pizzorno, hactenus episcopum titularem Flaviopolitanum.

Cathedrali ecclesiae Auriensi, R. D. Florencium Cervino y Gonzales, canonicum magistralem Tudensem.

Titulari episcopali ecclesiae Bubastensi, R. D. Ludovicum Hugo, rectorem Seminarii Spirensis, deputatum in Coadiutorem cum iure successionis episcopi Moguntini.

Titulari episcopali ecclesiae Gestrensi, R. D. Ioannem Scheiffes, cathedralis ecclesiae Monasteriensis canonicum, deputatum in Auxiliarem episcopi eiusdem Monasteriensis ecclesiae.

Insuper Ssmus Dominus Noster alios etiam, iam renunciatos per Apostolicas sub plumbo Litteras, sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Pelusianum, Franciscum-Regis Canevin, iam episcopum Pittsburgensem.

Antinoënsem, Angelum Paino, iam episcopum Liparensem.

Leontopolitanum, Andream Cassulo, iam episcopum Fabrianensem et Mathelicensem.

Smyrnensem, Ioannem Baptistam Fridericum Vallega.

EPISCOPOS:

Jacensem, Salvatorem Bella, iam episcopum Fodianum.

Guneensem, Iosephum Castelli, iam episcopum Segusiensem.

Tacambarensem, Leopoldum Lara.

Demetriadensem,. Davidem Le Cadre.

Andrapanensem, Maximilianum Novelli, iam episcopum Collensem.

Tricaricensem, Achillem Grimaldi.

II

I. - EMI PP. CARDINALES RUBRO GALERO ORNANTUR

Die 10 martii 1921, in palatio Apostolico Vaticano, habitum est Consistorium publicum, in quo Ssmus Dominus Noster Purpuratorum Patrum galero ornavit Cardinales die 7 martii 1921 creatos, nempe:

Emum MICHAELEM DE FAULHABER,

Emum DIONYSIUM DOUGHERTY^

Emum CAROLUM IOSEPHUM SCHULTE.

II. - PROVISIO ECCLESIARUM

Eadem die, in Consistorio secreto, Beatissimus Pater has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Titulari archiepiscopali ecclesiae Tyrensi praefecit R. P. Petrum Benedetti, Societatis Missionariorum Ssmi Cordis iesu Adsistentem generalem et in Urbe Parochum ecclesiae Ssmi Cordis pro animabus igne Purgatorio expiandis.

Metropolitanae ecclesiae Olomucensi, R. D. Antonium Cyrillum Stojan, eiusdem Metropolitanae ecclesiae canonicum.

Metropolitanae ecclesiae S. Iosephi de Costarica, R. D. Othonem Raphaelem Castro, canonicum theologalem eiusdem archidioecesis.

Cathedrali ecclesiae Alajuelensi, R. P. D. Antonium Monestel, hactenus episcopum titularem Sorensem.

Cathedrali ecclesiae Wichitensi, R. D. Augustum I. Schwertner, cancellarium Curiae dioecesis Toletanae in America.

Cathedrali ecclesiae Ambianensi, R. D. Carolum Le Comte, Vicarium generalem Insulensem.

Cathedrali ecclesiae Portus Victoriae, R. D. Aloysium Gumy, ex Ordine Minorum Capuccinorum.

Titulari episcopali ecclesiae Azotensi, R. ,D. Aegidium De Boeck, Vicarium apostolicum Novae Antuerpiae.

Titulari episcopali ecclesiae Cataniensi, R. D. Martinum Chiolino, e Societate Mediolanensi Missionariorum ad Exteros, et Vicarium apostolicum de Ho-nan septemtrionali.

III. - TITULI EMIS PP. CARDINALIBUS ASSIGNATI

Deinde Beatissimus Pater assignavit:

Emo DE FAULHABER titulum S. Anastasiae,
Emo DOUGHERTY titulum SS. Nerei et Achillei,
Emo SCHULTE titulum SS. Quatuor Coronatorum.

IV. - SACRI PALLII EXPOSTULATIO ET CONCESSIO

Tandem Beatissimus Pater sacrum Pallium ^postulatum concessit ecclesiis :

Cardiffensi, Smyrnensi, De Linares, Granatensi, Olomucensi, S. Iosephi de Costarica.

EPISTOLAE

I

AD DESIDERATUM S. R. E. CARD. MERCIER, ARCHIEPISCOPUM MECHLINIENSEM, CETEROSQUE BELGARUM EPISCOPOS, QUIBUS, OCCASIONE « QUAESTIONIS FLANDRICAE », NONNULLA QUAE AD RELIGIONEM PERTINENT PATERNO ANIMO INCULCAT.

Dilecte fili Noster et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum semper, ut ipsi probe nostis, tum immani bello saeviente tum pace Versaliensi confecta, paternam Nos curam sollicitudinemque de Belgarum rebus adhibuerimus, immortales sane grates datori bonorum omnium Deo agimus qui Nobis videre concesserit quemadmodum patria vestra, peralacri quidem civium cuiusvis ordinis virtute atque sollertia, ad pristinae iam prosperitatis spem feliciter revirescat.

Verum tamen id vos latere nolumus, venerabiles fratres, non parum scilicet Nos commoveri, allatis istinc rumoribus dissensionum, ob eam, quae iam diu agitatur, « Quaestionem Flandricam ». Difficilis profecto quaestio atque plura complectens; de cuius expediendae ratione, utrinque, ipsi qui sunt eiusdem partis inter se non consentiunt. Nos igitur, ea tantum hic attingemus quae ad religionem pertinent, propositam nimirum Nobis habentes, uti debemus, animarum utilitatem.

Similiter decessor Noster f. r. Leo XIII, die xx augusti MCMI, ad Episcopos Bohenliae et Moraviae scribens, de dissensionibus inter eos populos ortis linguarum causa, professus est se nolle eas controversias participare; verum, pro apostolico officio, cavere velle ne quid religio inde caperet detrimenti. « Nobis quidem - sic ille - a dirimendis « de hac re controversiis abstinere decretum est. Profecto sermonis « patrii tuitio, si certos intra fines consistit, reprehensionem non habet; « quod tamen de ceteris privatorum iuribus valet, valere hic etiam « tenendum est, ne quid ex eorum prosecutione communis utilitas « patiatur. Est igitur eorum qui publicam rem administrant, sic, aequi« tate incolumi, velle integra singulorum iura, ut commune tamen civi« tatis bonum stet atque vigeat. Quod ad Nos attinet, monet officium « cavere sedulo, ne ex eiusmodi controversiis periclitetur religio, quae « princeps est animorum bonum ceterorumque bonorum origo ».

Eadem Nos quidem, venerabiles fratres, sollicitudine afficimur, eadem causa adducimur ad scribendum ; periculum est enim ne istiusmodi controversiis vel civium inter cives caritatis vincula relaxentur, vel ea infirmetur concordia, qua quidem parvae res crescunt, sine qua maximae dilabuntur: in primisque ne clerus quicquam de sua dignitate ministeriique efficacitate deperdat, si eisdem disputationibus immoderata contentione sese immiscuerit.

Iam vero qua se ratione clerus gerere debeat, non solum in istis sed etiam in ceteris rerum adiunctis, apparet ex iis Apostoli verbis, quibus praeclare sacerdotis munera adumbrantur : « Omnis Pontifex « ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt « ad Deum » *(ad Hebr.,* III, 1). Ex his constat divina plane esse sacerdotis officia; ob eamque rem non debere ministerii eius auctoritatem terrenis servire negotiis; et quamvis non prohibeatur clerus civilibus iuribus, ut ceteri cives, uti, hunc tamen usum numquam oportere sacri ministerii eius efficacitati obesse.

Quod si sacerdotalis actio omn et tempore et loco ad hanc normam debet exigi, tum praesertim debet cum populum ad christianam sapientiam instituit docendo vel praedicando.

Itaque vestrum erit, venerabiles fratres, vigilare ut clerus iuventutis institutionem, in quam quidem pro sui officii conscientia incumbat oportet, tamquam nota supernaturali conformet, unde facile *homo Bei* ab omnibus agnoscatur. Atque ut ex labore suo sacerdos uberes, qui sperantur, fructus percipiat, is omnibus rebus instructus sit quas tempora postulant, quaeque eum discipulis gratum acceptumque efficiunt: maxime vero linguam probe calleat, qua varii utuntur hominum ordines quibuscum pro officio communicare debet, cum secus, uti patet, impossibile esset ministerii sui exercitium

Ad sacram praedicationem quod pertinet, fidei morumque dumtaxat doctrinam explicent sacerdotes, nec tractantes quicquam a suo ipsorum supernaturali munere alienum, eam semper gravitatem ostendant quae divini verbi praecone digna sit. In quo quidem revocentur in usum, si forte in oblivionem venerint, praescriptiones illae quae a S. Congreg. Consistoriali die xxvni iunii MGMXVII editae sunt, quaeque in Codicem Iuris Canonici sunt relatae, ad ea exsequenda quae Nos per Encyclicas Litteras *Humani generis redemptionem* mandaveramus.

De facultate autem typis scriptiones edendi, quoniam mirandum in modum ea crevit ac permagna eiusdem vis est in utramque partem, cum errorem aeque ac veritatem incredibili celeritate divulgari possit, idcirco Nos religiose observari volumus quod statutum est ea-

none 1386 Codicis Iuris Canonici, quo vetantur clerici, sine consensu suorum Ordinariorum, libros, qui de rebus profanis tractent, edere, et in diariis, foliis vel libellis periodicis scribere vel eadem moderari.

Cum vero digni sanctis altaribus ministri in Seminariis parentur, curae vobis hoc ante omnia sit, venerabiles fratres, ut Clericorum Seminaria vere ad eam rem conducant cuius causa instituta sunt; quapropter diligenter danda est opera ne aditus illuc pateat scriptis ullis quae in eos sacros recessus tumultum afferant civilium contentionum, quaeque a pietatis cultu optimisque studiis abstrahant. Quare efficite - ut idem decessor Noster Leo X1TI in ea, quam memoravimus, epistola hortatur - « ut Seminariorum alumni tempestive discant in fraternitatis «amore, simplici ex corde invicem diligere; utpote renati non ex « semine corruptibili per verbum Dei vivi... Erumpentes autem ani« morum perturbationes cohibete fortiter nec pacto ullo vigere patia « mini; ita ut qui clero destinantur, si labii unius, ob originis discri« men, esse nequeunt, at certe cor unum sint atque anima una ».

Ceterum clerus divino suo munere sine ulla dubitatione satisfaciet, si in sua cogitandi agendique ratione sacris Pastoribus morem gerat oboedienter. Nec plura certe hic attinet de hac re commemorare, quae cum probe sint cognita, tum fusius de iis mentionem fecimus in Encyclicis Litteris *Ad beatissimi Apostolorum Principis* quas quidem in exordio Pontificatus Nostri ad orbem catholicum dedimus: quemadmodum enim Romanus Pontifex summus est Ecclesiae universae Magister, ita Episcopi rectores sunt particularium ecclesiarum; ipsis ergo fideles omnes, maximeque sacerdotes, oboedire et parere debent. Nonne igitur crudeles dicendi sunt, qui difficultates gravissimas non considerantes, in quibus ob temporum tristitiam Episcopi pastorale munus exercent, id oneris, id sollicitudinis augent, obsequium debitum eisdem recusando?

Quae autem de clero vestro hucusque diximus, ea praesertim pertinent ad clerum regularem, qui, cum peculiari lege teneatur ad perfectae virtutis apicem nitendi, iis omnibus se abstinere debet quae possint a tam praeclaro proposito eum avertere.

Quamobrem obsequatur consiliis vestris uterque clerus: ita enim, arcte vobiscum coniunctus, frugiferam apostolatus operam in populo navare poterit, eam concordiam omnium ordinum roborando quae, maxime cum gens Belgarum universa in libertatem vindicata est, tantam patriae vestrae gloriam peperit ac prosperitatem.

Populus autem, clero praeeunte, eadem sensa animi sequatur, omnem devitans acerbitatem verborum, quae, praeter divinae legis offensionem, caritati con cordi aeque adversatur.

Haec vobis significare voluimus, venerabiles fratres, unice de salute solliciti cum Nostrorum filiorum, tum maxime sacerdotum, quos quidem ministerii vestri adiutores habetis. Itaque, sublatis in caelum oculis, iterare Nobis libet pro eis omnibus verba Iesu Domini: « Pater « sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi... Pater, sanctifica « eos in veritate » (Ioan., XVII, 11, 17). Cumque supernae tantum virtutis ope possimus bonum velle et perficere, idcirco Deum enixe precamur ut et pastorali sollertiae vestrae benigne faveat et validum tamquam suae gloriae instrumentum clerum vestrum efficiat. Quorum caelestium munerum auspicem itemque ut praecipuae benevolentiae Nostrae pignus, apostolicam benedictionem vobis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, cunctoque gregi unicuique vestrum concredito, libenti effusoque animo impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die x mensis februarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. ARNALDUM RIGO, TERTII ORDINIS REGULARIS S. FRANCISCI MINISTRUM GENERALEM, EI TRIBUENS EADEM QUAE MINISTRIS GENERALIBUS FRANCISCALIÜM PRIMI ORDINIS CONCESSERAT OCCASIONE DCC NATALIS TERTII ORDINIS SAECULARIS.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Tertii Ordinis a Poenitentia abhinc septem saeculis instituti sacra sollemnia, de quibus Nos encyclicam epistolam ad orbem catholicum nuper dedimus, cum a Tertiariorum Franciscanum universitate sint iure agenda, tum peculiaris quaedam est causa quare ab ista, cui tu praees, religiosa familia celebrentur. Etenim, ut huius Apostolicae Sedis non pauca litterarum monumenta declarant, inter Tertium illum et vestrum Ordinem discrimen est nullum vel originis vel Regulae vel appellationis, nisi quod vos Francisci Patris legiferi instituto accessionem trium votorum sollemnium mature adiunxistis. Ita, quam eratis ingressi viam, eadem sic pergere instituistis, ut ceteris sodalibus Tertiariis qui mundi negotiis curisque impliciti remansissent, in christiana perfectione colenda essetis exemplo, eisque tamquam duces ad sempiternam salutem quaerendam praeiretis. Cui quidem officio non vos defuisse scimus, diuque et praeclare istum Ordinem et sodalium numero et disciplinae laude floruisse. Quod si

deinceps ob ea quae accepisset, ex multiplici civilium rerum conversione, vulnera tamquam debilitatus aliquandiu iacuit, ad eum excitandum et reiiciendum vestra conversa esse studia gaudemus; idque libenter intelleximus superiore mense augusto, cum te, novum Ordinis Antistitem, dilecte fili, primoresque tuorum Sodalium coram admisimus. Nunc autem, appetente solemnitate saeculari quam diximus, placet Nobis occasionem, quae affertur, arripere simul Nostrae in vos omnes paternae benevolentiae testandae, simul industriae vestrae refovendae. Quicquid igitur in encyclica epistola, quam supra memoravimus, *Sacra propediem* « trium familiarum Franciscanum primi Ordinis Ministris « Generalibus enixe rogantibus » de Sanctae Ecclesiae thesauro largiti sumus, id omne vobis quoque petentibus volenti animo concedimus. Quare in omnibus vestrae familiae aedibus sacris, ubi Sodalitates Tertii Ordinis saecularis legitime sunt institutae, cum ibi, per annum integrum a die **XVI** aprilis proximi, ob hanc sollemnitatem supplicatio in triduum fiet, Tertiarii sodales quidem singulis iis diebus, ceteri vero semel plenariam peccatorum remissionem, usitatis conditionibus, lucrentur: quicumque autem ibidem augustum sacramentum de suis peccatis dolentes, visitaverint, ii septem annorum indulgentiam *toties quoties* consequantur; omnia earum aedium altaria per eos dies *privilegiata* sint; eodemque triduo sacrum de S. Francisco, tamquam votivum pro re gravi et simul publica de causa, ibidem cuilibet sacerdoti facere liceat, servatis generalibus rubricis Missalis Romani, ut in novissima eius editione Vaticana proponuntur; denique omnes sacerdotes, iisdem aedibus addicti, possint per eosdem dies Rosaria, numismata, similia, benedicendo, apostolicae indulgentiae muneribus ditare, item Rosaras Crucigerorum et sanctae Birgittae benedicere.

Hanc vestrarum originum commemorationem bono vobis incremento futuram sperare libet; atque optabile est ut quotquot sunt ex utroque sexu religiosae familiae Tertii Ordinis Franciscalis votorum simplicium vinculo obstrictae, institutum vestrum, a quo vix aliquid distant, iam amplectantur et vobiscum quasi in unum corpus bene valens vigensque coalescant.

Auspicem vero divinorum munerum ac testem paternae caritatis Nostrae, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, tuisque sodalibus universis amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xx mensis februarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

1

P ADERBORNEN, ET MONASTERIEN.

DE FINIUM DIOECESUM COMMUTATIONE

SSmus D. N. Benedictus PP. XV, decreto S. C. Consistorialis diei 3 februarii 1921, statuit ut praedia ad *Wenceslaum Havelt* pertinentia a paroecia *Beelen* dioecesis Monasteriensis dismembrarentur, et paroeciae *Clarholz* dioecesis Paderbornensis perpetuo ac in omnibus attribueretur.

II

MARIANNENSIS-ATERRADENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Nuper postulatum est ut municipia vulgo *Bom-Despacho* et *Santo Antonio do Monte,* quae in praesenti ad archidioecesim Mariannensem pertinent, dioecesi Aterradensi unirentur. Cum memorata petitio diligenti examini Emorum-huius Sacrae Congregationis Consistorialis Patrum subiecta fuisset, cumque visum esset in animarum bonum cessurum praefata municipia ab Archidioecesi Mariannensi dismembrare eaque Aterradensi Ecclesiae adiicere, SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV precibus annuendum duxit. Praesenti itaque Consistoriali Decreto idem SSmus Dnus municipia *Bom-Despacho* et *Santo Antonio do Monte* ab •archidioecesi Mariannensi distrahit et Aterradensi dioecesi aggregat. Ad haec autem exsecutioni mandanda deputat R. P. D. Henricum Gasparri, Archiepiscopum Sebastensem, in Brasiliana Repubblica Apostoncum Nuntium, eidemque tribuit necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesia-

stica dignitate constitutum, onere tamen ei imposito ad hanc Sacram Congregationem mittendi, intra sex menses, a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae. Praesentibus valituris, perinde ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 22 februarii 1921.

C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

L. ✠ S

Aloisius Sincero, *Adsessor*

III

DE QUERETARO

TRANSLATIONIS CATHEDRALIS ECCLESIAE

DECRETUM

Erecta per Apostolicas Litteras *Deo optimo maximo* die 26 ianuarii 1862 dioecesi de Queretaro, Cathedra episcopalis prius in ecclesia paroeciali S. Iacobi Apostoli Maioris illius civitatis, dein in templo S. Francisci, ac denique in ecclesia Congregationis S. Mariae de Guadalupe fuit ad tempus constituta. In votis equidem usque ab initio fuit novam a fundamentis Cathedralem Ecclesiam exstruere; sed id numquam assequi datum fuit, nec spes datur fore ut id in proximo assequi dioecesis possit. Quare R. P. D. Franciscus Banegas, hodiernus Episcopus de Queretaro, praehabito sui Capituli favorabili consensu, supplices ad SSmum Dnum Nostrum Benedictum PP. XV porrexit preces, ut eadem Cathedra episcopalis, sub eodem titulo S. Iacobi Apostoli Maioris, non amplius ad tempus, sed modo stabili transferretur et constitueretur in ecclesiam S. Philippi Nerii eiusdem civitatis, quippe quae magnitudine ornatuque longe ceteris ecclesiis antecellit, quaeque, extinctis Patribus Oratorianis, libera hodie est et Ordinarii dioecesani iurisdictioni obnoxia, salvis Sanctae Sedis iuribus. Quibus precibus SSmus Dnus noster benigne annuere dignatus est. Hoc itaque Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent, in templum S. Philippi Nerii, modo stabili, episcopalem Cathedram et Capitulum, sub eodem titulo S. Iacobi Apostoli Maioris, idem SSmus Dnus transfert, cum omnibus iuribus, privilegiis et indultis, quae Cathedralibus

ecclesiis, in Mexicana Republica, competunt, quaeque hucusque dioecesi de Queretaro quoquomodo peculiariter tributa sint. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 1 martii 1921.

C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

h. $ S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

IV

CIRCA FACULTATES ORDINARIORUM

Cum aliquando Rmi Ordinarii SS. Congregationibus preces porrigant, ut speciales facultates sibi concedantur, iuxta *formulas* quae olim dabantur a S. Congregatione de Propaganda Fide, eisdem declaratur quod definitiva norma super hac re quamprimum statuetur et notificabitur. Interim vero sciant Rmi Ordinarii adhuc vigere facultates quae durante bello a S. Congregatione Consistoriali concessae fuerant, decretis die 25 aprilis 1918 et 2 augusti eiusdem anni.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 7 Martii 1921.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. J$ S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

V

PRO NOTITIA CIRCA SAC. PHILIPPUM G-NAM

Episcopus Londonensis (Canada), vigore specialium facultatum a S. Sede habitarum per tramitem Rmi Delegati Apostolici, absolvit a censuris in foro externo sac. Philippum Gnam illius dioecesis, qui decreto Consistoriali diei 14 maii 1914 nominatim et personaliter excommunicatus fuerat atque vitandus declaratus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 5 martii 1921.

j$| C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

VI . • . •

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § 2

Iuxta can. 1594, § 2, *Codicis Iuris Canonici* pro appellatione:

Rmus Archiep. Rothomagensis designavit Ordinarium Ebroicensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus S. Congr. Consistorialis, die 18 februarii 1921.

SACKA CONGREGATIO CONCILII

CORRIENTEN.

IURISDICTIONIS

Die 13 novembris 1920

SPECIES FACTI. - Episcopus Corrientensis in Republica Argentina litteris diei 8 septembris 1919 dubium solvendum proposuit circa dependentiam Conferentiarum S. Vincentii a Paulo a potestate Ordinarii; tenor litterarum est ut sequitur:

« Ex iis quae in Lib. II Codicis, Part. 3ª, Tit. XVIII et XIX conti- « nentur, ius tribuitur locorum Ordinariis erectionem seu constitutionem « associationum fidelium approbandi, seu permittendi, pro diversa earum « natura; atque ipsarum regimen et administrationem ordinandi, aut «saltem inspiciendi et adprobandi, inter alia plura; et salvis semper « quae Apostolicae Sedi ex legum praecepto reservantur, necnon Reli- « giosis ex Apostolico indulto.

« Inter laudatas consociationes, locum tenet societas, quae vulgo « appellatur *Conferendas de S. Vicente de Paul,* quaeque inter alias pro « pauperibus sublevandis in hac Dioecesi ab aliquot annis adest. Hanc, « tamen, a Moderatore supremo eiusdem pro universa ditione Argentina « - in Metropoli degenti - praeceptis supra laudatis non teneri sustinetur,

« neque Ordinariorum iurisdictioni et potestati subiici iuxta canones, « quatenus *societas laica* est.

« Idcirco orator Episcopus, in actione et regimine eiusdem Socie« tatis - quae Pia *Unio* iuxta can. 707 videtur audire - nonnulla con« spiciens difformia atque moribus et religioni adversa, imo et noxia, « opportuna adhibere correctionis media impeditus est; quapropter Emi« nentiam V. Revmam supplex accedit, ut declarare dignetur:

« An et quo ambitu praedicta Societas S. Vincentii a Paulo Ordi« narii loci potestati subsit iuxta quae in Lib. II, Part. 3ª, Tit. XVIII « et XIX G. I. C. praecipiuntur ».

VOTUM CONSULTORIS. - Attenta forma generica sub qua dubium proponitur, quum in factispecie nonnisi praeseferantur « nonnulla difformia « atque moribus et religioni adversa », quorum specifica natura non deseribitur, unicum quod videtur opportunum ad rem illustrandam, est adumbrare statum iuridicum Conferentiarum Vincentianarum seu Societatis S. Vincentii a Paulo, tum in genere, tum in particulari quoad Conferentias Vincentianas in Republica Argentina.

A) - Iuridica conditio Conferentiarum in genere.

I. DE FACTO. - Societas S. Vincentii a Paulo, ut scitum est, fuit fundata a Friderico Ozanam a. 1833. Praeclarus ille vir, adhuc iuvenis, cum aliis iuvenibus catholicis amicitia et societate coniunctus ad scopum litterarium et philosophicum, sensit cum illis divinum quemdam impulsum active cooperandi in remedium ingentium maiorum quibus eo tempore premebatur societas, praesertim per exercitium christianae caritatis et operum misericordiae sive corporalis sive spiritualis in favorem pauperum, Christum in eorum persona venerantes. Inita ergo inter se societate, prodiit prima sic dicta *Conferentia* sub caelesti patrocinio S. Vincentii a Paulo, cuius exemplis ad illa misericordiae opera spiritu supernaturali exercenda incitarentur. Initio pauperes in eorum domibus invisebant ad eorum corporales miserias sublevandas, ut ita sibi pararent aditum ad remedium procurandum miseriis spiritualibus multo urgentioribus *(Manuel de la Société de St-Vincent de Paul,* pag. 184). - Res felicem habuit successum; societas mirabiliter propagata est, primum in Gallia, dein in aliis pluribus nationibus, et paulatim complexa est omnia opera, quae, pro cuiusve regionis conditione et necessitate, inservirent ad praefatum propositum sublevandi pauperum miserias tam corporales quam spirituales. Quae opera eximiae caritatis christianae, 80 Patres, qui in

postulatu Concilio Vaticano exhibito, quo petebatur ut ab ipso Concilio praedicta Societas laudaretur et commendaretur, ita brevi complexi sunt: « Haec autem Societas, ex laicorum ordine praesertim efformata, « nobiliores civitatum et vicorum viros optimosque ephebos in sinu corn- **ac** putat, lateque per universum terrarum orbem iam diffusa, uberiores-- ' « fructus in dies protulit, quos hic enumerare superfluum esset. Vix exstat « corporalis inopia, quae ab eis non relevetur, aut animi afflictio, quae « non sit recreata. Isti enim pauperes saepe et regulariter visitant eosque « duplici panis et consolationis pabulo reiiciunt; aegrotis opitulantur « iisque salutaris medicinae remedia subministrant; senes in hospitiis « et orphanos in conservatoriis collocant; artifices et operarios erudiunt, « iunioresque ex eis, qui in officinis tirocinantur, suo patrocinio a pravis « exemplis praeservant; optimos libros per domos et familias disséminant « et matrimonia mere civilia cohonestant: quo fit ut ex hac institutione « miris modis in christiana republica bona dimanent, multique salventur, « qui sine hoc auxilio periissent » *(Collectio Lacensis,* vol. VII, col. 901).

Incrementa celérrima Societatis necessaria iusserunt redigi statuta et accuratam ad modum organici corporis fieri constitutionem. Statuta a sociis adunatis condita sunt et organizatio facta est per Conferentias plerumque in paroecias distributas, per Consilia particularia seu regionalia, et Consilium generale a quo ultimo tota Societas regitur.

At neque pro statutis unquam requisita est approbatio auctoritatis ecclesiasticae, neque pro interna organizatione, neque unquam particulares Conferentiae *erectae* sunt per actum Superioris ecclesiastici aut praerequisita saltem eius approbatione; sed Conferentiae institutae sunt privata conventione piorum fidelium qui sese adunarunt ad illa eximia caritatis opera exercenda, et Societati incorporatae • sunt per admissionem factam a Consilio generali. Orta ergo est et propagata tamquam *societas laica* i. e. *non ecclesiastica* seu non habens esse ab actu auctoritatis ecclesiasticae, sicut sunt *hospitalia laica* (quod non est idem ac excludentia finem pium et omnino religioni conformem) et *hospitalia ecclesiastica,* utraque opus pium; sed priora non erecta ab auctoritate ecclesiastica ideoque personalitatem iuridicam in Ecclesia non habentia, posteriora vero talem erectionem habentia et ex illa iuridicam personalitatem (Cfr. *Cod.,* can. 1489 § 1).

Ita organizata tamquam Societas in sensu canonico *non ecclesiastica* habuit favorem Ecclesiae: omnes Episcopi certatim eam summis laudibus cumularunt; parochi in ipsa nacti sunt praecipuum adiumentum regenerationis suae paroeciae; Romani Pontifices laudarunt ac foverunt ac tandem plurimis indulgentiis dotarunt. Quae indulgentiae concessae sunt

Societati independenter a qualibet erectione vel approbatione auctoritatis ecclesiasticae, solis attentis operibus caritatis, quibus illa impenditur. Ita Gregorius XVI Brevi *Romanum decet Pontificem* 10 ian. 1845 indulgentias concedit « Consiliis sive Conferentiis, *quae approbante Con-* - « *silio Generali instituuntur* (nulla mentione facta de erectione aut appro^ « batione auctoritatis ecclesiasticae) sive *ab eodem* sive *a Consiliis parti-* ***la*** *cularibus* Civitatum aut Provinciarum *ab ipso iam institutis* ». - Deinde alio Brevi 12 augusti 1845'alias indulgentias concessit personis, quae praedictam Societatem suis eleemosynis iuvent. Quin immo voluerunt Romani Pontifices ut retineret illum characterem Societatis laicae seu non ecclesiasticae, nominatim Gregorius XVI et Pius ÍX: « *i quali stimarono «buona cosa che essa prendesse carattere di* OPERA LAICA, UMILE AIUTO « DEL CLERO, NON SOTTOMESSA AD ESSO, *e giudicarono che, così costituita, « potrebbe servire utilmente agli interessi della religione » (Vita di Ozanam, scritta dal canonico suo fratello:* versione italiana, p. 109). Videlicet: « *Era facile a capire che Vunione di spirito sarebbe stata immediatamente « rotta, se ogni vescovo avesse organizsato le conferenze della propria dio- « cesi e compilato il loro regolamento, nel modo ch'egli avesse creduto più « conveniente* » (Ibidem).

Ita Societas nunquam curavit personalitatem iuridicam in Ecclesia habere; contra, eam procuravit obtinere ab auctoritate civili, ut haberetur capax recipiendi legata aliasque donationes, sine quibus magnum opus regenerationis classium pauperum, cum eo fructu qui latus fuit, aggredi non potuisset. Et de facto a pluribus guberniis recognitionem obtinuit, qui recognitionem denegare solent associationibus habentibus characterem Societatis ecclesiasticae.

At, si Conferentiae Vincentianae non sunt associatio proprio sensu ecclesiastica, eae tamen multo intimiorem coniunctionem ab initio habuerunt et constanter retinuerunt cum clero et auctoritatibus ecclesiasticis. Ipsis generatim, licet effective non praesit, praeest tamen honoris causa parochus, aut in eius defectu alius pius sacerdos, non raro ipse Episcopus, ac semper adest aliquis sacerdos, qui spiritualiter dirigit et a consiliis est tamquam verus adsistens ecclesiasticus: quem modum agendi non habuit societas impositum ab Auctoritate ecclesiastica, sed sponte a sociis susceptum, instinctu illo vere christiano, quo in operibus christianae caritatis exercendis quaeritur iuvamen et directio auctoritatis ecclesiasticae, cuius praecipue est illa opera *promovere* ac *fovere.*

II. QUOD AD IUS ATTINET. - Iterum praestat praemittere, quum Societas S. Vincentii a Paulo dicitur esse societas *laica,* a limine removendum

esse ab hae appel latione sensum pravum quem nunc passim habet, et quem praeterito tempore omnino non habebat: *laicum* hic tantummodo per oppositionem dicitur ad *ecclesiasticum.*

Iam notum est dari cappellanias *laicales* et *ecclesiasticas:* illae autem sunt, quae *sine auctoritate et approbatione eccleêiastica fundantur* et idcirco spiritualizatae non remanent, sed sub dispositione testatoris et heredum (Amostazo, *De causis piis,* lib. III, cap. I, 7; cap. II, n. 1 sq.).

Nota pariter est divisio *confraternitatum* in *laicales* et *ecclesiasticas:* in qua divisione sumitur *confraternitas* pro qualibet societate seu associatione in finem pium inita, et discrimen inter laicales et ecclesiasticas ponitur in hoc, quod in primis *non interveniat,* in aliis interveniat ad iuris effectus *auctoritas ecclesiastica,* eas per suam approbationem vel erectionem condens seu esse ecclesiasticum eis tribuens (Amostazo, *De causis piis,* lib. IV, cap. 12, *n.* 7). Non ergo distinguuntur a fine, sed ex eo quod primae dirigantur et gubernentur a personis laicis; aliae ab auctoritate ecclesiastica. Cf. quoque Melata, *Manuale de Indulgentiis,* pag. 207, ubi pariter notat associationes, quae ab Episcopo non fuerunt erectae, dici simpliciter pias seu *laicales* per oppositionem ad *ecclesiasticas* (Schmalzgrueber, lib. III, tit. 36, *De religiosis Domibus;* Reiffenstuel, eod. tit. n. 7 sq.; Duballet, *Des choses ecclésiast.,* n. 564, 567).

Dantur ergo praeter consociationes stricto sensu *ecclesiasticas,* quae ab auctoritate ecclesiastica eriguntur et diriguntur, aliae fidelium uniones etiam ad finem pium excitatae, sed sub potestate et regimine laicorum constitutae, ab auctoritate vero ecclesiastica mere probatae seu laudatae, quae suscipiuntur in utilitatem proximi auxilio indigentis, et exercent beneficentiam in pauperes, curam infirmorum, protectionem viduarum aut orphanorum, promovent sanam et christianam institutionem, aut bonum spirituale et tutelam moralem iuvenum artificum, aut contra certa vitia grassantia luctant. Saepe quidem ad has causas confraternitates ab ipsa Ecclesia instituuntur, prout praesertim medio aevo usuvenit; et tunc liquet huiusmodi confraternitates sensu stricto ecclesiasticas ad talia opera promovenda erectas auctoritate Episcopi, huius iurisdictioni et regimini subiici etiam in prosecutione pii sui propositi, eisque proinde applicandos esse canones de confraternitatibus. Sed extra hunc casum, sicut associatio non habet esse ab Ecclesia, nec ab Ecclesia *agnoscitur quoad iuris effectus;* ita ab ecclesiastica auctoritate non gubernatur et regitur, sed per laicos in propriis statutis designatos. Huius classis associationum ponitur tamquam exemplar praestans ultimorum temporum, ipsa definite Societas S. Vincentii a Paulo seu Conferentiae Vincentianae (Tachy, *Traité des Confréries,* cap. 1, n, 13).

-Quam'distinctionem solemni modo agnovit Ecclesia etiam recentissime. Ita in Decreto S. G. Gonsist. *A remotissima antiquitate,* ubi traditur norma circa relationem *De statu dioecesis* ab Episcopis periodicis temporibus S. Sedi exhibendam ponitur, separatim Cap. XÏ-II *De piis sodalitatibus et religiosis consociationibus,* quae ab auctoritate ecclesiastica eriguntur, et Cap. XV *De operibus piis et socialibus,* in quibus solum exigitur ut necessarium « ut debitam in omnibus Ordinario et S. Pon« tifici *reverentiam praestent,* et *in iis* quae fidem, mores et iustitiae « leges attingunt, S. Sedis directioni et moderationi omnino subsit ».

Ex quibus ultimis S. Congr. verbis satis apparet ambiguitas quaesiti ab Ordinario Corrientensi proposito; profecto, quandocumque incidit quaestio fidei et morum, evidens est subiectio cuiusvis fidelis, cuiusvis associationis auctoritati Ecclesiae; ex quo tamen non sequitur quod ipsa associatio necessario debeat quoad omnia subiici Ordinario, quoad exsistentiam, constitutionem seu organizationem, statuta, activitatem et internum regimen; quippe S. Congregatio aperte in hoc distinguit has Societates pias et opera socialia, a sodalitatibus seu associationibus ecclesiasticis, quae per Ecclesiae erectionem exsistunt, et inde personam iuridicam in Ecclesia acquirunt.

Immo absolute potest vere dici, quod sicut singuli fideles iurisdictioni Episcopi subsunt, ita manent huius iurisdictioni subiecti, quando in Societates uniuntur. Quamquam enim Episcopus ex hoc solo facto societatem vi suae iurisdictionis dirigere nequit, quemadmodum societates proprie ecclesiasticas et confraternitates dirigit, *ius tamen habet et obligationem* INVIGILANDI, ne abusus irrepant neve fideles occasione societatum ruinam salutis incurrant (Cfr. *Cod.,* can. 336 § 2).

Cum quibus Episcoporum iuribus erga memoratas associationes non proprie ecclesiasticas connexa est obligatio seu officium *eas fovendi et promovendi,* cum agitur de societatibus iam ab Ecclesia commendatis et laudatis, ut in particulari accidit de Societate Vincentiana. De qua Leo XIII (Encycl. *Humanum genus)* ita ad Episcopos alloquitur: « Jn « quo genere silere hoc loco nolumus illam spectaculo exemploque insi« gnem, de populo inferioris ordinis tam praeclare meritam societatem, « quae a Vincentio patre nominatur. Cognitum est, quid agat, quid velit: «scilicet tota in hoc est, ut egentibus et calamitosis suppetias eat ultro, «idque sagacitate modestiaque mirabili: quae quo minus videri vult, « eo est ad caritatem christianam melior, ad miseriarum levamen oppor« tunior ». Quae laudes et commendationes dantur de societate numquam ab auctoritate ecclesiastica erecta, recta et gubernata, sed ab ipsis laicis; quae tamen multo arctiorem semper conservavit cum aucto-

ritatibus ecclesiasticis coniunctionem, quam pleraeque societates et confraternitates vere ecclesiasticae.

III. DE IURE CODICIS. - Ius praecedens hac in re non fuit mutatum per Codicem, sed potius firmatum. Id autem non deducitur tantum ex generali canone 6, quo sancitur: « Codex vigentem hucusque disciplinam plerumque refert »; sed etiam ex canonibus specialibus *De fidelium associationibus.* Sane ex can. 684: « Fideles laude digni sunt, si « sua dent nomina associationibus ab Ecclesia erectis *vel saltem com-« mendatis* ». Distinguit ergo accurate associationes *ab Ecclesia erectas* ab associationibus ab Ecclesia *commendatis,* qualis est Vincentiana Societas. Reliqui canones, a can. 686 ad finem tituli, agunt de iis quae eriguntur ab Ecclesia, per quam solam erectionem ex can. 687 obtinent « iuridicam in Ecclesia personam »; et inde debent habere « statuta a « Sede Apostolica vel Ordinario approbata », can. 689, etc. (cfr. can. 100 § 1 et can. 1489 § 1). Quibus legibus non subest Societas Vincentiana, sicut nec societates ad fovendam temperantiam, aliaeque plures mere *laicae* seu *non ecclesiasticae,* licet ab Ecclesia valde commendatae atque adeo indulgentiis ditatae sint.

IV. CONCLUSIO. - Ergo Conferentiae Vincentianae vere sunt associatio pia *non ecclesiastica,* cui non possunt applicari canones Codicis, qui agunt de associationibus, quae per erectionem auctoritatis ecclesiasticae fiunt *vere ecclesiasticae.* At inde non potest facile dari responsum ad quaesitum propositum, sive affirmativum sive negativum; nam, ut dictum est, certe etiam associationes non ecclesiasticae subsunt *vigilantiae* Episcopi, et fieri etiam potest ut opus quod aggrediantur Episcopi iurisdictioni sit obnoxium, v. gr., si erigunt scholam, quoad modum instructionis religiosae in ea impertiendae.

B) *De Conferentiis Vincentianis Reipublicae Argentinae.*

Scitum est, Societatem sancti Vincentii a Paulo ita fuisse fundatam, ut ab ea feminae manerent omnino exclusae *(Manuel de la Société,* pag. 20); et solum postea a Gregorio XVI, impetratae fuerunt indulgentiae pro feminis, *quae suis eleemosynis iuvarent* Societatis opera, *unicum medium* pro feminis partem habendi in operibus Societatis.

De facto tamen, serius ocius, Conferentiae Vincentianae feminarum pluribus in regionibus constitutae sunt; atque adeo iam res processerunt, ut hodie illae mulierum Conferentiae vitam habeant, quam aliae

virorum multo prosperiorem atque operibus in favorem pauperum omnis conditionis multo insigniorem, cum maiore etiam efficacia in eorum spiritualem regenerationem exercita. Nam ex una parte honestae atque spectatae feminae facilius obtinent recognitionem legalem et protectionem guberniorum; ex alia parte facilius et suavius sese introducunt in animos miserorum, quorum corporales miserias levant, atque parant viam sacerdotibus, quos optimos quosque sibi in auxilium diligenter conquirunt.

Qua ratione in alias regiones introductae sunt mulierum Conferentiae non attinet disserere. Quoad Conferentias mulierum in Republica Argentina, de quibus est praesens quaestio, res est in propatulo: accurate enim describitur earum origo et historia in opere publici iuris facto, dum illae expletum iam (a. 1914) quintum lustrum a fundatione (a. 1889) sollemniter celebrarent. Videlicet quum mulierum Conferentiae cum ingenti animarum fructu fundatae fuisse in Hispania, strenue contenderunt obtinere exsistentiam nationalem seu independentem a Conferentiis Parisiensibus; quare a Pio IX postularunt, ut sibi concedere dignaretur indulgentias, quibus iam fruebantur virorum Conferentiae; quas Pius IX benigne indulsit Brevi dato die 22 aprilis 1867. Haec legebantur in parte narrativa rescripti: « Supplices admotae Nobis sunt «preces, ut mulierum Christifidelium Societati, sub titulo S. Vincentii « a Paulo, vulgo *Conferenda* nuncupatae, quae centralis in Hispaniarum « regno, suamque sedem habet in civitate Matritensi, omnes et singulas « indulgentias communicare de Apostolica Nostra Auctoritate digna- » remur, quibus virorum Christifidelium Societas eiusdem tituli et insti- « tuti ibidem exsistens ab hac Sancta Sede ditata fuit...», etc. (Opus citatum, pag. 110).

Ex Hispania mulierum Conferentiae transierunt in Rempublicam Orientalem (Uruguay); inde notitia delata in Rempublicam Argentinam, in qua piae spectataeque feminae ad nobiliores familias pertinentes illas fundarunt (a. 1885) omnino ad normam conferentiarum Hispaniae, ideoque a Leone XIII postularunt et impetrarunt, ut sibi conferrentur indulgentiae, quae similibus Conferentiis mulierum in Hispania fuerant concessae: « Supplicatum est Nobis, ut huic Societati Reipublicae Argentinae, « quae in Civitate Bonaerensi principem sedem habet, omnes indulgen- « tias, quibus Hispanica gaudet, de Nostra benignitate concedere digna- « remur... » (Opus citatum, pag. 109).

Ortae ergo sunt Conferentiae mulierum, sicut aliae virorum, sine formali erectione atque adeo sine formali approbatione auctoritatis ecclesiasticae; idcirco, sicut illae virorum, non gubernantur per auctoritatem

ecclesiasticam, sed per propria Concilia in quae sunt organizatae, ac propterea ipsis non applicantur leges Codicis quae datae sunt de confraternitatibus et piis unionibus per formale decretum erectionis vel approbationis Episcopi conditis; et in hoc sensu vere potest dici quod non sunt subiectae Episcopo, quamvis semper, ut dictum est, manet improprius hic modus loquendi, cum semper Episcopus *ius habeat et officium vigilantiae atque adeo visitationis* (can. 336 ssq.). Id autem de Conferentiis Reipublicae Argentinae multo adhuc constat apertius. Nam cum nobilissimae feminae, quae ipsas condiderunt, antea suum consilium manifestassent Archiepiscopo Bonaerensi, oblato etiam exemplari Statutorum, atque ab eo implorassent approbationem seu benedictionem, ut catholicas feminas decebat; Archiepiscopus sapienter abstinuit a formali approbatione societatis, quae non erat *ecclesiastica,* sicut confraternitates et piae uniones, benedictionem vero suam largissime impertitus est, simul declarans non esse suae auctoritatis illam gubernare. En verba: « Imploratam benedictionem libentissime concedimus, cum non pos- « sit non esse utilissimum opus tantae caritatis christianae. Cum tamen « tale institutum non sit dependens a nostra auctoritate, non praeten- « dimus illud gubernare. Cum tamen licentia et benedictio a nobis « petatur, quod quidem omnino proprium est cuiusvis operis christiani, « putavimus non esse extra nostram iurisdictionem, declarare quod tuto « ex sese potest haec Societas constitui et consilium damus ut quam « primum constituatur » (Opus citatum, pag. 103).

Ergo Conferentiae Vincentianae mulierum Reipublicae Argentinae, sicut aliae virorum, ad eximia caritatis opera exercenda, sese constituerunt ex pia voluntate sociorum, sine interventu auctoritatis ecclesiasticae, quae sese declarabat incompetentem ad illam per formale decretum erectionis vel approbationis constituendam, quippe quae nec esset confraternitas nec pia unio particularibus regulis canonicis subiecta.

ita in Republica Argentina organizatae sunt mulierum Conferentiae, per Consilium Generale Boni Aeris in civitate Metropolitana residens, per Consilia Regionalia a Consilio Generali dependentia, distributa in diversas provincias et per Conferentias plerumque secundum parochiam distributas. Intimam hactenus retinuerunt coniunctionem cum auctoritatibus ecclesiasticis sive Episcopis, qui non dedignati sunt earum Conferentiis adsistere, a quibus semper obtinuerunt adsistentem ecclesiasticum, ab ipsa Conferentia delectum, sacerdotem pium, zelantem et spiritu Conferentiarum imbutum; cui ipsa Statuta assignant honoris praesidentiam et quem habent Consiliarium, cum tamen negotia ab ipso Consilio expediantur.

Conferentiae Argentinae quam primum curarunt obtinere a Gubernio civili recognitionem legalem et personalitatem iuridicam, quam libentissime concessit Gubernium propter innumera bona socialia, quae ex ipsis redundabant, nec solum recognitionem concessit, sed etiam plurima auxilia pecuniaria in ipso Parlamento decreta. Quare cum, lapsu temporis, ad amplificandum opus, opportunum iudicatum fuerit aliquam mutationem facere in Statutis; sicut Statuta fuerunt condita sine interventu auctoritatis ecclesiasticae, ita sine tali interventu factae sunt illae mutationes, quae tamen subiectae sunt approbationi Gubernii, a quo recognitio non datur nisi secundum Statuta oblata. Ergo Conferentiae mulierum Argentinae processerunt in hac parte eodem prorsus modo, quo semper processerant Conferentiae virorum subiectae Consilio Generali Parisiensi; videlicet ut societas *laica* seu *non ecclesiastica,* sensu superius explicato.

CONCLUSIO GENERALIS. - I. Ergo Conferentiae Argentinae mulierum, sicut aliae virorum, ex modo quo conditae, organizatae et evolutae sunt, apparent nec esse aliqua confraternitas, nec alia pia unio ecclesiastica, cui applicari possint canones Codicis de confraternitatibus et piis unionibus.

II. Cum tamen omnes fideles, sive seorsim accepti sive in societatem coadunati, sint subiecti Praelatis ecclesiasticis, et activitas alicuius societatis, etiam laicalis, ex fidelibus conflatae, subsit generali *vigilantiae* Episcoporum, id de Conferentiis quoque Vincentianis religiose tenendum est; salvo magis peculiari iure quod Episcopis competit, circa opera scholastica et similia, quae Conferentiae aggrediantur.

Hucusque votum Consultoris. Quare, etc.

RESOLUTIO. - Die 13 novembris 1920 Sacra Congregatio Concilii in plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis, respondendum censuit: *Ad mentem.* Mens est: « che si scriva a Mons. Vescovo, facendogli « notare che nel caso l'Ordinario ha su la detta società il diritto e « il dovere di vigilanza, e di curare che in essa nulla s'attenti contro « la fede e il costume, e, qualora vi fossero abusi, di correggerli e « reprimerli ».

Quam resolutionem, referente infrascripto S. Congregationis Secretario in audientia diei subsequentis, SSmus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. PP. XV, approbare et confirmare dignatus est.

I. MORI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

DEFINITIVA ADPROBATIO CONCEDITUR CONSTITUTIONIBUS SODALITII S. PETRI CLAVER PRO MISSIONIBUS AFRICAE.

Cum religiosa piarum mulierum Sodalitas a S. Petro Çlaver, non multo antehac pio consilio fundata ad Africae missionum subsidium, feliciter adolevisset uberesque salutis fructus protulisset, digna iam fuit habita ut tum Instituti sui tum suarum Constitutionum definitivam adprobationem a Sancta Sede anno 1910 consequeretur.

Nuper vero, Canonici Iuris Codice promulgato, opportunum visum est Constitutiones praedictas ad eiusdem Codicis normam, ubi oportebat, aptius accommodare atque perficere.

Itaque Emi Patres huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, in plenariis comitiis diei 29 mensis novembris nuper elapsi, eisdem Gonstitutionibus in examen revocatis, eas cum opportunis modificationibus prouti in adnexo exemplari exhibentur, ratas esse atque adprobare censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam SSmo D. N. Benedicto Div. Prov. PP. XV ab infrascripto eiusdem S. C. Secretario relatam, eadem Sanctitas Sua confirmare dignata est ac praesens Decretum ea super re dari iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 18 decembris 1920.

G. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius**

II

DECRETUM

DEFINITIVA ADPROBATIO CONCEDITUR CONSTITUTIONIBUS INSTITUTI PARMENSIS A S. FRANCISCO XAVERIO PRO MISSIONIBUS EXTERIS.

Cum religiosum Institutum a S. Francisco Xaverio nuncupatum, cuius princeps domus Parmae in Aemilia exstat, nuper expleto vigesimo quinto a prima eius institutione anno, laetis adoleverit incrementis uberesque iam fructus in gentium conversione retulerit, opportunum visum est ut eiusdem Instituti Constitutionibus, plurium annorum experimento probatis, definitivae confirmationis robur accederet. Quapropter EE. PP. huius S. Congregationis Christiano Nomini Propagando, in plenariis Comitiis habitis die 22 novembris anni 1920, praedictis Constitutionibus in examen adductis, censuerunt easdem cum modificationibus in adnexo exemplari exhibitis, esse definitive adprobandas atque confirmandas.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam SSmus D. N. Benedictus Div. Prov. Papa XV in audientia eiusdem diei, ab infrascripto S. huius Congregationis Secretario relatam, benigne adprobare ratamque habere dignatus est, praesensque ad id Decretum edi iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 6 ianuarii 1921.

G. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

III

DECRETUM

DENOMINATIO NONNULLARUM MISSIONUM IMMUTATUR

Quo in nonnullis Missionibus denominatio magis apte rerum adiunctis congrueret, opportunum visum est ut Vicariatus Apostolicus, qui hactenus dicebatur de *Betafo,* in insula Madagascar, postea denominetur

ab urbe *Antsirabé,* in quam, propter loci amplitudinem et dignitatem, Vicarius Apostolicus suam sedem transtulit; ita pariter Praefectura de *Ghardaia* denominanda posthac visa est de *Ghardaia in Sahara,* atque insuper Praefectura Apostolica de *Cimbebasia Superiori* appellanda exinde sit -de *Gubango in Angola* et consequenter, ea quae hactenus dicebatur *Cimbebasiae Inferioris* Praefectura, posthac simpliciter denominetur de *Cimbebasia.*

Quas nominum modificationes ab Eminentissimis Patribus huius S. Consilii propositas, SSmus D. N. Benedictus Div. Prov. Pp. XV in audientia ab infrascripto Secretario eiusdem S. C. habita die 22 sup. novembris, benigne adprobare dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 10 ianuarii 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. & S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

IV

DECRETUM

R. P. D. THOMAS O'DOHERTY, EPISCOPUS CLONPERTENSIS, NOMINATUR PRAESES PRO HIBERNIA PIAE UNIONIS CLERI A MISSIONIBUS.

Insulae sanctorum, cuius fervens dilatandae inter ethnicos fidei studium, iugi missionariorum suorum frequentia atque actuositate est per saecula manifestatum, nova laus in operibus Missionum certe quidem adveniet quum felicia exordia, quae nunc habentur, Piae Unionis Cleri a Missionibus, suum de quo nunc spem optimam faciunt progressum atque incrementum plene attingent.

Ut igitur quam citissime finem suum eadem Unio in nobilissima Hibernica gente consequatur, optimum visum est absque ulteriori mora eidem quoque, quemadmodum pro aliis ceterorum populorum Unionibus est factum, Praesidem praeficere generalem pro illa regione ut eius cura ibidem Pia Consociatio, iuxta securam spem, quam primum vigeat atque floreat.

Ad id muneris autem eligendum infrascriptus S. C. de Propaganda Fide Cardinalis Praefectus censuit Revmum P. D. Thomam O' Doherty, Episcopum Clonfertensem, quem praeclarae animi dotes prudensque consilium ad id apprime commendant; ipsaque nominatio, per praesens Decretum, vigore facultatum a Summo Pontifice huic S. Consilio concessarum, decernitur atque constituitur. 6

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 18 ianuarii 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

V

DECRETUM

DELEGATI APOSTOLICI IN IAPONIA MUNERA AD VICARIATUS APOSTOLICOS INSULARUM CAROLINEN., MARIANEN, ET MARSHALL EXTENDUNTUR.

Insulae Marianen., Carolinen, et Marshall usque nunc a Delegatione Apostolica Australasiae dependerunt. Verum quo aptius adsistentiae spirituali fidelium et evangelizationi ethnicorum in sic dictis insulis meridionalibus Oceani Pacifici, quae nunc sub ditione Imperii Iaponensis manent, prospiciatur, visum est munera Delegati Apostolici in Iaponia ad Vicariatus Apostolicos insularum Carolinen., Marianen, et Marshall extendere. Itaque Emi Patres huius Sacrae Congregationis Propagandae Fidei, in generalibus comitiis diei 21 februarii proximi elapsi habitis, re mature perpensa atque suadentibus praesentibus necessitatibus, statuendum censuerunt ut eiusdem Delegationis fines anno 1919 constituti etiam ad memoratas Missiones insularum meridionalem Oceani Pacifici, ditioni Imperii Iaponensis subiectarum, extendantur.

Quam quidem Emorum Patrum sententiam, in audientia diei 21 elapsi mensis februarii Sanctissimo D. N. Benedicto Div. Prov. PP. XV a Revmo Dno Sacrae huius Congregationis Secretario relatam, Sanctitas

Sua benigne adprobare ratamque habere dignata est, et praesens in re decretum confici iussit

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 8 martii 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L.HBS.

C. Laurenti, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

Die 18 iunii

S. EPHRAEM SYRI, DIACONI, CONF. ET ECCLESIAE DOCTORIS

Duplex

Omnia de Communi Doctorum, praeter sequentia.

IN I VESPERIS

Ad Magnif. Ant. O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Ephraem, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Ephraem Confessoris tui et Doctoris mira eruditione et praeclaris vitae meritis illustrare voluisti: te supplices exoramus; ut, ipso intercédente, eam adversus erroris et pravitatis insidias perenni tua virtute deféndas. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Ss. Marci et Marcelliani Mm., Ant. Istorum est enim. f. Laetámini in Dómino.

Oratio

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui sanctorum Martyrum tuorum Marci et Marcelliani natalitia colimus; a cunctis malis imminéníîbu.s eorum intercessiónibus liberemur. Per Dominum.

In 1 Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II NOCTURNO

Lectio iv

Ephraem, genere Syrus, Nisibéno patre natus est. Adhuc iuvenis ad sanctum Iacobum episcopum se contulit, a quo baptizatus, brevi ita sanctitate et doctrina profecit, ut in schola Nisibi, Mesopotamiae urbe, fiorente magister fuerit constitutus. Post Iacobi episcopi mortem, Nisibi a Persis capta, Edéssam profectus est: ubi primum in monte inter monachos consédit, deinde, ut plurimos ad se confluentes homines vitáret, vitam duxit eremiticam. Edessénae Ecclesiae diaconus ordinatus, et ob humilitatem sacerdotium recusans, omnium virtutum splendóre enituit, et pietatem et religionem vera sapientiae professione sibi comparare sategit. Spem omnem in solo Deo defixam habens, quaevis humana ac transitòria contémnens, divina ac sempiterna assidue concupiscébat.

pf. Honestum.

^Lectio v

Gaesaréam Cappadóciae, divino ductus spiritu, cum petiisset, ipsum ibi os Ecclesiae Basilium vidit, et uterque mutua consuetudine opportunum in modum usus est. Ad innúmeros errores refelléndos, qui, tunc temporis grassantes, Ecclesiam Dei divexábant, atque ad mysteria Domini Nostri Iesu Christi sedulo illustranda, plurimas edidit lucubratiónes, syro sermone compositas, et fere omnes in linguam graecam versas; atque, teste sancto Hieronymo, ipse ad tantam venit claritudinem, ut, post lectionem Scripturarum, publice in quibusdam ecclesiis eius scripta recitaréntur.

R¿. Amavit.

Lectio vj

Universa illius ópera, tam splèndido doctrinae lumine referta, effecerunt, ut idem Sanctus, adhuc vivens, tamquam Ecclesiae Doctor, magno honore habitus fuerit. Métrica quoque cántica composuit in laudem Beatissimae Virginis Mariae ac Sanctorum: quam ob causam a Syris Spiritus Sancti cíthara mérito fuit appellatus. In mirifica ac pia devotione erga eamdem Virginem Immaculatam primum excélluit. Meritis plenus, Edessae, in Mesopotámia, décimo quarto calendas iulii, decessit sub Vaiente príncipe: eumque, instantibus pluribus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus,

et religiosis familiis, Benedictus Papa decimus quintus, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiae Doctorem declaravit.

RJ\ Iste homo.

IN III NOCTURNO

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum

Lectio vij *Cap.* 5, *13-19*

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo saliétur? Et reliqua.

Homilia sancti Ephraem Syri, Diaconi

Sermo de vita et exercitatione monastica

Praeclarum est bonum inchoare atque perficere, et gratum Deo esse et utilem próximo, ipsique summo ac dulcissimo rectori nostro Christo Iesu placere, qui ait: Vos estis sal terrae, et columna caelorum. Labor afflictiónis tuae, dilectissime, tamquam somnus est; porro laboris requies inenarrábilis atque inaestimabilis. Attènde ergo tibi ipsi sollicite, ne utrumque pariter amittas, dum neutrum plene persequens, praesentem scilicet sempiternamque laetitiam. Stüde potius perfectam virtutem consequi, ornátam atque insignitami omnibus quae diligit Deus. Hanc si assequáris, numquam irritábis Deum, neque proximum tuum violábis.

RJ. Iste est.

Lectio viij

Porro virtus ista, única uniúsque speciei dicitur, variarum virtutum in se ipsa habens pulchritudinem. Diadèma regium absque pretiosis lapídibus candentibúsque margaritis connecti texique non potest; ita et haec única virtus sine variarum fulgóre virtutum constare nequit. Est enim profecto simillima diademati regio. Nam, ut illi, si lapis unus aut margarita defuerit, in regio capite lucere pléniter nequit; ita et haec única virtus, nisi virtutum ceterarum honore conséritur, perfecta virtus non appellatur. Similis item est pretiosissimis epulis, exquisitissimis condiméntis praeparatis, sed sale carentibus. Sicut enim pretiósi illi cibi sine sale comedi nequeunt ; ita et ista virtus uniformis, si variarum virtutum gloria et honore decoretur, absit autem Dei proximique dilectio, vilis prorsus atque contemptibilis est.

BJ. In medio Ecclesiae.

Pro Ss. Marco et Marcelliano Mm.

Lectio ix

Marcus et Marcelliánus, fratres Romani,, propter christianam fidem a Fabiano duce comprehensi, ad stipitem alligati sunt, pedibus clavis oonfixis. Ad quos cum ita loqueretur iudex: Resipiscite, miseri, et vos ipsos ab his cruciátibus erípite, responderunt: Numquam tam iucúnde epuláti sumus, quam haec libenter, iesu Christi causa, perfecimus, in cuius amóre nunc fixi esse ctíépimus. Utinam tamdiu nos haec pati sinat, quamdiu hoc corruptibili corpore vestiti erimus! Qui diem noctémque in tor néntis divinas laudes canéntes, dénique, telis transfíxi, ad martyrii gloriam pervenerunt. Quorum corpora via Ardeatina sepulta sunt.

Te Deum laudamus.

Sicubi autem ix Lectio alicuius officii simplificati non fuerit dicenda, erit sequens

Lectio ix

Adèpti sunt quidam huiusmodi virtutem, ipsamque veluti regium diadèma conseréntes, multum ex ea ornaménti cepérunt. Postmodum vero, vilissimae rei cuiuslibet gratia, virtutem adeo illustrem deduxerunt ad nihilum. Alligata enim est illorum mens terrenarum rerum curis, atque vinculis huiusmodi praepedita virtus caelum intrare non potuit. Vigilanter itaque, cave, dilecte mi, ne, teipsum his nexibus vinciens, inimico ad praedam pateas; neque mirabilem illam clarissimámque virtutem amittas, quam tanto labore quaesiisti, neque illam prohibeas caelestes ingredi ianuas, neque rubore confusam ante thálamum statuas, neque capillo uno humi affigi permittas. Ceterum da illi liberam fiduciam vocemque excélsam, ut exsultans intróeat thálamum, ac sublimi voce sua praemia repetat.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes fit Commemoratio Ss. Marci et Marcelliani: Ant. Vestri caputi capitis, f. Exsultábunt sancti.

Vesperae a Capitulo de sequenti, Commemoratio praecedentis ac Ss. Gervasii et Protasii Mm.

Missa In medio Ecclesiae, *praeter Orationem* Deus, qui Ecclesiam, *ut in Officio.*

DE S. EPHRAEM DIACONO, CONFESSORE ET ECCLESIAE DOCTORE

ELOGIUM MARTYROLOGIO ROMANO INSERENDUM

Die 18 iunii

Edessae, in Mesopotámia, sancti Ephraem, Diaconi Edesséni et Confessoris; qui, post multos labores pro Christi fide susceptos, doctrina et sanctitate conspicuus, sub Valènte imperatóre, quievit in Domino, et a Benedicto Papa décimo quinto Doctor Ecclesiae universalis est declaratus.

URBIS ET ORBIS

Quum nuperrime Litteris Encyclicis *Principi Apostolorum* diei 5 octobris vertentis anni Sanctus Confessor Ephraem, Diaconus Edessenus, Doctor Ecclesiae ab Apostolica Sede declaratus sit, eiusque festum, sub ritu duplici celebrandum, in Kalendario Universalis Ecclesiae die decima octava iunii insertum fuerit; Officium de eodem Sancto Ephraem proprium cum Missa, nec non Elogium Martyrologio Romano inserendum Rmi Dñi Patriarchae Antiochenus Syrorum, Antiochenus Maronitarum et Babylonensis Chaldaeorum supremae sanctioni Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papae XV humiliter subiecerunt. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptum Officium cum Missa de Sancto Ephraem, Confessore atque Ecclesiae Doctore, eiusque Elogium Martyrologio Romano ad diem 18 iunii inserendum, ab eodem Sacro Consilio revisum ac dispositum, suprema Auctoritate Sua approbavit: servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 octobris 1920.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. P. G. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

INSTRUCTIO

PRO SACERDOTE CAECUTIENTE CIRCA MISSARUM CELEBRATIONEM EIDEM EX INDULTO APOSTOLICO CONCESSAM.

1. - PRAENOTANDA.

1. Sacerdos caecutiehs seu tali visivae potentiae debilitate, sive accidentaliter sive habitualiter, laborans, ut legere possit non nisi typos valde crassòs, a Summo Pontifice seu Sacra Rituum Congregatione, nisi Episcopus Apostolica facultate fuerit munitus, dispensationem obtinere potest celebrandi, iuxta normas inferius accuratius exponendas, aut Missam votivam de beata Maria Virgine aut Missam, quam vocant, quotidianam Defunctorum.

2. Conditiones vero in huiusmodi privilegii instrumento appositae, non sunt merae ritualitatis et styli, sed obligatoriae in conscientia.

3. Si in privilegio dicatur: *Dummodo Orator non sit omnino caecus* et interea plane caecus evadat, tunc a celebrando Missam abstinere debet, donec novum indultum impetraverit; eoque obtento, sub gravi tenetur assistentia uti alterius sacerdotis, quamvis forte haec obligatio in indulto non expresse fuerit apposita.

2. - REGULAE CIRCA MISSAM VOTIVAM DE BEATA MARIA VIRGINE.

I. - *Quae Missa votiva de beata Maria Virgine sit dicenda.*

1. Caecutiens dispensatus dicat Missam inter votivas de beata Maria Virgine assignatas *quintam,* quovis anni tempore.

2. Si vero tantae adhuc est potentiae visivae ut legere possit etiam alias quatuor Missas votivas de beata Maria Virgine in Missali caecutientium pro diversitate Temporum exstantes, facultas ei sit easdem celebrare iuxta temporum diversitatem.

II. - *Quando Missa votiva de beata Maria Vitgine sit dicenda.*

1. Missa votiva de beata Maria Virgine dici *potest* quovis anni tempore; dici vero *debet* omnibus et singulis diebus, in quibus non permittantur Missae quotidianae Defunctorum iuxta Calendarium Ecclesiae in

qua Sacerdos caecutiens celebrat; salvis tamen privilegiis ulterioribus circa Missas Defunctorum infra num. 3 expositis.

% Tn triduo sacro Maioris Hebdomadae Sacerdos caecutiens omnino a celebrando abstinebit.

3. In Festo Nativitatis Domini tres dicere potest Missas.

III. - *Quo ritu sit celebranda.*

1. Si Missa votiva de beata Maria Virgine celebretur pro re gravi et publica simul causa, a Sacerdote caecutiente semper dicuntur unica *Oratio, Gloria in excelsis, Credo, Praefatio* in tono solemni, *Ite Missa est,* et ultimum Evangelium S. Joannis *In principio,* etsi a Sacerdotibus non privilegiatis facienda esset illa die commemoratio, vel dicenda Collecta ab Ordinario imperata, vel dicendum in fine Evangelium Officii commemorati, iuxta Rubricas.

2. In omnibus aliis casibus:

a) dicitur *Gloria in excelsis:*

I. - Quandocumque dicendum est in Missa diei currentis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

II. - In iubilaeo propriae ordinationis sacerdotalis;

III. - Infra Octavas, etiam simplices, beatae Mariae Virginis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

IV. - In sabbato.

b) Orationes quod attinet, haec observanda sunt:

I. - Secunda et tertia Oratio non adduntur, quandocumque Orationes de Tempore excluduntur a ritu Missae diei currentis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

II. - Secus tres dicantur Orationes, et quidem secunda de Spiritu Sancto, tertia contra persecutores Ecclesiae vel pro Papa.

c) *Credo* dicitur:

I. - Quandocumque dicendum est in Missa diei occurentis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

II. - In iubilaeo propriae ordinationis sacerdotalis.

d) In Praefatione dicitur *et te in veneratione,* praeterquam in Festis et per Octavas, etiam simplices, beatae Mariae Virg., in quibus Praefatio dicitur perinde ac si Missa de Festo vel de Octava celebraretur.

e) Ultimum Evangelium semper est S. Joannis *In principio.*

f) In Oratoriis privatis, Calendarium proprium Celebrantis tenet locum Calendarii Ecclesiae in qua Missa celebratur; idque etiam circa Missam Defunctorum servabitur.

3. - **RUBRICAE CIRCA MISSAM DEFUNCTORUM.**

1. Loco Missae votivae de beata Maria Virgine Sacerdos caecutiens celebrare potest Missam quotidianam Defunctorum, cum vel sine cantu, ad normam Rubricarum de Missis Defunctorum, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua celebrat.

2. Hanc Missam celebrat etiam (et quidem ter si placuerit) in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, in qua tamen unam tantum Orationem dicet, nempe *Fidelium;* servata (si bis vel ter hac die celebret) Constitutione Benedicti Papae XV *Incruentum Altaris sacrificium,* cuius vigore unam tantummodo Missam cuicumque maluerit applicare et pro ea stipem percipere valeat: alias vero Missas, nulla stipe percepta, pro omnibus fidelibus defunctis et ad mentem Summi Pontificis, prout ceteri Sacerdotes, applicet.

3. Unica Oratio in hac Missa dicitur, quandocumque haec Missa quotidiana locum teneat Missae in qua unica tantum Oratio, iuxta Rubricas, dici debeat. Secus tres saltem Orationes dicantur: prima tamen et secunda Oratio variari poterunt, iuxta peculiarem intentionem et applicationem Missae.

4. Ad Sequentiam *Dies irae* Sacerdos caecutiens numquam tenetur. Attamen si Missam cantet, licet ipse Sequentiam non legat, Chorus eam cantare non omittat.

ROMANA

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV suprascriptam Instructionem ad sacrosanctum Missae sacrificium celebrandum a Sacerdotibus caecutientibus, qui Apostolicum Indultum in casu obtinuerint, ab infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatam, approbavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12 ianuarii 1921.

•g A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

UT

DUBIUM

CIRCA CANTUM « BENEDICTUS QUI VENIT », ETC., IN MISSIS CANTATIS

Exorto dubio, et Sacrorum Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, proposito, circa interpretationem verborum *Gradualis Romani* tit. «de ritibus servandis in cantu Missae », n. VII, ubi legitur: « Fi- « nita Praefatione, chorus prosequitur *Sanctus* », etc., quaeritur: « An « haec verba in Missis cum cantu sint interpretanda ut *Sanctus* canatur « usque ad *Benedictus* inclusive vel exclusive ? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus perpensis respondendum censuit: *«Negative* ad primam par- « tem, *affirmative* ad secundam, iuxta *Caeremoniale Episcoporum,* lib. II, « cap. VIII, 70 et 71 et decreta n. 2682, *Marsorum,* 12 novembris 1831, « ad 31, n. 3827, decretum generale 22 maii 1894 et n. 4243 *Cephaluden.* « 16 decembris 1909 ad VI ». Insuper ad maiorem declarationem et explicationem statuit: quod in novis editionibus *Gradualis Romani,* titulo et numero praedictis nempe : « de ritibus servandis in cantu Mis- « sae », n. 88, ponatur: «Finita Praefatione chorus prosequitur *San- «ctus,* etc., usque ad *Benedictus qui venit,* etc., exclusive; quo finito, « et non prius, elevatur Sacramentum. Tunc silet chorus et cum aliis « adorat. Elevato Sacramento, chorus prosequitur cantum *Benedictus* ». Haec autem Rubrica inviolabiliter observetur, quibuslibet contrariis non obstantibus, in omni Missa cantata tum vivorum, tum defuncto- rum, sive cantus gregorianus, sive cantus alterius cuiusvis generis adhi- beatur.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit. Die 14 ianua- rii 1921.

^ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

URBIS ET ORBIS

DE ADDENDA INVOCATIONE S. IOSEPH LAUDI: « DIO SIA BENEDETTO »

Volvente anno iubilari quinquagesimo a promulgato Decreto pontificio quo, die 8 decembris anno 1870 Deiparae Virginis Mariae Sponsus, eiusque unigeniti Filii Salvatoris nostri nutritius, sanctus Ioseph, peculiaris catholicae Ecclesiae apud Deum patronus constitutus et declaratus fuit, beatissimus Pater Benedictus XV motu proprio: *Bonum sane et salutare* diei 25 iulii anni superioris praecepit et mandavit, ut, intra eundem annum quinquagesimum, in honorem sancti Patriarchae et in memoriam promulgati Decreti, solemnis supplicatio fiat, tempore et modo ab Episcopo, seu Ordinario cuiusque loci, designandis: elargita quoque Indulgentia plenaria, quam Christifideles adstantes sub consuetis conditionibus lucrari valeant. Nunc vero idem Summus Pontifex, plurium Sacrorum Antistitum et Christifidelium votis ac precibus libentissime obsecundans, statuit ac decrevit, ut quod honori Beati Ioseph ex particulari indulto apostolico et probata consuetudine in aliquibus locis viget, ad universam Ecclesiam perpetuo extendatur, scilicet: ut piae Laudi: *Benedictus sit Deus,* etc., vulgo *Dio sia benedetto,* etc., pluribus indulgentiis ditatae, quae, iuxta monitum et exemplum Psalmistae et Ecclesiae: « Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo » *(Psalm. 33,* j), instituta est ad iniurias resarciendas et amovendas divino Nomini sanctisque caelitibus potissimum per blasphemias et turpiloquia inlatas, post laudem Nominis Mariae Virginis et Matris, vulgo *Benedetto il nome di Maria, Vergine e Madre,* addatur laus eius castissimi Sponsi et sanctae Familiae paterna vice praepositi, hisce verbis: « Benedictus sanctus Ioseph eius castissimus Sponsus», vulgo *Benedetto san Giuseppe suo castissimo Sposo.* Quod maxime confert tum ad complementum laudis et invocationis Sanctae Familiae Nazarenae, tum ad validum eiusdem praesidium in quolibet vitae discrimine, potissimum in extremo agone, impetrandum: servatis de cetero servandis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 februarii 1921.

© A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. G. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

V

TAURINEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOSEPHI CAFASSO, SACERDOTIS SAECULARIS, COLLEGII ECCLESIASTICI TAURINENSIS MODERATORIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quavis e medio penitus sublata ambigen di ratione, quae circa iuridicum suborta fuerat totius causae fundamentum; eoque in tuto idcirco posito firmiterque constituto, exstructum super eodem prope inspicere ac demirari licuit aedificium, quod virtutibus conflatum fuerat a venerabili Dei Famulo Iosepho Gafasso exercitis.

Ad hos porro virtutum actus probe dignoscendos eosque aequa Tectaque lance perpendendos, valde interfuit inde capere disserendi exordium, ut compertum in primis illud fieret atque exploratum; quae-* nam nimirum perinsignis ecclesiae Taurinensis fermeque universae Pedemontanae regionis conditio esset tempore, quo praefatus vixit operatusque fuit venerabilis Dei Servus, quemadmodum res ipsa postulare videbatur, cumque de virtutum heroieitate ferendum est iudicium, e proposito docuit huius sacri fori magister, Benedictus XIV, graviter apteque admonens, aestimandam esse virtutis praestantiam, *iuxta statum personae Servi Dei, et iuxta circumstantias, in quibus, dum viveret, fuit constitutus* (lib. III, cap, XXII, num. U).

Iamvero, velamine praesertim inspecto, quo obtegebatur Iansenistarum haeresis, quodque in exquisita situm erat calliditate, fallacisque, ementitae et fucatae pietatis simulatione, sui admirationem profecto non habet, si pestifera illa lues tam longe lateque atrum suum disseminare venenum, eoque infectam diu copioseque colligere potuerit segetem ita nempe, ut, medio quoque superiore saeculo, apud Subalpinos maleficam vim suam pergeret exercere. Quamvis autem in memoratae Taurinensis Ecclesiae annalibus celebre sit nomen Aloisii Mariae Fortunati Guala, cuius quippe opera, ea in urbe principe, ad sacerdotes in sacris disci-

plinis rite instituendos, erectum, fuit Collegium, quod exstat adhuc magnaque sibi promerita existimatione florescit, nobiles tamen eiusdem sacerdotis Guala conatus adversus circum serpentes Rigoristarum, ut vocant, errores ex Iansenistarum placitis, tamquam primigenio ex fonte, manantes, sibique insitum virus in sacramentorum praecipue administrationem exserentes, optatum assequi nequiverunt exitum. Quin immo quoddam veluti incitamentum erroribus ipsis illae admovere visae sunt, quae diversas oppositasque inter scholas coeperant agitari, quaeque, ut satis cognitum perspectumque experiendo est, acres nimis intemperantesque, non mediocri cum veritatis et caritatis detrimento, evaserant controversiae.

Interim novi Collegii inter alumnos, unus, prae cunctis, eminebat tum scientia scientiaeque apparatu, tum virtutum ornamentis; isque venerabilis erat Dei Servus, qui proinde in seipsum rectoris Guala convertit oculos. Quumque hic male affecta uteretur valetudine, optimum factu existimavit eum sufficere sibi sive in theologia morali alumnis tradenda et explananda, sive in publicis habendis collationibus; quumque, aliquot post annos, a mortali hac statione recesserit, ipsi in Collegii pariter regimine successit Dei Famulus. Ita, una cum theologiae moralis magisterio, quod ad obitum usque retinuit, eoque tanto cum sacerdotum auditorum fructu est perfunctus, quantum amplissime testati sunt et testantur quotquot e prudenti sapientique illius ¿disci-
*plina profecti aptos dignosque sese probarunt et probant in vinea Domini operarios, variis etiam multiplicibusque sacri ministerii partibus totum se devovit venerabilis Iosephus eo quidem animo consilioque, ut de Iansenistis, deque cum illis inito foedere sociatis Rigoristis aliisque generis eiusdem, plenam referret victoriam ageretque triumphum. Sanis revera imbutus ut erat doctrinis, quas e sanctorum operibus Francisci Salesii et Alfonsi Mariae de Ligorio sedulo impigroque studio haurire sategerat, eas dum e cathedra docebat et alumnorum suorum aliorumque sacerdotum inserebat alteque figebat mente, eisque e suggestu in sacra praedicatione fidelem erudiebat populum, insimul maximeque in sacra confessionum exedra, tutam sicut normam, adhibebat. Nil propterea mirum, si quo obstinatiores et pervicaciores essent peccatores, eo maiori prolixiorique complecteretur caritate; quodque peculiari est notatione dignum, ipsius sacerdotalis vigilantia et sollicitudo summopere erga illos enituit, qui, ad malefactorum suorum poenam luendam, publicis detinebantur custodiis, et capite damnati erant. Hos namque, divina operante gratia, ad poenitentiam flectebat, quumque sacramenti lavacro et beneficio abstersisset, eorum animis divinae misericordiae

ihiecta .spe, adeo erigebat, jut, ad suppiicium rapti, confertissimae plebi piae admirationi essent.

Hac via et ratione venerabilis Iosephus, solidae sanaeque theologiae principiis enutritus, sancti Francisci Salesii suavitate excultus, sancti Alfonsi Mariae de Ligorio discretione munitus et sancti Ignatii de Loyola zelo animarum armatus et incensus, illud, quo, per cunctos exactos in sacerdotio annos, iugiter constanterque spectavit, sine strepitu et rumore silentibusque aridis inopportunisque scholasticis concertationibus, fauste feliciterque fuit consecutus; ut videlicet ab inferis excitatam Iansenistarum pestem eique vaferrimae sectae addictos Novatores a dilecta patria sua eiusque confinio arceret funditusque everteret, utque proinde illae, quae proscriptae illuc usque fuerant, sanctorum Francisci Salesii et Alfonsi Mariae de Ligorio revirescerent sibique debitum in honorem restituerentur doctrinae. En vitae Servi Dei opus, quod, sui tamquam vocationem, naviter sancteque persecutus quum ille fuerit, quumque omnia et singula, quae huiusce suae vocationis propria erant, officia et munera mira constantia et fidelitate observaverit et custodiverit, apta atque idonea, hoc ipso, suppetunt et in promptu habentur elementa, quibus ipsum venerabilem Dei Servum Iosephum Gafasso heroicae virtutis gradum atque meritum fuisse adeptum solide non minus quam dilucide suadetur et probatur.

Huc itaque deductus quum sit sermo, externo reserato cortice, quae intus inerat, in conspectum se prodit causae dignitas atque praestantia. Egregiam idcirco laudem sibi promeriti fuisse dicendi sunt actores, quippe qui optima in re suum locarunt laborem, cum Servi Dei Iosephi Gafasso beatificationis causam apud Apostolicam Sedem ineundam curarunt, eamque, secundo expeditoque cursu, ad hanc praecipuam, quae de virtutibus est, adduxerunt quaestionem. Haec siquidem in duabus praecedentibus Congregationibus, antepraeparatoria scilicet et praeparatoria, quum esset disceptata, in generali absoluta fuit Congregatione, quae, die decimaquinta huius vertentis mensis, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Caietano Bisleti, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe, et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Iosephi Cafasso, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine suffragia ediderunt, eisque intento laetoque animo exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster, Ut interim precationi

congruum suppeteret tempus, Suam decretoriam sententiam Sibi prorogandam duxit; eamque quum postmodum edicere statuisset, hodiernam elegit diem Dominicam tertiam in Quadragesima. Quapropter, divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Iosephi Cafasso, in gradu heroico, in casu et ad effectum? de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit, tertio calendas martias anno MCMXXI.

)$(A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. * S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIO

25 ianuarii 1921. — Brevi apostolico nominatus est *Delegatus apostolicus Aegypti et Arabiae* Illmus et Rmus D. Andreas Cassulo, episcopus Fabrianensis et Mathelicensis.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

SECTIO DE INDULGENTIIS

I

DECLARATIO ET INDULTUM CIRCA MOREM ADDENDI QUAEDAM VERBA SALUTATIONI ANGELICAE IN RECITATIONE SS.MI ROSARII.

In recitatione Ssmi Rosarii, ad faciliorem mysteriorum meditationem, viget in quibusdam regionibus consuetudo addendi cuilibet salutationi angelicae post vocem « Iesu » brevem enunciationem mysterii meditandi, ita ut dicatur, exempli causa: « Benedictus fructus ventris tui Iesus, qui pro nobis sanguinem sudavit ». Attento autem canone 934 § 2 Codicis Iuris Canonici, iuxta quem Indulgentiae alicui orationi adnexae penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem vel interpolationem ; a quodam oratore privatim quaesitum fuit: « Utrum praedicta consuetudo « servari *et propagari* possit, integris manentibus Indulgentiis Ss. Rosario « adnexis ». Et die 27 iulii anno 1920 haec Sacra Poenitentiaria respondit: *Negative.*

Cum autem huiusmodi responsum a praedicto oratore vulgatum fuisset, nonnulli Ordinarii Helveticae et Germanicae Ditionis exposuerunt, consuetudinem praedictam sic invaluisse in suis dioecesibus inde a remota aetate, ut absque scandalo et perturbatione fidelium submoveri non'possit, atque insuper s. m. Pium IX, anno 1859, pro locis ubi mos iam invaluerat, clementer induisisse ut fideles tali ratione Rosarium recitantes valeant eiusdem Indulgentias lucrari.

Itaque Sacra Poenitentiaria re mature perpensa censuit: 1) declarandum esse, canonem 934 § 2 Codicis Iuris Canonici continere legem generalem, quae indultum pianum nullimode revocat; 2) supplicandum SSmo pro extensione eiusdem indulti, favore omnium qui iuxta praedictum morem in quibuslibet locis SS. Rosarium recitare consueverint.

Facta autem de praemissis relatione SSmo Dno nostro Benedicto div. Prov. Pp. XV ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore, in audientia diei 21 huius mensis, Sanctitas Sua enunciatam declarationem approbavit, et indulti extensionem, uti supra, benigne concedere dignata est.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 22 ianuarii 1921.

O. CARD. GIORGI, *Poenitentiarius Maior.*

L. * S.

F. Borgongini Duca, *Secretarius.*

II

DUBIUM

CIRCA INDULGENTIAS VULGO « APOSTOLICAS »

Utrum canon 924 § 2 Codicis iuris Canonici, iuxta quem « Indulgentiae coronis aliisve rebus adnexae tunc tantum cessant, cum coro« nae aliaeve res prorsus desinant esse vel vendantur», abrogaverit Decretum s. m. Alexandri VII, die 6 februarii anno 1657 editum, a singulis Summis Pontificibus initio pontificatus renovatum, et etiam die 5 septembris anno 1914 a Ssmo D. N. Benedicto div. Prov. Pp. XV confirmatum, quo expresse declaratur Indulgentias vulgo « Apostolicas » coronis aliisve rebus sic adnecti ut ne transeant personam illorum, pro quibus huiusmodi res benedictae fuerint, vel illorum, quibus ab istis prima vice fuerint distributae, atque ne pariter hae res commodari vel precario aliis tradi possint Indulgentias communicandi causa?

Sacra Poenitentiaria Apostolica, re mature perpensa, respondendum Censuit: *Affirmative.*

Hoc autem responsum ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore in audientia diei 4 vertentis februarii eidem Ssmo D. N. relatum, Sanctitas Sua approbavit, confirmavit atque publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 18 februarii, anno 1921.

O. CARD. GIORGI, *Poenitentiarius Maior.*

L. © S. •

F. Borgongini Duca, *Secretarius.*

III

DUBIA

CIRCA INDULGENTIAS FESTIS ADNEXAS QUANDO HAEC TRANSFERUNTUR

Attento canone 922 Codicis Iuris Canonici, proposita fuerunt sequentia dubia: « Cum festum, cui adnexa sit aliqua Indulgentia, legitime qui« dem transfertur, sed ad tempus tantummodo et absque solemnitate ac « externa celebratione, quaeritur: I° utrum Indulgentia cesset vel maneat « diei affixa; et quatenus negative ad 1am partem, utrum 2° maneat et am « cum festum transfertur ob occursum feriae VI in Parasceve? ».

Sacra Poenitentiaria respondit: Circa 1um, *negative ad 1am partem, affirmative ad 2am.* Circa 2um, *affirmative.*

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Benedicto div. Prov. Pp. XV, ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore, in audientia diei 4 huius mensis, Sanctitas Sua enunciata responsa approbavit et publicari iussit.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 18 februarii, anno 1921.

O. CARD. GIORGI, *Poenitentiarius Maior.*

L. © S. '

F. Borgongini Duca, *Secretarius.*

SACKA ROMANA ROTA

1

Causae in Tribunali S. R. Rotae anno 1920 actae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. *N. N.* (sub secreto). - DIFFAMATIONIS ET REFECTIONIS DAMNORUM.

Turnus Botalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Advocati: V. Sacconi, A. D'Alessandri.

Dubium: « An sententia rotalis diei 11 augusti 1917 sit confir« manda vel infirmanda in casu ».

Definitio die 5 ianuarii data: « Confirmandam esse sententiam « rotalem, seu non constare de iniuria, diffamatione vel damno, ita ut « sit locus reparationi et damnorum refectiohi in casu ».

Ii. *N. N.* (sub secreto). - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* A. Sincero, F. Cattani Amadori.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 16 ianuarii data: « Constare de nullitate matri-« monii ».

III. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite clandestinitatis, seu ob licentiae defectum ex parte sacerdotis assistentis ad matrimonium.*

Turnus Rotalis: P. Rossetti, *Ponens,* M. Massimi, I. Grazioli.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 9 iulii 1918 sit confirmanda « vel infirmanda, in casu ».

Definitio die 23 ianuarii data: « Confirmandam esse sententiam « rotalem, seu non constare de nullitate matrimonii ».

IV. TARENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: R. Chimenti, *Ponens,* M. Massimi, I. Grazioli,

Vinculi Defensor substitutus: C. Conte.

Advocatus: Henr. Benvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 28 ianuarii data: « Constare de nullitate matrimonii, « in casu ».

V. PHILADELPHIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defectus consensus ex parte viri, seu de matrimonio contracto coram civili magistratu in foederatis Americae Statibus.*

Turnus Rotalis : F. Cattani Amadori, *Ponens,* M. Massimi, F. Parrillo.

Vinculi Defensor substitutus : C. Conte.

Advocati: V. Sacconi, A. Masella.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 9 februarii data: « Constare de nullitate matrimonii ».

VI. Vic. APOST. UGANDEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis : A. Sincero, *Ponens,* F. Cattani Amadori, P. Rossetti.

Vinculi Defensor substitutus: C. Conte.

Advocatus: Alb. Di Iorio.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die °27 februarii data: « Constare de nullitate matrimonii, « in casu ».

VII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defectus consensus ex parte viri, seu ob consensus simulationem.*

Turnus Rotalis: F. Cattani Amadori, *Ponens,* P. Rossetti, R. Chimienti.

Vinculi Defensor substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Definitio die 13 martii data: « Non constare de nullitate matri« monii ».

VIII. VLADISLAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite clandestinitatis, inspecto sponsorum domicilio vel quasi.*

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* A. Sincero, F. Cattani Amadori.

Vinculi Defensor : Henr. Quattrocolo.

Advocatus: F. Marinelli.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 16 martii data: « Constare de nullitate matrimonii,. « in casu ».

IX. *N. N.* (sub secreto). - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defectus consensus ex parte viri, seu ob consensus simulationem - vel ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis, M. Massimi, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocolo.

Advocatus: A. D'Alessandri.

Dubium: « 1. An constet de nullitate sententiae a Curia Placen« tina latae die 1 iulii a. 1918, in casu ». — « °2. An constet de nulli« tate matrimonii, in casu ».

Definitio die 16 martii data: «1. Ad effectum competentiae « S. R. Rotae, non constare de nullitate sententiae a Curia Piacentina « latae die 1 iulii a. 1918 ». — « % Constare de nullitate matrimonii, « in casu ».

X. Vic. APOST. MONGOLIAE ORIENTALIS. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite impotentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: P. Rossetti, *Ponens,* M. Massimi, F. Solieri.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: A. D'Agata.

Dubium: « 1. An constet de nullitate matrimonii in casu. Et qua« tenus negative ; — 2. An constet de consummatione matrimonii non « sequuta in casu, adeo ut sit consulendum Ssmo pro dispensatione «super matrimonio rato et non consummato».

Definitio die 25 martii data: « Ad primum, providebitur in secundo. « — Ad secundum, constare de matrimonio rato et non consummato ».

XI. *N. N.* (sub secreto). - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis; F. Cattani Amadori, *Ponens,* P. Rossetti, F. Parrillo.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Definitio die 26 martii data: « Constare de nullitate matrimonii ».

XII. NICOPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: S. Many, *Ponens,* I. Prior, A. Sincero.

Vinculi Defensor substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. D'Agata.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Definitio die 4 maii data: « Constare de nullitate matrimonii».

XIII. *N. N.* (sub secreto). - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defectus consensus ex parte mulieris, seu ob conditionem appositam et non purificatam.*

Turnus Rotalis: I. Prior, A. Sincero, *Ponens,* I. Grazioli.

Vinculi Defensor substitutus: C. Conte.

Advocati: C. Astorri, N. Patrizi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 19 maii data: « Non constare de nullitate matrimonii ».

XIV. CADURCBN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defectus consensus ex parte viri, seu ob appositam conditionem et non impletam.*

Turnus Rotalis: R. Chimenti, M. Massimi, I. Grazioli, *Ponens.*

Vinculi Defensor substitutus: C. Conte.

Advocatus: N. Patrizi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Definitio die 7 iun. data: « Constare de nullitate matrimonii, in « casu ».

XV. NIGIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: P. Rossetti, *Ponens,* M. Massimi, F. Solieri.

Vinculi Defensor : Henr. Quattrocolo.

Advocatus: A. D'Alessandri.

Dubium: « An sententia rotalis diei 31 julii 1915 sit confirmanda « velinfirm anda, in casu ».

Definitio die 11 junii data: « Confirmandam esse sententiam rota- « lem, seu non constare de nullitate matrimonii ».

XVI. LONDONEN. - DIFFAMATIONIS ET POENARUM.

Turnus Rotalis: A. Sincero, *Ponens,* F. Cattani Amadori, I. Grazioli.

Promotor iustitiae: R. Vicentini.

Advocati: V. Sacconi, A. D'Alessandri.

Dubium: « 1. An exceptiones incompetentiae legitime reiectae « fuerint a Curia Londonensi, in casu ». — «2. An poenae irrogatae « ab Episcopo, in casu, iniustae sint ». — « 3. An constet de diffama- « tione recurrentium ex parte Episcopi, ita ut sit locus reparationi in « casu ». — « 4. An constet potius de diffamatione Episcopi ex parte « recurrentium, ita ut sit locus reparationi, in casu ». — « 5. An con- « stet de attentatis ob sententiam latam ab Episcopo Londonen. 9 apri- « lis 1915, ita ut sit locus purgationi et refectioni damnorum ». — « 6. An expulsio sacerdotis St. Cyr e paroecia et a dioecesi Londo- « nensi sustineatur in casu ». — « 7. An et quomodo sit providendum « favore sacerdotis St. Cyr, in casu ».

Definitio die 15 iunii data: « Ad 1. affirmative, quoad exceptiones « incompetentiae motas, a sacerdotibus Loiselle, L'Hereux et Langlois; « negative, quoad exceptionem suspicionis oppositam a sacerdote Lan- <c glois ». — « Ad **2.** negative quoad sacerdotem Loiselle; affirmative « quoad modum de poena irrogata in sacerdotem L'Hereux «. — « Ad « 3. negative «. — « Ad 4. negative : et declarationem signatam a qui- « busdam sacerdotibus die 25 martii 1913 et ad Tribunal S. R. Rotae « missam, habendam esse ut deletam ab actis causae Londonen. Dismen- « orationis diei 5 aug. 1914 ». — « Ad 5. negative ». — « Ad 6. affirma- « tive, salvo tamen iure sacerdotis St. Cyr ad honestam substentatio « nem ». — « Ad 7. provisum per decretum turni diei 13 aprii. 1917 ».

XVII. MOLINEN. - IURIUM.

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

Advocati: V. Sacconi, V. Pozzan.

Dubium: « *An* sententia rotalis diei 27 augusti 1917 sit confir- « manda vel infirmanda, in casu ».

Definitio die 17 iunii data: « Infirmandam esse sententiam rota- « lem, iuxta modum qui sequitur: Ad 1. dubium, scilicet: An et quae- « nam iura in ecclesia B. Ioannae ab Arc sacerdoti Bujon competant, « sive uti fundatori, sive uti patrono, sive alio quovis titulo?: - Sacerdoti « Bujon competere in ecclesia S. Ioannae ab Arc, praeter iura hono- « rifica, facultatem functiones non parochiales peragendi, utpote ipsius « ecclesiae Rectori inamovibili ex fundationis lege », — « Ad 2. dubium, « scilicet : An et quaenam damnorum refectio sive ob iura de quibus « in primo dubio denegata, sive ob expensas pro ipsius ecclesiae aedi- « ficatione factas, sacerdoti Bujon competat in casu?: - Attenta sacer- « dotis Bujon renunciatione, responsioni non esse locum ».

XVIII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ob conditionem appositam ex parte mulieris, et non purificatam.*

Turnus Rotalis : F. Cattani Amadori, *Ponens,* P. Rossetti, I. Grazioli.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocati: N. Ferrata, V. Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio àie 19 iunii data: « Constare de nullitate matrimonii »„

XIX. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex cap. vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* A. Sincero, F. Cattani.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium: « An sententia rotalis diei 12 iunii 1919 confirmanda «vel infirmanda sit in casu ».

Definitio die 1 iulii data: « Confirmandam esse sententiam rota- <c lem, seu constare de nullitate matrimonii ».

XX. *N. N.* (sub secreto). - PROPRIETATIS SEU PIAE CAUSAE.

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* F. Parrillo, T, Florczak.

Promotor iustitiae: R. Vicentini.

Advocati: A. D'Alessandri, A. Carabini.

Dubium: « 1. An constet de pia causa in casu ». — « 2. An, quo-
« modo et cui teneatur Ordo *X* restituere bona, quae pro asserta pia
« opera a R. D. *N. N.* habuit, in casu ».

Definitio die 9 iulii data: « 1. Constare de pia opera ».—- « 2. Or-
* dinem teneri ad bona controversa restituenda Ordinario, favore paroe-
« ciae loci *Y*, iuxta modum tamen in extensione sententiae expri-
« mendum ».

XXI. S. ANGELI DE LOMBARDIS. - IURIUM,

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Promotor iustitiae: R. Vicentini.

Advocati: T. Ambrosetti, V. Sacconi.

Dubium: « An sententia rotalis diei 28 februarii 1919 sit confir-
« manda vel infirmanda in casu ».

Definitio die 16 iulii data: « Sententiam Rotalem .esse confir-
« mandam iuxta modum qui sequitur: Ad 1. dubium: An et quae
« repartitio facienda sit summae lib. 27809,80," quam Archipresbyter Novia
« percepit ab Administratione vulgo Fondo del Culto?: - Repartitionem
« controversae summae faciendam esse in omnibus ut in decreto Episcopi
« diei 21 iulii 1912 ». — « Ad 2. dubium: Quomodo erogari et a quo
« administrari debeat annua assignatio ab eadem Administratione in
« posterum solvenda in casu?: - Standum esse eidem decreto Episcopi
« diei 21 iulii 1912: statuentes praeterea expensas omnes iudiciales ab
« actore Archipresbytero Novia esse solvendas ».

XXII. PATAVINA. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite amentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocolo.

Advocatus: T. Ambrosetti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 27 *iulii* data: « Non constare de nullitate matrimonii ».

XXIII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite impotentiae ex parte viri.*

Turnus Rotalis: P, Rossetti, *Ponens,* R. Chimenti, M. Massimi.

Vinculi Defensor substitutus : C. Conte.

Advocatus : H. Benvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 29 iulii data: « Constare de nullitate matrimonii ».

XXIV. *N. N.* (sub secreto). - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens, F.* Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An sententia rotalis diei 26 martii 1920 sit confirmanda « vel infirmanda, in casu ».

Definitio die 19 augusti data: « Sententiam Rotalem esse confir« mandam, seu constare de nullitate matrimonii ».

XXV. PARISIEN. - DISPENSATIONIS MATRIMONII.

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

Vinculi Defensor substitutus: C Conte.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium : « An consilium sit praestandum Sanctissimo pro dispen« satione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Definitio die 17 augusti data: « Consilium esse praestandum San? « ctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».

XXVI. BONONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte viri.*

Turnus Rotalis: A. Sincero, *Ponens,* F. Cattani Amadori, P. Rossetti.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium} « 1. An constet de nullitate matrimonii, in casu». Et quatenus negative: « 2. An consilium sit praestandum Ssmo pro dispen« satione super matrimonio rato et non consummato ».

Definitio die 17 augusti data: « 1. Providebitur in secundo ». — « 2. Consilium esse praestandum Ssmo pro dispensatione super matri« monio rato et non consummato ».

XXVII. HIEROSOLYMITANA. - NULLITATIS MATRIMONII; *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* F. Cattani Amadori, P. Rossetti.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocoio.

Advocatus: Henr. ßenvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 27 octobris data: « Constare de nullitate matrimonii ».

XXVIII. VIC. APOST, DE FIANARANTSOA. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et; metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Prior, *Ponens,* I. Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensor: Henr. Quattrocolo.

Advocatus: N. Patrizi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 16 novembris data : « Constare de nullitate matri- « monii ».

XXIX. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: F. Cattani Amadori, *Ponens,* P. Rossetti, R. Chimenti.

Vinculi Defensor substitutus: C. Conte.

Advocati: N. Ferrata, V. Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Definitio die 15 decembris data: « Constare de nullitate matri- « monii ».

II

Causae quae, eodem anno 1920, transactae fuerunt vel peremptae, vel quae, absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis finem habuerunt.

1. MASSILIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris,* coram R. P. D. ROSSETTI.

Cum in turno rotali diei 8 februarii 1915 responsum fuisset: *Dilata et compleantur acta,* cumque Revma Curia Massilien, rogatoriis litteris responsum numquam dedisset, d. Ponens die 5 maii mandavit, causam reponi in Archivio S. Tribunalis.

2. NANNETEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite clandestinitatis relate ad sponsorum domicilium vel quasi,* coram R. P. D. PRIOR.

Attenta procuratoris actoris declaratione appellationem non prosequendi, die 15 iunii d. Ponens mandavit, causae positionem in Archivio Sacri Tribunalis esse servandam.

3. LUGANA. - CONFRATERNITATIS, coram R. P. D. CATTANI.

Cum actores a mense iulio 1917 (quo. eisdem beneficium gratuiti patrocinii denegatum fuit) nullum actum processualem posuerint, die 17 iunii d. Ponens mandavit, causae positionem servandam in Archivo Sacri Tribunalis.

4. FIRMANA. - IURIS CANENDI MISSAS ADVENTICIAS, coram R. P. D. CATTANI.

Attenta appellantis renunciatione, causa finem habuit per decretum d. Ponentis diei 9 iulii.

5. MEXICANA. - SOLUTIONIS, coram R. P. D. MASSIMI.

Cum appellans contra Sententiam Curiae Mexicanae diei 9 decembris 1918 nullum actum processualem posuerit, atque inutiliter elabi siverit fatale bimestre tempus a d. Ponente statutum, appellationem esse desertam atque oppugnatam sententiam in rem iudicatam transiisse, declaratum fuit die 26 novembris.

6. BAIONEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite clandestinitatis relate ad sponsorum domicilium vel quasi,* coram R. P. D. MANY.

Attenta procuratoris actoris declaratione causam non prosequendi, positio reposita fuit in Archivio die 4 decembris.

7. Vic. APOST, DE HUPE ORIENT. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite raptus,* coram R. P. D. MASSIMI.

Die 12 decembris causa finem habuit ob mortem coniugis.

8. TERGESTINA. - PROVENTUS ET EMOLUMENTORUM, coram R. P. D. MASSIMI.

Instantiam esse peremptam, atque impugnatam sententiam Tribunalis Metropolitani Goritiensis, die 21 maii 1912 latam, exsequutioni esse mandandam, declaratum fuit die 13 decembris.

9. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defectus consensus ex parte viri,* coram R. P. D. PARRILLO.

Attenta actricis renunciatione, causa.finem habuit die 16 decembris

En Cancellaria, 15 ian. 1921.

L. & S.

T. Tani, *Notarius.*

II

Citatio edictalis

VICARIATUS APOSTOLICI AEGYPTI

NULLITATIS MATRIMONII (MUSARELLI-DE VANNES)

Cum ex actis processus in Vicariatu Apostolico Aegypti peracti, constet Dñam Mariam Aloisiam De Vannes, hac in causa conventam, reperiri non posse, per praesens Edictum eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Palazzo Dataria, via della Dataria, n. 94) coram Nobis, die 20 mensis maii 1921, hora undecima, ad Dubium concordandum vel infrascriptum subscribendum et ad diem destinandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

Instante Rmo Promotore Iustitiae S. R. Rotae.

DUBIUM.

An constet de nullitate matrimonii in casu?

Ordinarii locorum, Parochi, Sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco praefatae Dominae curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.

Datum Romae, die 14 februarii 1921.

Ioannes Prior, *Ponens.*

E. © S.

Ex Cancellaria, die 19 februarii 1921.

T. Tani, *Notarius S. B. Rotae.*

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par edit.

VICARIATUS APOSTOLICI AEGYPTI

NULLITATIS MATRIMONII (MUSARELLI-DE VANNES)

Puisqu'il conste des actes du Procès qui a été fait dans le Vicariat Apostolique d'Egypte, que Madame Marie Louise De Vannes, défenderesse en cette cause, ne peut être trouvée, sur l'instance du Promoteur de Justice de la S. Rote Romaine, Nous citons, par le présent édit, la même défenderesse à comparaître par propre personne ou par un Procureur légitimement constitué, devant Nous au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94) le 20 mai 1921, à 11 heures du matin, pour souscrire le Doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote.

DOUTE.

Conste-til de la nullité du mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres et les fidèles, ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence de la dite défenderesse, doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Donné à Rome, le 14 février 1918;

Jean Prior, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria, die 19 februarii 1921.

T. Tani, *Notarius S. R. Rotae.*

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
ID CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA
SOLUTA IN PLENARIIS COMITIIS EMORUM PATRUM

I

In quibusdam Institutis votorum simplicium vota emittuntur sub hac vel simili conditione apposita: « Donec in Congregatione vivam », ita ut alumnus, sive sponte discedat sive a Superioribus dimittatur, ipso facto a votis liber evadat. Hinc quaeritur:

I° In hisce Institutis debetne tali professioni praemitti triennium votorum temporaneorum, ad normam can. 574?

2° In dimissione alumnorum, qui similem professionem emiserunt, debentne servari cann. 647-648 de dimissione religiosorum qui vota temporanea emiserunt, vel can. 649 et sequentes de dimissione eorum, qui vota perpetua emiserunt?

Resp.: Ad l^um. Negative.

Ad **2um.** Pro iis qui vota iam emiserunt sub hac conditione, serventur canones 646, 647 et 648.

II

In can. 681 praescribitur ut in dimissione alumnorum Societatum sine votis serventur canones 646-672, qui de dimissione religiosorum agunt. Cum vero hi canones diversa praescribant, pro diversitate casuum votorum temporaneorum aut perpetuorum, quaeritur ad quemnam casum referri debeat praescriptio praedicti can. 681, cum in eo agatur de alumnis qui nulla vota emittunt?

Resp.: Si vinculum quo adstringuntur sodales Societatis sine votis est temporale, serventur canones qui agunt de dimissione religiosorum qui vota temporaria emiserunt; si sit perpetuum, serventur canones de dimissione religiosorum qui vota perpetua nuncuparunt.

III

Cum in Constitutionibus quarumdam Congregationum Religiosarum iuris pontificii in formula professionis nulla fiat mentio Antistitae, sed tantummodo Episcopi vel eius delegati, quaeritur:

I° An Episcopus vel eius delegatus in casu habendus sit legitimus Superior secundum Constitutiones ad professionem recipiendam, de quo in can. 572, § 1, n. 6.

2° An lege clausurae papalis, de qua in cann. 597-600, comprehendantur etiam moniales, quarum vota, quamvis ex Instituto deberent esse sollemnia, tamen in aliquibus locis, ex praescripto Sedis Apostolicae sunt simplicia.

Resp.: Ad l^{um}. Affirmative, tamquam habens legitimum mandatum.

Ad 2um. Negative, ratione indulti apostolici adhuc in vigore manentis.

IV

Utrum ad normam can. 1045, § 1, clausula « quoties impedimentum « detegatur cum iam omnia sunt parata ad nuptias », intelligi debeat strictu sensu, scilicet quod impedimentum antea omnino ignotum fuerit et tunc resciatur, an potius eo sensu quod, quamvis antea cognitum, tunc solum tamen ad notitiam Parochi aut Ordinarii sit delatum.

Resp.: Negative ad l^{am} partem, affirmative ad 2^{am}.

Romae, 1 martii 1921.

PETRUS CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Aloisius Sincero, *Secretarius,*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 15 febbraio 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Giuseppe Cafasso, prete secolare, Rettore del Collegio ecclesiastico di Torino.

Martedì 8 marzo 1921, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Antonio Vico, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Anna Maddalena Remuzat, monaca professa dell'Ordine della Visitazione, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla medesima Ven. Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre "si è degnato di nominare:

10 febbraio 1921. L'Emo sig. Card. Vittorio Amedeo Ranuzzi de Bianchi, *Protettore del Monastero delle Agostiniane in Santa Prisca.*

» » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore delVIstituto delle Sorelle Terziarie Francescane, di Buenos Aires.*

17 » » L'Emo sig. Card. Lodovico Billot, *Protettore dell'Istituto della Sacra Famiglia, di Villefranche de Rouergue, nella diocesi di Rodez.*

25 » » L'Emo sig. Card. Michele Lega, *Protettore delle Monache Benedettine Adoratrici del SSmo Sacramento.*

27 » » Gli Emi sigg. Card. Andrea Frühwirth e Donato Sbarretti, *Membri della Commissione Cardinalizia per la Opera della Preservazione della Fede, in Roma.*

8 marzo 1921. L'Emo sig. Card. Antonio Vico, *Protettore della Congregazione delle Figlie di S. Giuseppe di Gerona (Spagna).* .

» » ^ » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Religiose Zitine di Lucca.*

» » » Mons. Francesco Moretti, Arcivescovo titolare di Laodicea di Teodoriade, *Uditore Generale della Reverenda Camera Apostolica.*

10 » » 1 Revmi Padri Giacinto Leca, dei Predicatori, e Luigi di S. Francesco di Paola, dei Passionisti, *Consultori della Sacra Congregazione dei Riti.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, in data del 24 febbraio 1921, il Santo Padre si è degnato di destinare i seguenti 111 mi e Revmi Monsignori a portare, in qualità di *Ablegati Apostolici,* la berretta cardinalizia ai seguenti Prelati, residenti all' estero, insigniti della Sacra Porpora nel Concistoro segreto del 7 marzo 1921 :

Monsignor Francesco Vagni, Uditore della Nunziatura Apostolica di Spagna, all'IUmo e Revmo Monsignor Francesco Ragonesi, Nunzio Apostolico in Spagna;

Monsignor Giuseppe Pizzardo, Sotto-Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari, all'IUmo e Revmo Monsignor Giovanni Benlloch y Vivó, Arcivescovo di Burgos;

Monsignor Luigi Capotosti, Segretario della Elemosineria Apostolica, all'IUmo e Revmo Monsignor Francesco d'Assisi Vidal y Barraquer, Arcivescovo di Tarragona.

Parimenti, con Biglietti della Segreteria di Stato, la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di destinare le seguenti Sue Guardie Nobili a recare, in qualità di *Corrieri di Gabinetto,* l'annunzio della elevazione alla Sacra Porpora ed a porgere lo Zucchetto Cardinalizio ai sotto nominati Prelati, residenti all'estero, insigniti della Sacra Porpora nel Concistoro segreto del 7 marzo 1921:

il signor conte Carlo Pocci, all'IUmo e Revmo Monsignor Francesco Ragonesi, Nunzio Apostolico in Spagna;

il signor conte Guglielmo Aluffi Pentini, all'IUmo e Revmo Monsignor Giovanni Benlloch y Vivó, Arcivescovo di Burgos;

il signor conte Giuseppe Salimei, all'Ululo e Revmo Monsignor Francesco d'Assisi Vidal y Barraquer, Arcivéscovo di Tarragona.

SS. CONGREGAZIONI ASSEGNATE AGLI EMI CARDINALI

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di assegnare ai nuovi Emi e Rmi signori Cardinali, che nel Concistoro pubblico del 10 corrente hanno ricevuto il cappello cardinalizio, le seguenti Sacre Congregazioni:

All'Emo sig. cardinale Michele de Faulhaber, le Sacre Congregazioni: dei *Sacramenti,* del *Concilio,* dei *Riti* e dei *Seminari e delle Università degli studi.*

All' Emo sig. cardinale Dionisio Dougherty. le Sacre Congregazioni : dei *Sacramenti,* di *Propaganda Fide,* dei *Riti* e *per la Chiesa Orientale..*

All'Emo sig. cardinale Carlo Giuseppe Schulte, le Sacre Congregazioni: dei *Religiosi,* di *Propaganda Fide,* del *Cerimoniale* e dei *Seminari e delle Università degli Studi.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

18 dicembre 1920. Mons. Valerio Traiano Frentiû, vescovo greco-rumeno di Lugos.
25 gennaio 1921. Mons. Luigi M. Marelli, vescovo di Bergamo.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

14 febbraio 1921. Mons. Giacomo Pompen, della diocesi di Bois-le-Duc.
16 » » Mons. Giuseppe Blandamura, dell'archidiocesi di Taranto,
-22 » » Mons. Daniele 0' Brien, della diocesi di Galloway.
1 marzo » Mons. Leonida Feodorow, esarca dei cattolici di rito slavo in Russia.

Prelati Domestici di S. S.:

14 agosto 1920. Mons. Tommaso Flannery, della diocesi di Grand-Rapids.
22 novembre » Mons. Riccardo Barry-Doyle, della diocesi di Ferns.
15 gennaio 1921. Mons. Cesare Rossi, di Roma.
20 » » Mons. Giuseppe Memngian, vicario patriarcale per gli Ar* meni a Gerusalemme.
25 » » Mons. Giacomo Magee, della diocesi di Syracuse.
26 » » Mons. Carlo Drevel, della diocesi di Bressanone.
29 » » Mons. Emiliano Schopfer, della medesima diocesi.
1 febbraio » Mons. Giuseppe Maria Giovanni Wack, della diocesi di Sant'Antonio nel Texas.

14 febbraio 1921. Mons. Riccardo Lee, della diocesi di Porto Luigi.
15 » » Mons. Gaetano Pavone, della diocesi di Capaccio Vallo.
16 » » Mons. Antonio Bartoloni, dell'archidiocesi di Trani.
Ì8 » » Mons. Giuseppe Macrì, della diocesi di Gerace.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Croce dell' Ordine Supremo del Cristo :

15 febbraio 1921. A S. A. R. il principe Felice de Bourbon-Luxembourg.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 febbraio 1921. Al sig. cav. Michele Giuseppe Atleta, dell'archidiocesi di Torino.
25 » » Al sig. Adolfo Badetti, console del Belgio in AdrianopolL
26 » » Al sig. Antonio Alberto Hunink, dell'archidioc. di Utrecht.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

31 gennaio 1921. Al sig. tenente colonnello Adamo Aerts, dell'archidiocesi di Malines.

Il Cavalierato dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 novembre 1920. Al sig. Giovanni F. 0' Neill, della diocesi di Newark.
Ï5 gennaio 1921. Al sig. Lorenzo Higgins, dell'archidiocesi di Armagh.
21 » » Al sig. Giacomo Archi, della diocesi di Faenza.
» » » Al sig. Romolo Archi, della medesima diocesi.
22 » » Al sig. Giovanni Bragiotti, dell'archidiocesi di Smirne.
» » » Al sig. Francesco Solari, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Edoardo de Andria, della medesima archidiocesi.
26 » » Al sig. Alberto Schiemer, della diocesi di Bressanone.
» » » Al sig. Giuseppe Eisenegger, della medesima diocesi.
28 » » Al sig. conte Luigi M. Florian Gouvon de Beaufort, della diocesi di Quimper.
29 » » Al sig. Elzearo Miville-Dechêne, dell'archidioc. di Québec.
12 febbraio » Al sig. Luigi Leman, della diocesi di Tournay.
15 » » Al sig. Giuseppe Herzen, di Roma.
19 » » Al sig. Federico Caesar, della diocesi di Harlem.
23 » » Al sig. dott. Francesco Devay, dell'archidiocesi di Lione.
25 » * Al sig. Gustavo Couteaux, di Costantinopoli.

La Placea dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

1 marzo 1921. Al sig. conte comm. Francesco Vitali, dell'archidiocesi di Fermo.-
4 » » Al sig. comm. Ernesto Kappenberg, dell'archidiocesi di Colonia.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 gennaio 1921. Al sig. cav. Francesco Laurini, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 gennaio 1921. Al sig. Egisto Pellegrini, della diocesi di Livorno.
25 febbraio » Al sig. Ferdinando Salem, di Costantinopoli.
26 » » Al sig. Nicola De Meis, della diocesi di Ferentino.
2 marzo » Al sig. Lorenzo Marini, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

4 agosto 1920. Mons. Antonio Bezerra, della diocesi di Piauby.
» » » Mons. Aristeo Do Rego Barros, della medesima diocesi.
» » » Mons. Cicerone Portella Nunes, della medesima diocesi.
» » » Mons. Fernando Lopes e Silva, della medesima diocesi.
» » » Mons. Costantino Boson e Lima, della medesima diocesi.
18 gennaio 1921. Mons. Francesco Cocola, della diocesi di Bisceglie.
20 » » Mons. Luigi Santi, dell'archidiocesi di Modena.
28 » » Mons. Enrico E verts, della diocesi di Rure monda.
» » » Mons. Enrico Joosten, della medesima diocesi.
29 » » Mons. Vincenzo López Garcia, della diocesi di Malaga.
» » » Mons. Callisto Cesano, della diocesi di Pinerolo.
21 febbraio 1921. Mons. Luigi Di Francesco, della diocesi di Penne ed Atr .
» » » Mons. Luigi Concha, dell'archidiocesi di Bogotá.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

22 febbraio 1921. Il sig. Cristoforo de Paus, del Vicariato Apost, di Norvegia.
» » » Il sig. Giacomo Leser, della diocesi di Ratisbona.

Camerieri d'onore m abito paonazzo di S, S.:

22 febbraio 1921. Mons. Giuseppe Suria, dell'archidiocesi di Torino.
»• » » Mons. Giuseppe Rambèlli, della diocesi di Forlì.
24 » » Mons. Giulio Mancini, di Roma.
» » » Mons. Giovanni Antonelli, di Roma.
» » » Mons. Girolamo Robba, della diocesi di Gasale Monferrato

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

22 febbraio 1921. Il sig. Enrico Haas Spithöver, di Roma.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

4 febbraio 1921. Mons. Emilio Boscarolli, della diocesi di Bressanone.

NECROLOGIO

gennaio 1921. Mons. Federico Enrico Oury, arcivescovo titolare di Tolemaide d'Egitto.
febbraio » Mons. Giovanni P. Farelly, vescovo di Cleveland (Stati Uniti d'America).
» » Mons. Guglielmo Ambrogio Jones, vescovo di Porto-Rico.
18 » » Mons. Sabatino Giani, vescovo di Livorno.
22 » » Mons. Giuseppe Doubrava, vescovo di Königgrätz.
6 marzo » Mons. Domenico Marinangeli, patriarca latino di Alessandria.

Annus **XIII** - Vol. **XIII** **4** Aprilis **1921** Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERIGITUR DELEGATIO APOSTOLICA IN ALBANIA

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae conducant, ea ut sollicito studio praestemus, Nos admonet supremi apostolatus officium, quo in terris, nullis quidem meritis Nostris, divinitus fungimur. Hoc ducti consilio, ut Albaniae dioecesibus earumdemque Praesulibus, tot ac tantis difficultatibus atque aerumnis probatis, auxilium efficax tutumque regimen provideremus, Delegationem Apostolicam eadem in regione instituendam censuimus. Quare, omnibus rei momentis attente perpensis cum VV. Ff. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, Delegationem Apostolicam in Albania erigimus. Volumus ut haec Delegatio singulas Albaniae dioeceses attingat, eiusdemque Delegationis sedem in Urbe Scodrensi constituimus. Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irri-

tumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XII novembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE ONTARIO SEPTEMTRIONALI

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Incumbentis Nobis pastoralis officii cura Nos admonet, ut, cunctorum christifidelium profectui diligenter intenti, illis opportuna praesidia, adiuvante Domino, providere studeamus, atque in primis ea quae prospero ac felici illorum regimini prospiciant, paterno consilio praestemus. Iamvero quum in Praefectura Apostolica de Ontario Septemtrionali ad hunc usque diem tam notabile evenerit rei catholicae incrementum, ut ecclesiarum numerus ac stationum, nec non evangelicorum operariorum et christifidelium copia in illis regionibus longinquis maior facta sit: plurimamque expedire noverimus ad-magis magisque catholicam religionem ibidem stabiliendam, ut Apostolicus Vicarius episcopali charactere insignitus earum regimini praesit; Nos, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus, negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositis, de novo erigendo Vicariatu decernere in Domino existimavimus. Nimirum Motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, actualem Praefecturam Apostolicam de Ontario Septemtrionali in Apostolicum Vicariatum erigimus, iis quidem finibus constitutum, quibus ipsa Praefectura Apostolica ad hunc diem constabat. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, suffragari nunc et in posterum; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter .vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus

constitutionibus et ordinationibus apostolicis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXVII novembris MGMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

ECCLESIA BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MERCEDE SUB TITULO « LIBERATRICE A TERRAEMOTU » IN CIVITATE QUITENSI ERIGITUR IN BASILICAM MINOREM.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius Constantius Vallejo, Procurator Generalis Ordinis beatae Mariae Virginis de Mercede, tum suo tum Magistri Generalis ac Superioris Provincialis Quitensis, nec non aliorum eiusdem Ordinis sodalium nomine, supplicibus votis Nos deprecatus est, ut ecclesiam in honorem beatae Mariae Virginis de Mercede sub titulo « Liberatricis a terraemotu », Deo dicatam in civitate Quitensi, Basilicae Minoris titulo condecorare dignaremur. Nos autem, probe noscentes hanc sacram aedem, antiquum itemque splendidum artis ac religionis monumentum, tam divini cultus splendore; quam fidelium pietate ac frequentia enitere, votis etiam annuentes purpurati S. R. E. Principis, Ordinis de Mercede Protectoris, optatis hisce annuendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, audito S. R. E. Cardinali Ss. Rituum Congregationi Praefecto, ecclesiam beatae Mariae Virginis de Mercede sub invocatione « Liberatricis a terraemotu », in civitate Quitensi exsistentem, apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehimus, cum honorificentiis ac privilegiis omnibus et singulis, quae Minoribus almae huius Urbis Basilicis competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum èsse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die II decembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

iv

ECCLESIA SS.MI CORDIS IESU IN CIVITATE ADAMANTINA TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis frater Ioachim Silverius de Sousa, archiepiscopus Adamantinus, sua et cleri populique sibi submissi vota exprimens, instanter Nos rogavit, ut sacram aedem in civitate archiepiscopali sitam et pluribus abhinc annis Sacratissimo dicatam Cordi iesu, cuius pulcherrima effigies super altari principe religiosissime colitur, Basilicae Minoris titulo cohonestare dignaremur. Nos autem, cum compertum habeamus ipsam ecclesiam, sollemni ritu in Brasiliana regione consecratam, molis amplitudine et artis operibus excellere, non minus quam divini cultus sacrarumque functionum splendore; simul animo repetentes ipsum templum curis, studio ac ministerio sollerti Sacerdotum Missionis esse concreditum, ibique canonice erectam exstare piam Consociationem cui titulus ab « Honorifica custodia Ssmi Cordis Iesu», quam rec. me. Praedecessor Noster Leo PP.XIII, per Apostolicas Litteras anno MDCCCXCIV Piscatoris annulo obsignatas ad archisodalitatis gradum provexit, idcirco optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae, cum ita sint, audito Purpurato S. R. E. Principe Ss. Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam Ssmi Cordis Iesu in civitate Adamantina titulo ac dignitate Basilicae Minoris condecoramus, cum omnibus honorificentiis et privilegiis, quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die x decembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

SANCTUARIUM BEATAE MARIAE VIRGINIS VULGO « DEL PILASTRELLO » IN ABBATIAM ORDINIS OLIVETANI ERIGITUR ET PRIMUS ABBAS IN PERSONA R. D. CAELESTINI MARIAE COLOMBO NOMINATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum ex parte Monachorum Congregationis beatae Mariae Virginis de Monte Oliveto, Ordinis sancti Benedicti, qui sanctuarium beatae Mariae Virginis loci *Lendinara,* in dioecesi Adriensi, pluribus a saeculis studio indefesso incolunt, preces enixae Nobis oblatae fuerint, ut sanctuarium praedictum cum contiguo coenobio ad abbatiae dignitatem provehere dignemur; hasque preces cumulet atque ornet amplissimum suffragium tum Purpurati S. R. E. Principis Caietani De Lai, dicti sanctuarii Protectoris, tum venerabilis fratris Anselmi Rizzi, hodierni episcopi Adriensis, Nos votis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Haud enim ignoramus sanctuarium, per similes Apostolicas Litteras die xv mensis februarii MCMXI Piscatoris annulo obsignatas, fuisse a Decessore Nostro Pio PP. X Basilicae Minoris titulo ac privilegiis decoratum, ibique asservari, miraculis inclytam, statuam beatae Mariae Virginis Infantem divinum ulnis foventis « a pila parva » appellatam, quam gratiarum omnium apud Deum sequestram experti, antiqua Lendinarae cives religione venerantur. Collatis itaque consiliis cum dilecto filio Nostro Theodoro S. R. E. cardinali Valfrè di Bonzo, Congregationi de Religiosis Praefecto, ac matura praehabita deliberatione, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, sanctuarium beatae Mariae Virginis loci *Lendinara,* in dioecesi Adriensi, cum contiguo coenobio, Monachorum Congregationis beatae Mariae Virginis de Monte Oliveto, Ordinis sancti Benedicti, ad abbatiae dignitatem evehimus. Reservata autem, pro hac vice, Sanctae huic Sedi primi abbatis nominatione, inspectisque peculiaribus animi ingeniique ornamentis, quibus enitet dilectus filius Caelestinus Maria Colombo, eiusdem sanctuarii rector et coenobii prior, iam pluribus et quidem gravibus ecclesiasticis muneribus nitide et summa cum laude perfunctus, eumdem apostolica pariter Nostra auctoritate, praesentium tenore, novae huius abbatiae beatae Mariae Virginis loci *Lendinara,* in dioecesi Adriensi, primum abbatem eligimus, facimus atque renuntiamus, qui monasticae familiae praesit, cum iuribus, honoribus ac privilegiis

quibus abbates Congregationis fruuntur, in omnibus ad formam Constitutionum enunciatae Congregationis de Monte Uliveto, Ordinis sancti Benedicti. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus ordinationibus et constitutionibus apostolicis, nec non constitutionibus Ordinis seu Congregationis de Monte Oliveto, ceterisque omnibus, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XV decembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VI

ECCLESIA NATIVITATIS BEATAE MARIAE VIRGINIS IN CIVITATE -SENGLEA, INSULAE MELITENSIS, IN BASILICAM MINOREM ERIGITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad perennandam memoriam gloriosae victoriae contra exercitum Turcarum, anno MDLXV latae, et in gratiarum actionem ob civitatem ab extremo discrimine servatam, in urbe vulgo *Senglea* appellata, Melitensis insulae, in honorem beatae Mariae Virginis Nativitatis erecta sacra aedes est, « a Victoria » dicta, quam rec. me. Pius PP. VI, Antecessor Noster, Conlegiatae insignis titulo ac dignitate donavit. Nunc autem cum Capitulum una cum clero eiusdem ecclesiae, auspicata occasione coronationis sacri simulacri Mariae Infantis, ut aiunt, « Maria Bambina », quod religiosissime ipso in templo colitur, fervida quoque vota depromens Comitatus ad huiusmodi festivitatem devota cum pompa et sollemnitate celebrandam electi, Nos suppliciter exoraverit, ut sacrum ipsum templum, vetustate, pulchritudine et amplitudine praestans divinoque cultu et sacris functionibus percelebre, ad titulum Basilicae Minoris evehere dignaremur; Nos, animo repetentes inclytus ecclesiae eiusdem memorias, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito vene-

rabili fratri Nostro S. R. E. cardinali Vico, Ss. Rituum Congregationi Praefecto, attentis expositis et conditionibus exsistentibus ad supradictum privilegium impetrandum requisitis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, enunciatam ecclesiam Conlegiatam et Curialem Deo dicatam in honorem Nativitatis beatae Mariae Virginis, dioecesis Melitensis, titulo ac dignitate Basilicae Minoris condecoramus, illique indulgemus privilegia omnia et singula, quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die III ianuarii MGMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VII

ECCLESIA SANCTI IGNATII LOJOLAEI IN OPPIDO AZPEITIA, IN HISPANIA, TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. - Constat apprime inter potiora Hispaniae sanctuaria merito accenseri posse magnificum templum divo Ignatio dicatum, quod prope oppidum *Azpeitia* appellatum, eo in loco exstat, ubi idem sanctus, Societatis Iesu fundator, natus est et, redux a bello, saucius, divina gratia perculsus, militiae hominum valedixit ut se totum Christi militiae manciparet. Hoc enim templum, molis amplitudine et mirificis artis operibus ac pretioso marmore insigne, opima et quidem praedivite supellectili abundat, sacrarum functionum splendore renidet et sacerdotum divino cultui addictorum, nec non peregre advenientium fidelium frequentia maxime excellit. Adiacet templo amplissimum Clericorum Regularium Societatis Iesu conlegium, Hispanorum regum munificentia conditum, ubi Castellanae regularis Provinciae tyrones in sortem Domini instituuntur. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Igna-

tius Maria Ibero, eiusdem conlegii LoiOlaei rector, sua suaeque familiae, Provinciae et Societatis Iesu universae fervida vota expromens, enixis precibus flagitaverit, ut enunciatum sancti Ignatii templum .Basilicae Maioris titulo condecorare dignaremur, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratri Nostro S. R. E. cardinali Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, Ss. Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, templum Deo consecratum in honorem sancti Ignatii, Societatis Iesu institutoris, prope oppidum *Azpeitia* in Hispania exsistens, ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehimus, cum omnibus privilegiis atque honorificentiis quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquid secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXV ianuarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VIII

ECCLESIA PAROCHIALIS SS.MI CORDIS IESU AD CASTRUM PRAETORIUM IN URBE TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DECORATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. - Pia Societas sancti Francisci Salesii, a venerabili Servo Dei Ioanne Bosco iam Augustae Taurinorum condita atque hodie per dissitas quoque orbis regiones diffusa, omnibus plane cognitum est quanta sibi merita comparaverit non modo incumbendo actuose sollerterque in puerorum, orbitate laborantium, religiosam honestamque institutionem, verum etiam in rei catholicae profectum tum apud christianum populum, tum apud infideles in longinquis et asperrimis Missionibus. Eiusdem Societatis sodalibus est quoque in hac Alma Urbe Nostra ecclesia paroecialis Sacratissimo Cordi Iesu dicata,

in qua, etsi non abhinc multos annos condita, eximii praesertim Praedecessoris Nostri Leonis PP. XIII iussu atque auspiciis, christifideles urbani, eorumdem Sodalium opera, adeo ad Dei cultum et virtutum laudem exercentur, ut ea vel cum antiquioribus paroeciis in honoris ac meritorum contentionem veniat. Ipsemet. Salesianorum Sodalium fundator, venerabilis Ioannes Bosco, in nova Urbis regione, aere salu^ berrimo populoque confertissima, quae ad Gastrum Praetorium exstat, exaedificationem inchoavit istius templi, et, quasi illud erigerei ex gentis italicae voto et pietatis testimonio erga Sacratissimum Cor Iesu, stipem praecipue ex Italiae christifidelibus studiose conlegit; verumtamen pii homines ex ceteris nationibus non defuerunt, qui, in exstruendum perficiendumque templum istud, erga Ssmum Cor Iesu amore incensi, largam pecuniae vim contulerint. Anno autem MDCCCLXXXVII sacra ipsa aedes, secundum speciosam formam a Virginio Vespignani architecto delineatam, tandem perfecta ac sollemniter consecrata dedicataque est. Eamdem vero postea, magna cum sollertia, Sodales Salesianos non modo variis altaribus, imaginibus affabre depictis et statuis, omnique sacro cultui necessaria supellectili exornasse, verum etiam continentibus aedificiis iuventuti, ut tempora nostra postulant, rite instituendae ditasse, iure ac merito Praedecessores Nostri sunt" laetati, et Nos haud minore animi voluptate probamus. Quapropter cum dilectus filius Paulus Albera, hodiernus Piae Societatis sancti Francisci Salesii rector maior, nomine proprio ac religiosorum virorum quibus praeest, quo memorati templi Ssmi Cordi Iesu dicati maxime augeatur decus, eiusdem urbanae paroeciae fidelium fides et pietas foveatur, Nos supplex rogaverit, ut eidem templo dignitatem, titulum et privilegia Basilicae Minoris pro Nostra benignitate impertiri dignemur; Nos, ut magis magisque stimulos fide^ libus ipsius paroeciae atque Urbis totius Nostrae ad Sacratissimum Cor Iesu impensius colendum atque adamandum addamus, nec non benevolentiam, qua Sodales Salesianos ob merita sua prosequimur, publice significemus, votis hisce piis annuendum ultro libenterque censemus. Quam ob rem, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi Ss. Rituum praepositis, Motu proprio ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, enunciatum templum Sacratissimo Cordi Iesu dicatum, in hac alma Urbe Nostra atque ad Castrum Praetorium situm, dignitate ac titulo Basilicae Minoris honestamus, cum omnibus et singulis honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis quae aliis Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas,

validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortiri iugiter et obtinere, illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xi februarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

-.. . P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IX

R. P. ALBANUS SCHACHLEITER, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, ABBAS DE SPANHEIM RENUNTIATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. - Placet oculos mentis Nostrae ad te convertere, qui, uti nuper accepimus, postquam superiore anno, de consensu Nostro, Abbatiae Emmaus Pragensis gubernationem ob difficilem rerum condicionem dimiseras, in Monacense sancti Bonifatii coenobium secessisti. Quod vero abdicationem abbatialis officii tuam ratam habuimus, non idcirco pûtes velimus, aliquam te existimationis et benevolentiae iacturam apud Nos fecisse. Neque enim omnia illa facile oblitteraturi sumus, quae, plus decem annos, quoad Abbatiam Pragensem es moderatus, religionis studio incensus, actuose peregisti. Et sane, cum per eas regiones, magna Ecclesiae adversarii •contentione de complexu sanctae huius Matris filios avellere atque abstrahere niterentur, acriter pro fide catholica apud populares praesertim Bohemos tuenda propugnasti : qua profecto provincia nullam tibi capere graviorem utilioremque poteras, in quo constat Societatem a sancto Bonifatio nuncupatam plurimum collocasse operae suae, quam tamen, veluti inditis ardoris virtutisque igniculis, ipsemet sic roborasti, ut, scriptis crebro editis, et servandae fidei integritati et exercitationibus christianae vitae provehendis optime prospexeris. Quae cum impense ageres, sollertia haud minore in eo elaborabas, ut sodales, quibus praeeras, sic sacrorum rituum curarent splendorem et castissimam concentuum ecclesiasticorum dignitatem retinerent, quemadmodum eos decet religiosos viros, qui *opus Dei,* instituto suo, faciunt. Unde est feliciter consecutum, ut Abbatia Emmaus Pragensis inlustre vitae liturgicae domicilium iure

haberetur, ex quo praeclarae manarent in catholicos regionis illius homines ad perse verandum in fide utilitates. Nihil igitur mirum, dilecte fili, quod in Ecclesiae inimicorum invidiam atque offensionem incidens; veram, quod Ecclesiae ipsius causa incidens, id iam te consolari mirifice debet. At tamen ne tibi desit a Nobis solacium et paternae caritatis significatio, hisce Litteris, auctoritate Nostra, te Abbatem de Spanheim eligimus atque renuntiamus; quem tibi honoris titulum ita deferimus, ut simul memoriam aliquo pacto revocemus exstinctae Abbatiae Benedictinae, quae, anno Mcxxiv erecta et Deo Optimo Maximo in honorem beatissimae Virginis et sancti Martini dicata, insignibus floruit religiosis viris potissimumque Abbatis sui Ioannis Trithemii virtutibus et scriptis nobilitata est. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXI martii anno MCMXXI, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD DILECTUM FILIUM MODERATOREM COMITATUS CATHOLICAE UNIVERSITATI STUDIORUM MEDIOLANI CONDENDAE.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum semper Romani Pontifices scientiam veri nominis provehere nisi sint - nemo enim ignorat ipsorum auctoritate celebérrimas Europae Academias cum Aetate Media tum insequentibus saeculis excitatas esse - idcirco perlibentes Nos consilium dilaudamus a Comitatu isto haud ita pridem susceptum, condendi videlicet in Italia catholicam studiorum Universitatem, eamque Mediolani, in urbe quidem florentissima, ut ubi vehementius industria fervet ac labor desudat, ibi ipsae animi ingeniique vires alacrius exerceantur. Ita coeptum illud studiose aggressi estis, quod, cum alicubi per Europam et Americam iam sit effectum feliciter, tum diu sane in optatis fuit catholicis Italiae viris, maximeque sollertissimo illi ac pientissimo fel. rec. Cardinali Andreae Ferrari, Ambrosianae Ecclesiae Pastori, qui nascentem quidem Universitatem quasi paterno fovit amplexu provehendamque curavit. Vix autem hic attinet dicere quanto opere intersit christianae civilisque rei ut nobilia huiusmodi altiorum disciplinarum domicilia nunc reviviscant. Dum enim, hoc saeculo errorum pleno, exsulare e scholis religio coacta est, atque audacter scelesti homines, fallacis sapientiae

astu, impietatis veneno adolescentium animos inficere moliuntur, nihil sane opportunius esse potest quam iuvenes sic instituere ut, virtute duce ac religione praefulgente, a disciplinis maioribus omni numero instructi, iidem in publicum aliquando prodeant, veritatem simul et fidem strenue sapienterque defensuri. Quamobrem sumite animos, dilecti filii; eiusmodi enim opus urgetis cum quo magnum profecto coniungetur catholici nominis emolumentum. Ac fore pro'certo habemus ut, auspice augusto Corde Iesu, cui quidem Athenaeum pio consilio consecravistis, et *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae,* prospere sane rem celeriterque ad optatum exitum perducatis. Iamvero, quo apertius approbationem Nostram vobis testemur, ultro Ipsi certam pecuniae vim Instituto destinamus et attribuimus eo consilio ut inde necessarii sumptus suppeditentur binis optimae spei adolescentibus qui studiis istic dent operam ; atque opportuna auxilia a Deo vobis precati, tam frugiferum coeptum amplissimae catholicorum omnium liberalitati commendatum volumus vehementer; qui quidem considerare debent non aliter se posse scholam *neutram* vel *laicam* (quam vocant) efficaciter oppugnare, nisi catholicas scholas condendo, in primisque Universitarias, in quibus ipsi conformentur doctores; easdemque reapse promovere cum bonorum omnium sit munus, tum maxime sapientiorum esse atque locupletium. Ac caelestium conciliatrix munerum paternaeque benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, singulis de comitatu viris, iisque omnibus qui quomodocumque rem adiuverint, libenti effusoque animo impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die ix februarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNANTUR SACRAE IMAGINES CUIUSDAM NOVAE SCHOLAE PICTORICAE

Emi ac Rmi Domini Gardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, in ordinario consessu habito feria iv, die 23 februarii 1921, publice declarandum censuerunt : Imagines sacras cuiusdam novae scholae pictoricae, quarum specimen exhibetur in opusculo cui titulus: *La Passion de Notre-Seigneur Jésus-Christ* par Cyril Verschaeve (ornée de compositions d'Albert Servaes. Bruxelles et Paris. Librairie Nationale d'art et d'histoire G. van Oest et C[ie] Editeurs, 1920), ad praescriptum canonis 1399, n. 12, prohiberi ipso iure, ideoque statim removeridas esse ab Ecclesiis, Oratoriis, etc., in quibus forte expositae inveniantur.

Et insequenti feria v, die 24 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, mandans ad quos spectat ut eam servent et servare faciant.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 30 martii 1921.

A. Castellano, *Supremae S. C. S. Off. Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

1

PROVISIO ECCLESIARUM.

S. C. Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur > ecclesias de proprio pastore providit, nimirum:

15 martii 1921. '— Titulari archiepiscopali ecclesiae Pharsalensi praefecit R. P. D. Sebastianum Lerne a Silveira Cintra, hactenus archi-

episcopum Olindensem-Recifensem, eumque deputavit in coadiutorem cum futura successione Emi Dñi Cardinalis Ioachimi Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

— Cathedrali ecclesiae Pelotensi R. D. Ioachimum Ferreira de Mello, vicarium generalem Revmi Archiepiscopi Fortalexiensis.

II

NOMINATIO

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decreto S. Congregationis Consistorialis, nominavit:

10 ianuarii 1921. — R. P. D. Angelum Paino, hactenus episcopum Liparensem, *coadiutorem R. P. D. Lecterii D'Arrigo, archiepiscopi Messanensis.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

MAIO RICEN.

DISTRIBUTIONUM

15 ianuarii 1921

SPECIES FACTI. - Capitulum Ecclesiae Cathedralis Maioricensis huic S. Congregationi reverenter exponit quae sequuntur:

« Iuxta articulum 182 Statutorum Capitularium " distributiones « quae non percipiantur ab absentibus distribuentur inter praesentes « physice *et eos quos ius praesentes fingit,* salvis pontificiis quae in hac « materia habeantur indultis,,.

« Omnes vero Capitulares et Beneficiati vacationum tempore, vi « Rescripti S. C. C. sub die 19 oct. 1917, et Capellani servitio eiusdem « Ecclesiae Cath. adscripti per 30 dies annuos, vi rescripti laudatae Con« gregationis diei 12 ian. 1918, praedictas distributiones lucrantur, et etiam « eas lucrantur Canonici nonnulli et Beneficiati, vi particularium indul« torum, sive diebus, sive diebus et horis quibus omnino gratis in Semi« nario dioecesano docent, necnon Canonicus a secretis Confraternitatis « SS. Petri et Bernardi eidem Cathedrali adnexae diebus et horis quibus « suo fungitur munere, amissis in omnibus casibus distributionibus *inter « praesentes tantum.*

« Dubitat autem Capitulum an absentes a choro vi praedictorum « indultorum, admitti debeant ad participationem fallentiarutn in casu, « ideoque reverenter petit, annuente Rmo Ordinario, ut dubium auctoritate S. C. Concilii dirimatur ».

VOTUM CONSULTORIS. - Generatim loquendo, si consuetudo, vel statuta capitularia, vel indulta pontificia aliud non ferant, qui percipit distributiones percipit etiam quotas ab aliis amissas seu *fallentias.* Id arguitur ex ipsa sese exprimendi ratione Codicis I. C, qui, loquens de capitularibus, qui certe lucrantur aliorum etiam *fallentias,* uti iubilati (can. 222, § 2), infirmi (can. 420, 5°), etc., tantum sancit expresse ipsos lucrari distributiones. Iamvero in Capitulo Cathedralis Maioricensis viget articulus 182 Statutorum qui haud obstat, imo expresse favet, perceptioni *fallentiarum* quando ius permittit absentibus lucrari distributiones, i. e. in casibus can. 420 recensitis, eos tunc praesentes fin\gens: excipit quidem articulus indulta Pontificia, quae aliud disponere possunt, sed exceptio in casu minime nocet. Nam ex una parte indultam etiam, fictione iuris, particularis quidem, habentur ut praesentes in choro; ex alia vero, in indultis Pontificiis, in casu concessis, prohibentur tantum percipere distributiones quae inter praesentes tantum dividuntur: *amissis inter praesentes tantum;* in Capitulo autem de quo loquimur *fallentiae* non accensentur inter portiones quae inter praesentes physice tantum dividuntur, sicut ex consuetudine particulari vel ex statutis evenit in nonnullis Capitulis etiam Urbis.

Addere existimo in hac materia magni faciendas esse consuetudines particulares vel Capituli statuta (cfr. D'Annibale, *Summ.,* HI, 182, qui citat decisiones huius S. C. et *Acta S. Sedis).*

Tridentinum statuit (sess. XXÍ, c. 3): « In Ecclesiis Cathedralibus « et Collegiatis, in quibus vel nullae sunt distributiones vel ita tenues « ut verisimiliter negligentur, tertiam partem fructuum et quorumcumque « proventuum et obventionum tam Dignitatum quam Canonicatuum sepa« rari debere et in distributiones quotidianas converti, quae inter Dignitates obtinentes et ceteros divinis interessentes... dividantur».

Porro quotae amissae per non interessentes divinis officiis - nisi alia dispositio in casu particulari vigeat^ de quo heic non est quaerendum - evidenter accrescere debent interessentibus. Id eruitur ex ipsis relatis Tridentini verbis. Quum enim distributiones quotidianae et proprie dictae constituantur dividendae inter clericos praesentes, eo ipso quod isti praesentes non inveniant alios qui secum concurrant ad lucrandas distributiones, soli utentur distributionibus prout in simili decisum

habetur L. 1. § fin. D. *de usu fructu accrescendo.* Sed etiam indultara in casu, fictione iuris, praesentes habentur divinis officiis - nam fictio iuris idem operatur in casu ficto quod veritas in casu vero, ex 1. 1. D. *de adoption,* et 1. *Cum hic status § Si ambo* D. *de donation.* - et hac ratione percipiunt quotam sibi debitam distributionum : quoniam autem isti non fuerunt in rescriptis exclusi a perceptione *fallentiarum,* acquirendo quotam sibi debitam distributionum, iure accrescendi participare debent de quota amissa ab aliis: iuxta ea quae de *iure accrescendi* inter coheredes habet Arndts-Serafini *{Trattato delle Pandette,* v. III, § 518): « L'acquisto per parte di colui che è diventato erede di una porzione, « si estende di diritto anche a quelle porzioni le quali divengono vacanti « per essere venuti a mancare* i costituiti e i chiamati dalla legge. « Queste porzioni accrescono quella già acquistata o quella da acquietarsi se tale mancanza è avvenuta prima ». **s**

Res confirmari potest auctoritate Benedicti XIV et ci. D'Annibale. Ille in Notificatione XIX (tomo V, ed, Scarselli, Venet., 1740) inter alia haec habet: «... in tutti quei casi, nei quali sono i Canonici, secondo il « S. Concilio di Trento e le accennate risoluzioni, obbligati di assistere « al Vescovo, guadagnano le distribuzioni, se attualmente impiegati nel « detto servizio, non assistono al coro »; et deinde subdit: « Essendo «jpérò d'uopo avvertire che quanto si è detto delle distribuzioni, ha « luogo in esse ed in quella porzione che accresce ai presenti per la lon« tananza degli altri, ma non negli emolumenti degli anniversari, che « giusta la volontà dei testatori sono dovuti ai soli presenti ». Et D'Annibale (vol. III, 181) scribit: « Quotquot autem praesentes habentur « fictione iuris, verius participant etiam *falleniias* absentium, quas vocant, « perinde ac hi qui sunt praesentes reipsa ».

In contrarium afferri potest sententia quorumdam, et quidem magnae notae, Doctorum, uti Castropalao, Bonacina aliorumque, qui expositam doctrinam reiiciunt, quia in corpore iuris non est dispositio quae tribuat *fallentiarum* perceptionem non praesentibus physice divinis officiis et quia haec doctrina cedit in detrimentum cultus divini.

Sed, etiam admittendo quod capitulares, quo minores numero sint participantes *fallentiarum,* eo pinguiore mercede alliciuntur ad assistentiam choralem, exinde non conficitur non exstare dispositionem, saltem implicitam, iuris, contrariam eorum sententiae. Et sane Doctores isti docent solummodo physice praesentibus tribui debere *fallentias;* sed eorum sententiae, ut alia reticeam, obstat praxis ipsius S. C. quae, iubilatis pluries declaravit competere *fallentias,* uti videre est penes D'Annibale, III, 183 (51). Qui loquens etiam de capitularibus, qui vel

infirmitate laborent vel parochi munere fungantur, etc., fretus declarationibus S. C, asserit vix non definiti iuris esse quod eis debeantur *fallentiae;* declarationes vero S. G. qua tales, iuris, quod enucleare sumunt, exsistentiam supponere palam est.

Demum, meo quidem iudicio rem conficit dispositio canonis 395, § 3, ubi legitur: « Distributiones (subintelligas, ex sequenti contextu, ubi de dignitatibus agit: amissae) cedunt *diligentibus* ». Sed inter *diligentes* comprehendi debent indultarii, quum negligentes isti haud sint, sicut tales non sunt iubilati, infirmi, aliique, qui tamen ad fallentiarum participationem ex responsis ipsius S. G. C. admitti debent.

Ex hisce omnibus, ni fallor, liquet indultariis in casu deberi *fallentiae* absentium e distributionibus quotidianis provenientes.

ANIMADVERSIO EX OFFICIO. - In casu tota ratio dubitandi suborta videtur ex praepostero intellectu verborum indulti: « *inter praesentes* tantum »: quasi haec intelligenda sint de *praesentia chorali* etiam functionibus *ordinariis* praestanda. Verum exploratissimum est, èx stylo quoque H. S. Congregationis, hac loquutione intelligi tantummodo functiones quae non ex ordine chori, sed ex extraordinaria aliqua fundatione ita sunt celebrandae, ut canonici iis interesse non obligentur quidem, sed tantum alliciantur, proposita quadam extraordinaria distributione solum *inter praesentes* partienda. Cfr. quae adnotantur in folio causae Parentinae et Polen., 20 ianuarii 1906 *(Thesaur.,* CLXV, pag. 13): « Scitum est « distributiones chorales dupliciter dispesci, in distributiones nempe *ordi-« narias,* quae vulgo *quotidianae* vocantur, suntque fructus laboris qui « canonicis in choro praesentibus tribuuntur; nec non in distributiones « extraordinarias seu *inter praesentes* tantum, quae interdum fiunt cano-« nicis ob suam adsistentiam quibusdam extraordinariis officiis, *ad quae, « vi suae praebendae stricte non tenentur:* huiusmodi aliae dicuntur *fixae,* « si quotannis ex anniversariis aliisque constanter redeuntibus officia-« Iuris proveniant: aliae vero eventuales seu *incertae* si, v. gr., ex funere, « associatione, exequiis, forte supervenerint ». Posita hae significatione clausulae « amissis distributionibus *inter praesentes* tantum », quam significationem non obscure recipit Codex, can. 422, § 2 verbis « nisi « obstet expressa *fundatorum* vel *oblatorum* voluntas », plane evanescere videtur quaelibet ratio fallentias in praefata clausula comprehendendi.

Quare, etc.

RESOLUTIO: Die 15 ianuarii 1921 Emi ac Rmi Patres S. Congregationis Concilii, in plenariis comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, ad propositum dubium: « An absentes a choro vi indulti Apostolici

«quo conceduntur distributiones *amissis inter praesentes tantum,* ius « habeant ad fallentias, in casu »; respondendum censuerunt: « *Affir-* « *mative,* dummodo ne agatur de fallentiis e distributionibus inter prae- « sentes tantum provenientibus ».

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Div. Provid. Pp. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in audientia diei subsequentis, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est. [1] *

I. MORÍ, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

Decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV: -

6 martii 1921. — Tertii Ordinis saecularis B. M. V. de Monte Carmelo et S. Matris Theresiae a Iesu nuncupati *Regulam approbavit;*

— Congregationis Sororum Misericordiae a S. Carolo Borromaeo nuncupatae, cuius domus princeps Pragae sita est, *novas Constitutiones definitive approbavit.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA .FIDE

1

DECRETUM

CONSILIUM CENTRALE PII OPERIS PROPAGATIONIS FIDEI PRO UNIVERSIS ITALIAE DIOECESIBUS CONSTITUITUR.

Quo zelus in promovendo, ad Missionum Catholicarum levamen et incrementum, Pio Opere a Fidei Propagatione nuncupato in singulis Italiae dioecesibus ma/is ac magis excitetur, huic S. Congregationi a Christiano Nomine Propagando, quae, iuxta Encyclicas Litteras *Maximum illud,* laudati Pii Operis maiorem in posterum fructuum optimorum über-

tatem diligentissime curare debet, visum est heic Romae *Centrale* quoddam *Consilium* pro omnibus Italiae Dioecesibus constituere, a Comitatu Romano distinctum, derogando super hoc de Decreto die 15 mensis maii anni 1897 auctoritate Leonis XIII edito ab Emo Card. Lucido M. Parocchi; quod quidem Centrale Consilium eiusdem Pii Operis institutionem, regimen, incrementum, in omnibus ac singulis Italiae Dioecesibus, romana non excepta, foveat, moderetur, atque dirigat. Ipsum autem Consilium cum suo Praeside, Secretario atque pecuniae Custode nonnullis insuper adiectis Consiliariis, huic eidem S. C. circa munera pro quibus erigitur immediate subiectum erit.

Firma itaque manente in singulis Italiae Dioecesibus Ordinariorum auctoritate circa constitutionem ac directionem laudati Pii Operis a Fidei propagatione nuncupati, singuli eiusdem Operis Dioecesani Praesides, de iis omnibus negotiis, quae idem Pium Opus attingere videantur, cum Praeside supradicti Consilii Centralis Romani directe exinde agent.

Cuius quidem Consilii Centralis Romani constitutionem SSmus' D. N. Benedictus div. prov. PP. XV, in audientia diei 18 mensis novembris anni elapsi, benigne adprobare, ratamque habere dignatus est; ac praesens in re Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 1 martii 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

23 februarii 1921. — *Vicarius apostolicus de Honan Septentrionali* R. D. Martinus Chiolino, e Seminario Mediolanensi pro missionibus exteris.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

NOMINA

Con biglietto della S. C. di Propaganda Fide dei 12 marzo 1921 il Rev. Can. D. Angelo Roncalli della diocesi di Bergamo è stato nominato *Presidente del nuovo Consiglio Centrale per le diocesi d'Italia della Pia Opera della Propagazione della Fede.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 15 marzo 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Eoli e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria Aikenhead, Fondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità nell'Irlanda.

2) Conferma del culto da tempo immemorabile prestato alla Serva di Dio Margherita Di Lorena, Monaca professa Francescana, chiamata Beata. -

3) Riassunzione della causa di canonizzazione del Beato Pietro Canisio, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

4) Intorno alla revisione dei nuovi scritti del Servo di Dio Giovanni Merlini, sacerdote della Congregazione dei Missionarii del Preziosissino Sangue di N. S. G. C.

5) Intorno agli scritti del Servo di Dio Contardo Ferrini, laico, professore nell'Ateneo di Pavia ed in altri.

6) Approvazione e concessione dell'Officio e Messa, e dell'elogio da inserire nel Martirologio, per la festa dei beati Carlo Luanga, Mattia Murumba e Compagni Martiri dell'Uganda.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

15, marzo 1921. L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore dell'Arciconfraternita di S. Giuseppe dei falegnami.*

21 » » L'Emo sig. Card. Augusto Sili, *Protettore dell'Arciconfraternita dei SS. Angeli Custodi.*

31 » » Mons. Federico Tedeschini, sostituto della Segreteria di Stato, *Nunzio Apostolico in Spagna.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium:

15 marzo 1921. Mons. Gaetano Audino, della diocesi di Gerace.
16 » » Mons. Michele Buchberger, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.

Prelati Domestici di S. S.:

8 gennaio 1921. Mons. Eugenio Geoffroy, della diocesi di Haileybury.
13 febbraio » Mons. Giorgio Tommaso Doulin, delFarchid. di New York.
Mons. Guglielmo Livingston, della medesima archidiocesi.
Mons. Giuseppe Francesco Smith, della medesima archidiocesi.
Mons. Giuseppe Enrico Me Mahon, della medesima archidiocesi.
Mons. Daniele Burke, della medesima archidiocesi.
Mons. Giuseppe Francesco Sheahan, della medesima archidiocesi.
12 marzo Mons. Luigi Grassia, della diocesi di Aversa.
18 » Mons. Giacomo Kallarakal, del Vicariato apostolico di Changanachery.
21 » Mons. Pietro Sinelli, della diocesi di Cremona.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

11 marzo 1921. Al sig. principe don Camillo Francesco Massimo, di Roma.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civfye:

15 marzo 1921. Al sig. Carlo Iaroszinski, della diocesi di Zytomierz.
*18 » ** Al sig. Emanuele De Peralta, inviato straordinario e ministro plenipotenziario di Costarica presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

8 marzo 1921. Al sig. Salvatore Cattali, dell'archidiocesi di Messina.
» » » Al sig. Pietro Ciccolo Centurrino, della medesima archidiocesi.

16 *marzo* **1921.** Al sig. barone Federico de Geier, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
21 » » Al sig. Domenico Galli, dell'archidiocesi di Aquila.

Il Cavalierato dell'Ordine di **S.** *Gregorio Magno, classe civile:*

13 *febbraio* **1921.** Al sig. Giorgio I. Gillispie, dell'archidiocesi di, New York.
» » » Al sig. Giorgio Mac Donald, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Tommaso F. Farell, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni T. Smith, della medesima archidiocesi.
12 *marzo* » Al sig. barone Guglielmo Van Voorst tot Voorst, della diocesi di Harlem.
16 » » Al sig. Giuseppe Rendina, della diocesi di Porto e S. Rufina.
18 » » Al sig. Eugenio Schmits, dell'archidiocesi di Malines.
22 » » Al sig. Angelo Santagostino, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare.

13 *marzo* **1921.** Al sig. luogotenente Michele Moscicki, aiutante di campo del Presidente della repubblica di Polonia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

lo *marzo* **1921.** Al sig. prof. Costantino Chylinski, dell'archidiocesi di Mohilew.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

12 *marzo* **1921.** Al sig. prof. Mario Roccatagliata, dell'archid. di Napoli.
16 » » Al sig. Enrico Held, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

5 *marzo* **1920.** Al sig. Giovanni Battista M. Leone Carlo Michel de Trétaigne, della diocesi di Soissons.
9 » » Al sig. Arturo Meschini, dell'archidiocesi di Westminster.
15 » » Al sig. Edmondo Wallman, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Stocker, di Roma.
16 » » Al sig. dott. Roberto Liebel, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

23 dicembre 1918. Mons. Eugenio Platzner, del Vicariato Castrense di Vienna.
19 maggio 1919. Mons. Francesco Reyl, della diocesi di Königgrätz.
» » » Mons. Antonio Hruby, della medesima diocesi.
» » » Mons. Gustavo Domabyl, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giovanni Veverka, della medesima diocesi.
» » » Mons. Antonio Schreiber, della medesima diocesi.
» >> » Mons. Giuseppe Kaplan, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giovanni Kobr, della medesima diocesi.
» » » Mons. Antonio Nyvet, della medesima diocesi.
» » » Mons. Francesco Tomicëk, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giovanni Letosnik, della medesima diocesi.
» » » Mons. Antonio Kaska, della medesima diocesi.
» » » Mons. Adolfo Brix, della medesima diocesi.
3 marzo 1921. Mons. Felice Camponovo, della Internunziatura Apostolica di Bolivia.
7 » » Mons. Michele Pianese, della diocesi di Aversa.
» » » Mons. Domenico de Rosa, della medesima diocesi.
15 » » Mons. Luigi Pepe, dell'archid. di Castellani are di Stabia.
21 » » Mons. Ercole De Bernardi, dell'archidiocesi di Biella.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

20 febbraio 1921. Il sig. Stanislao Godlewski, della diocesi di Luceoria e Zytomierz.
3 marzo » Il sig. Ramón de Páramo y Jemenez, della dioc. di Orihuela-
15 » » II sig. Giovanni Coyle, dell'archidiocesi di Filadelfia.
» » » 11 sig. Giuseppe Gallagher, della medesima archidiocesi.
» » » Il sig. Guglielmo Long, della medesima archidiocesi.
17 » » Il sig. Murtha Quina, dell'archidiocesi di Filadelfia.
21 » » 11 sig. conte Emanuele De Rougé, dell'archidioc. di Parigi.
» » ' » Il sig. Ermanno de Greve-Dierfeld, della diocesi di Treviri.
22 » » Il sig. barone Federico de Vittinghoff, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Il sig. conte Prospero Balbo di Vinadio, dell'archidiocesi di Torino.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

18 dicembre 1920. Mons. Tihamér Tóth, dell'archidiocesi di Agria.
» » » Mons. Garlo Subik, della medesima archidiocesi.
28 febbraio 1921. Mons. Adalberto Wich, della diocesi di Cassovia.
* » » Mons. Michele Palyò, della medesima diocesi.
» . » » Mons. Alberto Valverde Alonso, dell'archid. di Valladolid.
2 marzo » Mons. Antonio Carestia, della diocesi di Ascoli Piceno.
» » » Möns. Giovanni Di Benedetto, della medesima diocesi.
7 » » Mons. Francesco Varano, della diocesi di Aversa.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

28 febbraio 1921. Il sig. Emanuele Raventós y Noguer, della dioc. di Madrid
» » » Il sig. Giuseppe Raventós y Noguer, della med. diocesi.
» » » Il sig. Dionisio Garcia-Pelayo et Cordoncillo, dell'archidiocesi di Siviglia.
» » » Il sig. Enrico Martínez y Martínez, della dioc. di Madrid.
5 *marzo* » Il sig. Luigi Codini, della diocesi di Montefìascone.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S:*

15 marzo 1921. Mons. Alessandro Costantini, della dioc. di Nocera e Gualdo.
>> » » Mons. Giuseppe Massei, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

19 marzo 1921. Mons. Pietro Maria Belmont, vescovo di Clermond-Ferrand.
20 » » Mons. Timoteo Hernández, > ululas, vescovo di Guadix.
24 » » L'Emo sig. card. Giacomo Gibbons, arciv. di Baltimora.
25 » » Mons. Giuseppe Müller, vescovo titolare di Sarepta, suffraganeo dell'archidiocesi di Colonia.

Annus XIII - Vol. XIII 6 Maii 1921 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA ENCYCLICA

DILECTIS FILIIS DOCTORIBUS ET ALUMNIS LITTERARUM ARTIUMQUE OPTIMARUM ORBIS CATHOLICI, SAECULO SEXTO EXEUNTE AB OBITU DANTIS AL1GHERII.

BENEDICTUS PP. XV

DILECTI FILII, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

In praeclara summorum copia hominum, suo splendore et gloria fidem catholicam illustrandum, qui cum in omni genere, tum praesertim in litteris diseiplinisque optimis ita sunt versati ut, immortalibus facultatis suae editis fructibus, de civili societate aeque ac de Ecclesia bene meruerint, singularem plane Dantes Aligherius locum obtinet, cuius ab obitu plenus mox erit annus sexcentésHíms. Profecto huius viri praestantia excellens numquam fartasse alias testatior fuit quam hoc tempore; nam ad eius ornandam memoriam non modo sese alacris comparat Italia, cui de tali sobole gloriar! licet, sed apud omnes, quotquot sunt, excultas ad humanitatem gentes novimus propria quaedam constituta esse eruditorum consilia ob eam causam:, ut hoc humani generis insigne decus communi orbis terrarum praeconio celebretur.

Iamvero tam mirifico quasi choro bonorum omnium non solum non deesse Nos decet, sed quodammodo praeesse; quandoquidem Aligherium in primis et maxime Ecclesia parens agnoscit suum. Cum igitur sub exordium Pontificatus epistolam ad Archiepiscopum Ravennatium dederimus de templo in Aligherii saecularia decorando, quocum monumentum sepulcri eius continens est, nunc, ea ipsa sollemnia tamquam: auspicantibus, visum est Nobis, dilecti filii, qui, Ecclesia advigilante, in litterarum studiis versamini, vos alioqui universos, quo faciamus vel planius, quanta intercedat Aligherio cum hac Petri Cathedra coniunctio, quamque sit necesse laudes, tanto tributas nomini, in fidem catholicam haud exigua ex parte redundare.

Ac primum, quoniam hic noster in omni vita catholicam religionem in exemplum est professus, ipsius votis consentaneum videtur, quod intelligimus futurum, ut, religione auspice, sollemnis eius commemoratio fiat, et ea exitum quidem Ravennae habeat ad Sancti Francisci, sed initium capiat Florentia^ ad Sancti Ioannis, de qua aede pulcherrima ipse, prope iam acta aetate, acri cum desiderio recogitabat exui, optans scilicet et cupiens ibidem poeticam lauream de salutaris lavacri fonte suscipere, ubi infans, rite fuisset ablutus.- — Cum in eam incidisset aetatem, quae philosophiae divinarumque rerum studiis floreret, doctorum scholasticorum opera,, qui lectissima quaeque a maioribus accepta collig*erent, subtilitefque ad suam rationem revocata posteris traderent, is, in magna varietate disciplinarum, secutus est maxime Thomam Aquinatem, Scholae principem ; eoque magistro, cuius angelica mentis indoles nobilitata est, fere didicit quidquid philosophando ac de divinis rebus disputando didicit, cum quidem nullum cognitionis scientiaeque genus negligeret, multusque esset in Sacris Scripturis atque in Patrum libris pervolutandis. Ita quavis a doctrina instructissimus, in primis autem christianae sapientiae consultus,.

cum mentem appulisset ad scribendum, ex ipso religionis regno materiam versibus tractandam paene immensam planeque gravissimam sumpsit. In quo quidem huius incredi bilem magnitudinem et vim ingenii mirari licet ; sedi simul est ante oculos, multum ei roboris a divinae fidei afflatu accessisse, eoque factum esse, ut suum ipse opus maximum traditae divinitus veritatis splendore multiplici non minus, quam omnibus artis luminibus distingueret. Etenim haec, quae merito appellatur divina, Comoedia omnis, in iis ipsis quas habet multis locis vel fictas res et commenticias, vel recordationes mortalis vitae, eo demum spectat, ad iustitiam efferendam providentiamque Dei, mundum et in cursu temporum et in aeternitate gubernantia, hominibusque tum singulis tum consociatis aut praemia tribuentis aut poenas, quas meruerint. Quare, congruenter admodum iis quae catholica fide creduntur, in hoc nitet poemate et unius Dei augusta Trinitas, et humani generis ab Incarnato Dei Verbo facta Redemptio, et Mariae Virginis Deiparae, caelorum Reginae, benignitas summa ac liberalitas, et sanctorum angelorum hominumque beatitudo superna ; cui quidem e regione opponuntur apud inferos supplicia impiis constituta, interiecta inter utrumque locum- sede animarum, quibus, suo tempore expiatis, aditus in caelos patefiat. Atque horum ceterorumque catholicorum dogmatum in toto carmine sapientissimus quidam contextus apparet. - Quod si de caelestibus rebus scientiae pervestigatio progrediens aperuit deinceps eam mundi compositionem sphaerasque illas, quae veterum doctrina ponerentur, nullas esse, naturamque et numerum, et cursum stellarum et siderum alia esse prorsus atque illi iudicavissent, manet tamen hanc rerum universitatem,, quoquo eius partes regantur ordine, eodem administrari nutu, quo est condita, Dei omnipotentis, qui omnia, quaecumque sunt, moveat et cuius gioria plus minus usquequaque eluceat : hanc autem terram, quam nos homines incolimus, licet ad universi caeli complexum iam non quasi centrum, ut opi-

nio fuit, obtinere dicenda sit, ipsam tamen et sedem beatae nostrorum progenitorum vitae fuisse, et testem deinde tum eius, quam illi fecerunt ex eo statu, prolapsionis miserrimiae, tum restitutae, Iesu Christi sanguine, hominum salutis sempiternae. - Ergo triplicem animarum vitam, quam cogitatione finxerat, sic explicavit, ut declarandae, ante extremum divini iudicii diem», vel damnation! reproborum vel piorum, manium purgationi vel beatorum felicitati clarissimum lumen ab intima fidei doctrina petere videatur.

Iam vero ex iis quae cum in ceteris scriptis, tum praesertim in tripartito tradit carmine, haec potissimum putamus bono esse posse hominibus nostris documento. Primum Scripturae Sanctae summam deberi a christianorum quoque reverentiam, summoque cum obsequio oportere accipi quidquid ea contineatur, ex eo confirmat quia *quamquam scribae divini eloquii multi sint, unicus tamen dictator est Deus, qui beneplacitum suum nobis per multorum calamos explicare dignatus est*[1]. Quod sane pulcre est verisslmeque dictum. Itemque illud, *vetus et novum, Testamentum, quod in aeternum mandatum est, ut ait Propheta,* habent *spiritualia documenta quae humanam rationem transcendunt,* tradita *a Spiritu Sancto, qui per Prophetas et Hagio graphos, qui per coaeternum sibi D ei Filium Iesum Christum et per eius discipulos, supernaturalem veritatem ac nobis necessariam revelavit* \ Rectissime igitur de eo quod mortalis vitae cursum sequetur, aevo sempiterno « nos certum habe- <(mus, ait, ex doctrina Christi veracissima, quae Via, Veritas ((et Lux est : Via quidem, nam ea ipsa ad immortalitatis ((beatitudinem nulla re impediti contendimus ; Veritas, quia « omnis est erroris expers ; Lux, quia nos in mundanis insci- ((tiae tenebris illuminat »[3]. - Neque is minus colit atque observat *veneranda illa Concilia principalia, quibus Chri-*

[1] Mon. III, 4.

[2] Mon. iii, 3, 16.

[3] Conv. II, 9.

slum interfuisse nemo fidelis dubitat. Ad haec, magni etiam ab eo fiunt *scripturae doctorum Augustini et aliorum, quos,* inquit, *a Spiritu Sancto adiutos qui dubitat, fructus eorum vel omnino non vidit, vel, si vidit, minime degustavit* [1].

Ecclesiae vero Catholicae auctoritati mirum quantum tribuit Aligherius, quantum Romani Pontificis potestati, utpote ex qua quaevis Ecclesiae ipsius leges et instituta valeant. Quare nervose illud christianos admonet, cum utrumque Testamentum habeant simulque Pastorem Ecclesiae a quo ducantur his ad salutem adiumentis contenti sint. Ecclesiae igitur malis sic affectus, ut suis, omnemque christianorum a summo antistite defectionem deplorans et exsecrans, Cardinales Italos, post Apostolicam Sedem Roma translatam, ita alloquitur : *Nos quoque eundem Patrem et Filium, eundem Deum et hominem, nec non eandem Matrem et Virginem profitentes, propter quos et propter quorum salutem ter de caritate interrogato, dictum est; Petre, pasce sacrosanctum ovile; Römern, cui post tot triumphorum pompas et verbo et opere Christus orbis confirmavit imperium; quam etiam ille Petrus et Paulus, gentium praedicator, in Apostolicam Sedem aspergine proprii sanguinis consecrarunt ; quam nunc cum leremia non lugendo post venientes, sed post ipsum dolentes, viduam et desertam lugere compellimur; piget, heu, non minus quam plagam lamentabilem cernere haeresum !* [2]. Itaque Ecclesiam Romanan vel *matrem piissimam,* vel *Sponsam Crucifixi* nominat, Petrum autem, traditae a Deo veritatis iudicem falli neseium, cui de rebus, aeternae salutis causa, credendis agendisve, ab omnibus sit obedientisisime obtemperandum. Quapropter, quamvis Imperatoris dignitatem ab ipso Deo proficisci existimet, haec tamen *veritas^* inquit, *non sic stricte recipienda est, ut Romanus Princeps in aliquo Romano Pontifici non*

[1] Mon. m, 3.

[2] Epist. VIII.

subiaceat; quum mortalis ista felicitas quodammodo ad immortalem felicitatem ordinetur [1]. - Optima enimvero plenaque sapientiae ratio, quae quidem si hodie sancte servetur, fructus sane rebus publicis afferat prosperitatis uberrimos.

At in Summos Pontifices sui temporis perquam acerbe et contumeliose est invectus. - Scilicet in eos, a quibus de re publica dissentiebat, cum ea parte, ut opinabatur, facientibus, quae se domo patriaque expulisset, Atqui ignoscendum est viro tantis iactato fortunae fluctibus, si exulcerato animo quicquam fudit, quod transisse videtur modum : eo vel magis quod ad iram eius infiammandam non est dubium quin hominum, ut assolet, male de adversariis omnia interpretan tium, rumores accesserint. Ceterum, quoniam» - quae est mortalium infirmitas - « necesse est de mundano pulvere etiam religiosa corda sordescere » [2], quis neget nonnulla eo tempore fuisse in hominibus sacri ordinis haud probanda, quae animum eius, Ecclesiae dediti s simuim, aegritudine molestiaque afficereiit, cum eadem viris, vitae sanctimonia praestantibus, graves, ut accepimus, querimonias expresserat? Sed enim, quicquid in sacro ordine, seu recte seu perperam, reprehendit indigliabundus ac vituperavit, nihil umquam tamen detractum voluit de honore Ecclesiae debito, nihil de Summarum Clavium observantia : quamobrem in politicis suam propriam tueri sententiam instituit *illa reverentia fretus, quam pius filius debet patri, quam pius filius matri, pius in Christum, pius in Ecclesiam, pius in Pastorem, pius in omnes Christianam religionem, profitentes, pro salute veritatis*[3].

His igitur religionis fundamentis cum omnem sui poematis tamquam fabricam excitaverit, mirum non est, si quasi quendam catholicae doctrinae thesaurum in eo conditum reperias, id est cum philosophiae theologiaeque christianae

[1] Mon. Iii, 16.

[2] S. Leo M. Serm. 4 de Quadrag.

[3] Mon. HI, 3.

sucum, tum etiam divinarum summam legum de ordinandis administrandisve rebus publicis : neque enim is erat Aligherius, qui, patriam amplificandi causa vel principibus gratificando negligi posse diceret publice iustitiam Deique ius, cuius in conservatione probe sciret' civitates niti maxime et consistere.

Quare ab" hoc Poeta mirificara quidem, pro eius excellentia, licet oblectationem petere, at non minorem fructum et eum ad eruditionem simul artis atque ad disciplinam virtutis aptissimum ; modo, qui eum adierit, vacuo sit praeiudicatis opinionibus anime studiosoque veritatis. Quin, cum e nostris non pauci numerentur boni poetae qui omne ferre punctum, ut dicitur, videantur, miscentes utile dulci, habet hoc Dantes, ut singulari lectorem et imaginum varietate et colorum pulcritudine et sententiarum ac verborum granditate capiens, ad christianae sapientiae amorem alliciat atque excitet : ipsumque neiao ignorat aperte professum, ea se mente hoc carmen composuisse, ut aliquod praeberet omnibus vitale nutrimentum. Itaque scimus nonnullos, vel recenti memoria, qui remoti a Christo, non aversi essent, cum huius praecipue lectione studioque tenerentur, divino munere, veritatem primo suspexisse catholicae fidei, ac subinde se in Ecclesiae sinum libentissime recepisse.

Quae hactenus memorata sunt, satis ostendunt quam sit opportunum per haec saecularia toto orbe catholico optimum quemque eo fieri alacriorem ad retinendam, fautrioem bonarum artium, Fidem, cuius haec ipsa virtus egregie, si unquam alias, in Aligherio spectata est. Etenim in eo non modo summa ingenii facultas efficit admirationem:, verum etiam immensa quaedam magnitudo argumenti, quod divina ei religio ministravit ad canendum ; et is quod habuerat a natura tantum acuminis, diu quidem multumque exemplarium veterum contemplatione limavit, sed eo magis exacuit Ecclesiae Doctorum et Patrum disciplinis, ut diximus ; quae res ei tribuit, ut cogitatione et mente multo evolare altius la-

tiusque posset, quam si naturae finibus, exiguis sane, se continuisset. Itaque eum, quamquam a nobis tanto saeculorum intervallo seiungitur, huius paene aetatis dixeris esse, certe longe recentiorem quam quemquam' ex his, qui nunc sunt, cantoribus vetustatis eius quam Christus e Cruce victor de medio pepulit. Eadem omnino spirat in Aligherio, atque in nobis pietas ; eosdem[1] habet sensus religio; iisdem tamquam velaminibus utitur « allata nobis de caelo veritas, qua tam sublime evecti sumus ». Haec eius nobilissima laus est, christianum esse poetam, id est christiana instituta, quorum contemplaretur toto animo speciem ac formam, de quibus mirabiliter sentiret, quibus ipse viveret, divino quodam eecinisse cantu ; quam laudem qui inficiali non dubitant, omnem[1] Comoediae religiosam, rationem commenticiae cuidam fabulae comparantes, nulla veritate subiecta, ii profecto id inficiantur quod est in Poeta nostro praecipuum, et ceterarum eius laudum fundamentum.

Ergo, si tam magnam honestatis amplitudinisque suae partem debet catholicae fidei Dantes, iam, ut alia omittamus, vel hoc uno exemplo illud confirmare licet, tantum abesse ut obsequium mentis animique in Deum ingeniorum cursum retardet, ut incitet etiam et promoveat : item iure colligitur, quam male consulant progressioni studiorum et humanitatis, qui nullum in iuventutis institutione patiuntur esse Religioni locum. Dolendum est enim disciplinam, qua publice studiosa iuventus instituitur, eiusmodi esse solere, quasi nulla sit Dei habenda homini ratio, nulla earum omnium, quae supra naturam sunt, rerum maximam m. Nam, sicubi « poema sacrum » non habetur scholis publicis alienum, quin etiam in libris numeratur qui sunt studiosius perlegendi, at vitale illud nutrimentum, cui ferendo natum est, plerumque minime affert adolescentibus, utpote, disciplinae vitio, non sic animatis erga ea quae sunt divinae fidei, quemadmodum oportet. Quod utinam haec sollemnia saecularia id efficiant, ut, ubicumque datur opera erudiendae in

litteris iuventuti, debito sit in honore Dantes, alumnosque christiana doctrina ipse imbuat ; cui quidem in poemate condendo nihil aliud fuit propositum, nisi *vemovere viventes in hac vita de statu miseriae,* id est peccati, *et perducere ad statum felicitatis,* id est divinae gratiae [1]

Vos vero, dilecti filii, quibus auspicato contingit, ut litterarum artiumque optimarum studia, Ecclesia magistra, exerceatis, diligite earumque habete/ ut facitis, hunc Poetam, quem appellare christianae sapientiae laudatorem et praeconem unum omnium eloquentissimum non dubitamus. Huius enim in amore quo plus profeceritis, eo vos et perfectius ad veritatis splendorem vestros excoletis animos, ,et in Fidei sanctae obsequio studioque constantius permanebitis.

Atque auspicem divinorum munerum paternaeque benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis omnibus, dilecti filii, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis aprilis **MCMxxi,** Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

[1] Epist. X, § 15.

EPISTOLAE

1

AD R. P. D. ANDREAM DE SZEPTYCKI, ARCHIEPISCOPUM LEOPOLIENSIUM ; DE RUTHENORUM COLLEGIO ITERUM IN URBE A PRETENDO AC DE CONDITIONE RERUM ILLIUS POPULI RESCRIBENS.

Venerabile fratello, salute ed apostolica benedizione. — Il dolore che Noi provammo nel maggio 1915 allorché da questa alma città vedemmo partire i diletti figli del Collegio Ruteno che all'ombra della santa Regina di Zyrovice (del Pascolo), così cara al popolo di Rutenia, si preparavano a divenire degni ministri dell'altare, è ora alfine lenito dalla preghiera che ella, nella sua qualità di Metropolita, Ci rivolge, di riaprire il Collegio stesso; e Noi che abbiamo avuto la soddisfazione di vedere nuovamente adunarsi intorno alla Cattedra Apostolica i giovani chierici dei vari, paesi fino a ieri belligeranti, siamo ben felici di dare il Nostro consenso alla sua opportuna richiesta. Se non che, avendo il Collegio Ruteno più degli altri risentito i tristi effetti della mondiale conflagrazione, perchè in conseguenza della medesima rimase privo di gran, parte delle sue rendite, le quali gli venivano somministrate dal cessato impero Austro-Ungarico, Noi abbiamo procurato di assicurarne anche d'ora innanzi l'esistenza, assegnandogli una congrua somma, mercè la quale possa il Collegio mantenere tanti alunni, quanti essi erano prima della guerra. Ben vengano dunque i Nostri diletti figli del Collegio Ruteno, ora che la Provvidenza fa suonare anche per essi l'ora del salutare ritorno; e Noi stessi di buon grado rivedremo i rappresentanti di quel caro popolo, che forse più di ogni altro ha conosciuto gli orrori dell'immane conflitto. Ed è veramente con anima affranta che Noi, pensando ai Ruteni, ricordiamo le belle città saccheggiate, i tranquilli villaggi incendiati, le ubertose campagne corse e ricorse da eserciti sterminati. E col pensiero del popolo, sono tuttora presenti ai Nostro spirito le loro chiese devastate, le immagini sacre infrante, i sacri paramenti fatti strumento di ludibrio, e più di ogni altra cosa, ciò che Ci riempie di raccapriccio, le Specie Eucaristiche calpestate da incoscienti fanatici. Gli orrori della fame, delle crude stagioni, delle ferali malattie, delle atroci sevizie, le prigionie di cui ella stessa, venerabile fratello,

porta tuttora le stigmate, le uccisioni di venerandi sacerdoti, di vecchi imbelli, di deboli donne, di tanta fiorente gioventù, tutti rei di mostrare attaccamento al proprio rito; tutto ciò è ben dipinto al Nostro sguardo, ed insieme ad un senso profondo di paterna pietà Ci ispira di innalzare a Dio una speciale preghiera, onde ottenere che dopo tante prove degnisi la divina Clemenza di riguardare benigna un popolo valoroso, che tanto ha saputo soffrire per la conservazione del suo rito, palladio della sua nazionalità. Che se dobbiamo riandare con la memoria le paterne premure di questa Sede Apostolica ed il Nostro personale interessamento per il diletto popolo Ruteno, Ci è caro ricordare che una tangibile prova fummo lieti di darne non appena da alcuni rappresentanti dei popolo Ruteno venimmo a conoscere lo strazio di quelle misere popolazioni. Fu allora che Noi Ci affrettammo non solo a spedire soccorsi, ma anche ad istituire e ad inviare sul posto un Nostro speciale Delegato che portasse a tutti, da parte Nostra ed in Nostro nome, parole di conforto ed aiuti di carità; e quantunque circostanze indipendenti dal voler Nostro e dallo zelo del Pontifìcio Visitatore abbiano impedito al diletto figlio, il P. Giovanni Genocchi dei Missionari del Sacro Cuore, di portarsi fino fra gli Ukraini, pure dalle relazioni che egli Ci ha inviato, abbiamo avuta, non disgiunta purtroppo dalla dolorosa conferma del martirio di quel popolo generoso, la bramata dolce consolazione di essere assicurati come nella guerra mossa alla sua fede e specialmente nelle insidie tese al suo clero ben pochi siano stati quelli che miserevolmente defezionarono. Mentre piangiamo sulla caduta di questi sventurati figli Nostri, Ci è tuttavia di gran conforto il sentire che nessun séguito abbia trovato presso il popolo la loro apostasia, e che anzi, di tanto disprezzo siano stati fatti oggetto per il loro sacrilego passo, da dovere abbandonare i loro paesi e cercare altrove rifugio. Per questo appunto Noi, che abbiamo sommamente a cuore il ritorno all'unità della fede dei popoli orientali, nei quali è così vivo il sentimento religioso, abbiamo ferma fiducia che per mezzo dei Ruteni, sempre stretti alla Cattedra Romana, ma ora vieppiù fortificati nella fede dalle recenti calamità, possa presto tradursi in atto il pio voto del Nostro illustre predecessore Urbano VIII con quelle memorande parole: « Per vos, mei Rutheni, Orientem convertendum spero ».

Vengano dunque e vengano senza "indugio i diletti chierici Ruteni ; Noi li attendiamo con amorosa sollecitudine e preghiamo caldamente il Signore che ai Nostri amati figli della terra di Rutenia riservi la grazia di formarsi pienamente, all'ombra della Cattedra di Pietro, a quel santo apostolato che darà a Cristo ed al suo Vicario la gioia di veder tornare all'unico ovile tanti milioni di cristiani che ora ne vivono sepa-

rati. Con questo augurio Noi impartiamo di gran cuore a lei, .venerar bile fratello, ai suoi colleghi nell'episcopato ed ai dilettissimi fedeli della terra Ukraina, l'apostolica benedizione.

Dal Vaticano, li 24 febbraio .192.1.

BENEDICTUS PP. XV.

II

AD R. P. D. MARIUM BBSSON, EPISCOPUM LAUSANENSIUM ET GENEVENSIUM CETEROSQUE HELVETIORUM EPISCOPOS; PROPOSITUM LAUDANS CELEBRANDI QUARTUM CENTENARIUM AB ORTU BEATI PETRI CAN [SIL

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Officii Nostri vestra Nos admonent studia, in id, ut accepimus, collata, ut beati Petri Canisii memoriam debito cum honore recolatis, ad exitum vertente saeculo quarto ab eius ortu. Pie id vos admodum et. grati cum animi laude. Si enim temporibus religioni maxime infensis, cum late obtinentes rerum novarum cupidines obscurarent aurum catholicae doctrinae, mutarent colorem optimum christianorum m or uni, catholicam Helvetii retinuerunt fidem, id, secundum Deum, tribuendum in primis est vigilantiae solertiaeque religiosi huius viri. Persequi virtutes eius, celebrare labores quibus non Helvetiis solum profuit, sed et Austriae et Germaniae populis bene multis, illustrare copiam doctrinae atque eruditionis, quam in communem attulit salutem docendo in scholis, concionando, scribendo, cum adversariis disputando, lumen consilii hortationemque sanctam omnibus impertiendo, propositum Nobis haud est. Rem attigit Decessor Noster f. r. Leo XIII in encyclica epistola « Militantis Ecclesiae » data per sollemnia, quae celebrata sunt expleto saeculo tertio ab obitu Canisii. Praestat nunc hortari vos ut, quas honoris significationes tribuetis viro de sacra civilique re optime merito, eae non minus decori pareant quam utilitati Ecclesiarum vestrarum. Velimus nimirum Petri memoria ita instauretur, ut ex eius vitae exemplis apte propositis christifideles vestri sentiant quanti sibi faciendum sit divinum illud fidei munus pro quo Petrus tam acriter, tam diu decertavit: et viri e clero discant quibus pietatis doctrinaeque armis veritatis ac religionis patrocinium suscipiendum sit. Tempora, ut videtis, elabuntur in quibus et a doctrinarum venenis et a multiplicatis vitiorum illecebris cotidiana

fidei ac morum impendent christifidelibus detrimenta cotidianaeque sunt dimicationes, quae manent viros sacri ordinis, si, suae memores vocationis, suo rite fungi munere velint. Utrosque ita munire oportet, ut alii stent fortes in fide, laborent alii uti boni milites Christi Iesu. Quam igitur dies affert ad id opportunitatem, ea sapienter utendum, ita nempe ut cooperetur in bonum. Nos quidem et hortamur fideles vestros, ut vestris ne desint studiis atque optatis, et vobis, Venerabiles fratres, quos suscepti laboris atque industriae, uberes fructus laturos confidimus, vestrisque dioecesibus, quas cupimus crescere in dies in ostensione spiritus ac virtutis, caelestium auspicem gratiarum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die i aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATIO LIBRI: EDMOND CAZAL « SAINTE THERES! »

Emi ac Rmi Dñi Cardinales in rebus fidei et morum inquisitores Generales, in ordinario consessu habito feria iv, die 20 aprilis 1921, librum: Edmond Cazal, *Sainte Therese,* Paris, Librairie P. Ollendorff, praedamnatum ad praescriptum canonis 1399, in Indicem librorum prohibitorum inserendum esse declararunt, hac praecipue ratione, ne fideles ex titulo in errorem forte inducantur.

Et insequenti feria v, die 21 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum PP. resolutionem approbavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. 'Officii, die 22 aprilis 1921.

A. Castellano, *Supremae S. G. S. Officiis Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

CIRCA PROPONENDOS AD EPISCOPALE MINISTERIUM IN BRASILIA

Quae de eligendis Episcopis in America Septentrionali novissime statuta sunt, SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV, habito Ordinariorum voto, ad Brasilianam Rempublicam extendenda, paucis immutatis, decrevit, quippe quae praesentis temporis necessitatibus et congrue respondent, et, quantum in humanis fieri potest, opportune consulunt.

Hoc igitur consistoriali Decreto, hac super re, quae sequuntur idem SSmus Dnus praescribit,

1. Pro proponendis sacerdotibus ad episcopale ministerium idoneis ac dignis, conventus Episcoporum fiet singulis trienniis aut saltem singulis quinquenniis, tempore infra assignato. ,

2. Conventus erunt provinciales, hoc est, omnes et singuli Ordinarii dioecesum uniuscuiusque provinciae convenient simul, nisi forte pro ali quibus provinciis paucas dioeceses complectentibus duas provincias simul convenire decernatur: quod quidem iidem Episcopi proponere poterunt.

3. Praelati vero *nullius* conventibus Episcoporum provinciae suae interesse curabunt, iisdem cum iuribus ac ceteri.

4. *Quolibet triennio* aut *quinquennio,* ut supra dictum est, sub initium Quadragesimae, incipiendo ab anno 1922, omnes et singuli Episcopi Metropolitano suo vel seniori Archiepiscopo (si duae ecclesiasticae provinciae simul conveniant) sacerdotum nomina iudicabunt, quos dignos episcopali ministerio existimabunt. Nil autem vetat quominus, hos inter, alterius etiam dioecesis vel provinciae sacerdotes proponantur; *sub gravi* tamen exigitur, ut, qui proponitur, personaliter et ex diuturna conversatione a proponente cognoscatur.

5. Una cum nomine, aetatem quoque designabunt candidati, eius originis et actualis commorationis locum, et officium quo principaliter fungitur.

6. Antequam determinent quos proponant, tam Archiepiscopi quam Episcopi poterunt a viris ecclesiasticis prudentibus necessarias notitias inquirere, ita tamen ut finis huius inquisitionis omnino lateat. Notitias vero quas receperint nemini patefacient, nisi forte in Episcoporum conventu, de quo inferius.

7. Nomina quae Episcopi iuxta art. 4 U1U proponent, nulli prorsus aperiant, -nisi Metropolitano suo vel seniori Archiepiscopo.

8. Metropolitanus vel senior Archiepiscopus habitis a ceteris Praesulibus candidatorum nominibus sua adiiciat: omnium indicem ordine alphabetico conficiat, et, reticitis proponentibus, hanc notulam transmittat singulis suis Suffraganeis sive Antistitibus, ut hi opportunas investigationes peragere valeant de qualitatibus eorum quos personaliter et certa scientia non cognoscant.

9. Investigationes huiusmodi, earumque causa, maxima secreti cautela peragendae erunt, ut supra num. 6 dictum est. Quod si Episcopus vereatur rem palam evasuram, ab ulterioribus inquisitionibus abstineat.

10. Post Pascha, die et loco a Metropolitano vel a seniore Archiepiscopo determinandis, omnes Episcopi convenient ad seligendos eos qui

S. Sedi pro episcopali ministerio proponi debeant. Convenient autem absque ulla solemnitate, quasi ad familiarem congressum, lit attentio quaelibet, praesertim diariorum et ephemeridum, et omne curiositatis studium vitentur.

11. In conventu, invocato divino auxilio, praestandum erit a singulis, Archiepiscopo non excepto, factis SS. Evangeliis, iusiurandum de secreto servando, ut sacratius fiat vinculum quo omnes adstringuntur: post hoc regulae ad electionem faciendam iegendae erunt.

12. Deinde unus ex Episcopis praesentibus in Secretarium eligetur.

13. His peractis, ad disceptationem Praesules venient, ut, inter tot exhibitos, digniores et aptiores seligant. Id tamen veluti Christo praesente fiet et sub Eius obtutu; omni humana consideratione postposita, cum discretione et caritate, supremo Ecclesiae bono divinaque gloria et animarum salute unice ob oculos habitis.

14. Candidati maturae, sed non nimium provectae aetatis esse debent; prudentia; praediti in agendis, quae sit ex ministeriorum exercitio comprobata; sanissima et non communi doctrina exornati, quae cum debita erga Apostolicam Sedem devotione coniungatur; maxime vero sint honestate vitae et pietate insignes. Attendendum insuper erit ad capacitatem candidati quoad temporalem bonorum administrationem, ad conditionem eius familiarem, necnon ad eius indolem et valetudinem. Uno verbo, videndum utrum omnibus iis qualitatibus polleat, quae in optimo pastore requiruntur, ut cum fructu et aedificatione populum Dei regere queat.

15. Discussione peracta, fiet hac ratione scrutinium:

a) Qui omnium Episcoporum sententia, quavis demum de causa, visi fuerint in disceptatione ex numero proponendoruni expungendi, ii in suffragium non vocabuntur; de ceteris, *etiam probatissimus,* suffragium feretur.

b) Candidati singuli ordine alphabetico ad suffragium proponentur: suffragia secreta erunt.

c) Episcopi omnes, Metropolitano non excepto, pro singulis candidatis tribus utentur taxillis seu calculis, albo scilicet, nigro; tertioque alterius cuiuscumque coloris: primum ad approbandum^ alterum ad reprobandum, tertium ad abstensionem indicandam.

d) Singuli Antistites, praeeunte Archiepiscopo, in urna ad hunc finem disposita«taxillum déponent, quo dignum, *coram Deo et graviter onerata conscientia,* sacerdotem aestimabunt qui in suffragium vocatur: reliquos taxillos binos in urna alia, pariter secreto, déponent.

e) Suffragiis expletis, Archiepiscopus, adstante Episcopo Secretario, taxillos et eorum speciem coram omnibus numerabit,scriptoqüe adnotabit.

1.6. Scrutinio de omnibus peracto, liberum erit Episcopis, si id ipsis placeat, aut aliquis eorum postulet, ut inter approbatos plenis aut paribus suffragiis novo scrutinio designetur quinam sit praeferendus. Ad hunc finem singuli suffragatores nomen praeferendi in schedula adnotabunt, eamque in urna déponent: schedularum autem examen fiet, ut supra num. 15, litt. *e*, decernitur.

17. Quamvis vero Summus Pontifex sibi reservet, dioecesi vel archidioecesi aliqua vacante, per Nuntium Apostolicum, aliove modo, opportuna consilia ab Episcopis vel Archiepiscopis requirere, ut personam eligat quae inter approbatas magis idonea videatur dioecesi illi regendae; nihilominus fas erit Episcopis in eodem conventu indicare, generali saltem ratione, cuinam dioecesi hunc aliumve candidatum magis idoneum censeant; ex. gr. utrum exiguae, ordinatae ac tranquillae dioecesi, an maioris vel difficilioris momenti, vel in qua plura sint ordinanda aut creanda; utrum dioecesi mitioris aëris et facilis <x>mmeatus, et alia huiusmodi.

18. Episcopus a secretis, discussione durante, diligenter adnotabit quae de singulis candidatis a singulis suffragatoribus exponentur, quaenam discussionis fuerit conclusio ; quinam tum in primo scrutinio, tum in secundo (si fiat) fuerit exitus, et quidnam specialius iuxta art. 17 fuerit dictum.

19. Antistites a conventu ne discedant, antequam ab Episcopo Secretario lecta fuerit relatio ab eodem confecta circa nomina proposita, candidatorum qualitates et obtenta suffragia, eamque probaverint.

20. Actorum exemplar ab Archiepiscopo, a Praesule a secretis et a ceteris Episcopis praesentibus subsignatum, quam tutissime ad Sacram hanc Congregationem per Nuntium Apostolicum mittetur. Acta vero ipsa penes Archiepiscopum in Archivo secretissimo S. Officii servabuntur, destruenda tamen post annum, vel et am prius, si periculum violationis secreti immineat.

21. Post haec, fas tamen semper erit Episcopis, tum occasione propositionis candidati tum vacationis alicuius sedis, praesertim maioris momenti, litteras Sacrae huic Congregationi vel ipsi SSmo Domino conscribere, quibus mentem suam circa personarum qualitates sive absolute, sive relate ad provisionem dictae sedis, patefaciant.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 19 martii 1921.

f$j G. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

II

BRIXINEN.

DECRETUM

QUO DIOECESIS BRIXINENSIS A PROVINCIA ECCLESIASTICA SAL1SBURGENSI SEPARATUR ET APOSTOLICAE SEDI IMMEDIATE SUBIICITUR.

Quam iura et officia quibus dioecesis Brixinensis, qua suffraganea,: erga metropolitanam sedem Salisburgensem adstringitur, in praesenti rerum conditione nonnullis difficultatibus sint obnoxia, Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV, suppleto quatenus opus sit quorum intersit consensu, dioecesim Brixinensem a iure metropolitico Archiepiscopi Salisburgensis absolvendam decrevit.

Quapropter, in exsecutionem apostolici mandati, Saera haec Congregatio Consistorialis, vi praesentis decreti, dioecesim Brixinensem *k* provincia ecclesiastica Salisburgensi separat et Apostolicae Sedi immediate subiectam constituit. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 25 aprilis 1921.

•)$(C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. g* S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

III

DECRETUM

CIRCA DENOMINATIONEM EPISCOPI ET DIOECESIS PRINCIPIS ALBERTI

Ssmus D. N. Benedictus PP. XV, de consulto Emorum S.Congregationis Consistorialis Patrum, benigne disposuit, ut Episcopus *pro tempore* Principis Alberti posthac denominatur «Episcopus Principis Alberti et Saskatoonensis », quo titulo etiam dioecesis condecoretur.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 30 aprilis 1921.

£g C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor,*

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis S. Congregatioois Consistorialis, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur Ecclesias de proprio pastore providit, nimirum :

9 aprilis 1921. — Titulari episcopali Ecclesiae Clismatensi praefecit R. D. Paulum Rémond, presbyterum Bisuntinum;

30 aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Corporis-Christi, R. D. Emmanuelem Ledwina, urbanum Antistitem.

V

NOMINATIONES

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV nominavit:

15 ianuarii 1921. — R. P. D. Maximilianum Novelli, Episcopum titularem Andrapanensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Collensis;*

28 februarii. — R. P. D. Andream Masera, Episcopum tit. Himeriensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Liburnensis;*

16 martii. — R. P. D. Antonium Galati, Episcopum Oppidensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Hieracensis ;*

21 martii. — R. P. D. Franciscum Mostyn, Archiepiscopum Cardiffensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Meneviensis, ad nutum Sanctae Sedis;*

1 aprilis. — R. P. D. Carmelum Pujia, Archiepiscopum Sanctae Severinae, *Administratorem Apostolicum dioecesis Cotronensis ;*

2 aprilis. — R. P. D. Fortunatum Farina, Episcopus Troianum, *Administratorem Apostolicum dioecesis Fodianae.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS *N.*

TRANSLATIONIS MISSARUM

Die 19 ebruarii 1921

QUAESTIO. - Revmus Ordinarius dioecesis *N.* quaerit utrum, post Codicis can. 838 promulgationem, abrogata censenda sit, ad normam <?an. 6 § 1, lex Conciliaris ecclesiasticae provinciae ad quam perline in qua haec edicuntur: « Nominatim prohibemus Missas celebrandas « dare extra uniuscuiusque dioecesis ambitum absque Ordinarii per- « missione ». Sunt enim qui opinentur - ait Ordinarius - legem hanc Conciliarem potius *praeter,* quam contra can. 838 aliquid statuere, determinando videlicet conditiones facultatis can. 838 indeterminate collatae; verum haec ratio a pluribus reiicitur, nec facile constat quid in hac re practice tenendum sit.

ANIMADVERSIONES. - Exploratum hodie apud omnes est potestatem legislativam Episcoporum huc pertinere ut legibus suis quasi perficiant quod ius commune reliquerit minus definitum et sancitum, ita ut nihil ab ipsis contra ius commune vel eius directionem statui possit. « Inde quoque sequitur, - ait Wernz, *Ius Decretalium,* II, n. 756, - « Episcopos suis legibus nihil posse prohibere quod iure communi « *expresse et indubitanter* est permissum, nisi ipsi sacri canones id eis « aperte concedant ».

Quod valet etiam de decretis Concilii provincialis, quae non sunt nisi leges communes plurium Episcoporum. Namque approbatio S. Sedis, quae mere condicio est legitimae promulgationis, nullam positivam S. Sedis auctoritatem ad ista decreta superaddit (cfr. Bened. XIV, *de syn. dioec,* 1. III, e. 3, n. 3; Lucidi, *Vis. SS. Lim., I,* n. 157).

Iam vero can. 838 haec clara verba habet: « Qui habent Missarum « numerum de quibus sibi liceat libere disponere, *possunt* eas tribuere « sacerdotibus sibi acceptis, dummodo probe sibi constet eos esse omni « exceptione maiores, vel testimonio proprii Ordinarii commendatos ». Quibus verbis apertissime conceditur facultas tradendi stipendia etiam extra dioecesim, si certae condiciones observentur, inter quas non repe-

ritur permissio Ordinarii proprii transmittentis, sed sola commendatio Ordinarii sacerdotum quibus Missae celebrandae traduntur, si non sint bene noti transmittenti.

Ac verba canonis seu condiciones istas fuisse accurate ponderata, inde colligere possumus, quod, iam ante Codicem, S. Sedes, per hanc S. Congregationem, materiam istam secundum exigentias boni communis ordinavit. Praecipue alleganda sunt decr. *Ut debita,* 11 maii 1904, 5° et 6° et *Recenti decreto,* °*21* maii 1907.. Priore decreto, n. 5°, sancitur *libertas* tribuendi stipendia « praeter quam proprio Ordinario aut S. Sedi, « sacerdotibus quoque sibi benevisis » ; altero decreto, inconsideratis transmissionibus occurrere volens, S. C. postulavit interventum Ordinarii, non tamen proprii transmittentis, sed sacerdotis cui Missae committuntur. Dixeris ergo studiose, in istis decretis, vitatam esse necessitatem licentiae proprii Ordinarii transmittentis, quae tamen necessitas uno ictu abusus quibus occurrendum erat, semel statuta prorsus abstulisset.

Cuius praetermissionis ratio haec facile dari potest. Prudenti stipendiorum transmissione opportunissima caritas exerceri potest erga indigentes sacerdotes vel. ecclesias aliarum regionum. In praesenti non desunt dioeceses, ubi, sine subsidio huius generis, non pauci ad veram egestatem redacti forent. Proprius autem Ordinarius de operibus suae dioecesis fovendis et extendendis ita solet esse sollicitus, ut condicio eius licentiae prius obtinendae huiusmodi transmissionibus, absque ullo discrimine constituta et praescripta, non parvum rei obstaculum practice opponeret.

Si autem in aliquibus adiunctis, necessitas peculiaris dioecesis exigere videatur ut stipendia extra dioecesim non efferantur, poterit per indultum S. Sedis, ad petitionem singulorum Ordinariorum, huic necessitati pro circumstantiarum diversitate provideri.

Haec dicta sint de generali dispositione qua exigatur condicio licentiae proprii Ordinarii pro transmissione stipendiorum extra dioecesim. Quae non tantum iuri Codicis sed etiam iuri superiori, ut decretis S. Congregationis initio huius saeculi est sancitum, contradicere, simulque non solum *praeter* sed vere *contra* canones esse, demonstratur. - Sed praetereunda non est specialis auctoritas quam in certa stipendia possidet Episcopus ex iurisdictione et alta administratione quae ei competit respectu multarum ecclesiarum et locorum piorum. Stipendia enim dari vel iegari possunt tum personis tum locis, in priore casu, sacerdos libere utetur iure sibi concesso can. 838. In altero casu, rector ecclesiae vel loci pii subiecti Ordinario, loci normas ab Ordi-

nario praescriptas in transmittendis stipendiis quae exubérant observare debebit.

Ad hanc normam, responsio danda proposito dubio videtur, salvo etc.

RESOLUTIO. - In plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 19 februarii 1921, ad propositum dubium videlicet: *An et quomodo dispositio Concilii Provincialis* N. *sustineatur in casu,* Emi ac Rmi Patres respondendum censuerunt:

« Quoad Missas fundatas, vel ad instar manualium, vel manuales « datas intuitu Causae piae, *affirmative;* in reliquis servetur can. 838 « Codicis Iuris Canonici ».

Quam resolutionem, referente postmodum infrascripto S. Congregationis Secretario, Ssmus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. PP. XV approbare et confirmare dignatus est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIO CONSTITUTIONUM

Decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV:

10 aprilis 1921. — Instituti Sororum « Figlie della Carità del Preziosissimo Sangue » vulgo nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Nucerina Paganorum sita est, *Constitutiones definitive approbavit;*

— Congregationem Filiarum ab Immaculata Conceptione B. M. V., cuius domus princeps in archidioecesi Rheginensi sita est, *approbavit, itemque eius Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

SAGIEN.

DECRETUM CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI MARGARITAE A LOTHARINGIA MONIALI PROFESSAE SECUNDT ORDINIS S. FRANCISCI BEATAE NUNCUPATAE.

Regali ex progenie piisque parentibus Friderico de Lotharingia, Valdemontii comite, et Iolanda, Renati Andegavensis, Siciliae regis, filia, -ortum duxit, anno 1463, Margarita de Lotharingia, Alenconii ducissa, vidua et monialis professa Ordinis Sanctae Clarae. Ab infantia religione bonisque moribus imbuta, tredecim vix annos agens, modestiam, obedientiam, ad ea quae Dei sunt amorem, aliasque dotes super aetatem ostendit. Valde delectabatur lectione de, vitis Sanctorum, ut a terrenis et caducis ad caelestia et aeterna animum elevaret, simulque ut sanctitatis et iustitiae vias rectas, omnibus vitae suae diebus tenendas, addiscere et sequi valeret ad scholam sanctae Elisabeth a Turingia, sibi consanguineae, de quo gloriabatur, cuius ideo in omnibus exempla plene imitari sibi proposuerat. Renato Valesio, Alenconii duci, nuptui data, pristinam vivendi rationem servavit. A mundanis vanitatibus et a muliebri ornatu minus modesto aliena, divino cultui assidue vacans, 'pietatem Coluit ad omnia utilem, suo insimul sponso fide et amore •coniunctissima. Quapropter in *Annalibus perpetuis Tertii Ordinis S. Francisci,* in eius laudem legitur: « Sponso gaudente tam eximiam nactam « esse sponsam, populi laetabantur praeclarum adeo virtutis exemplum « ipsis exhiberi ». Quatuor vero post annos totidemque menses, quum suo fuerit viduata sponso, duo difficilia eaque-gravia, mulier fortis ac divinae sapientiae documentis plena, resumere, ex seipsa, debuit munia, educationem, nempe, filiorum suorum Caroli, Franciscae et Annae, et ipsius ducatus regimen, quoadusque filius eius pupillares transiisset -annos. Filios enim, in fidem et tutelam Deiparae Immaculatae iam commissos, sub huius potenti patrocinio, sanctis suis exemplis religionisque regulis plene informavit, quod materne ^studioseque perfecit optima mater familias, usquedum eos in nobilem sibique condecentem collocasset statum. Carolum revera, quem rex Galliae suis exercitibus praeposuit, functiones et rem supremi militiae praefecti gerentem. Margaritae Valesiae, Francisci I sorori, in sponsum tradidit: Franciscam in

matrimonium collocavit cum Francisco Aurelianensi, duce Longavillaeo, quo defuncto absque prole, in secundis nuptiis tradidit Carolo Borbonio, duci Vindocinensi, ex quo coniugio prodiit Antonius Borbonius, rex Navarrae et Henrici Magni pater; Annam vero, natu minorem, coniugem dedit Guilelmo Palaeologo, Montisferrati Marchioni, cuius filia in uxorem transiit Friderici, Mantuae Ducis. Placet hic referre unum ex monitis, quae scripto dedit Margarita filio Carolo: « Deum ama, carissime, super «omnia, nec tantum cupias cum illo vivere, sed etiam mori pro illo: « gloria Principum non consistit in eo quod populis imperent, sed in « divinae voluntatis executione ». in obeundo tamen ducatus regimine, quod per viginti et amplius tenuit annos, singularem in omnibus rebus prudentiam, religionem eximiam, eminentem iustitiam demonstravit, maximamque pariter caritatem ad aegrotos quoslibet, eos suis manibus et flexis genibus curans et ad pauperes, quos « dominos suos » peramanter vocabat, in quorum etiam beneficium, tertiam suorum bonorum partem dispensabat. Publicis quoque et operibus memorandis, in bonum suorum populorum, gubernium suum ditavit, quum, aliam suorum bonorum tertiam partem in iis quae Dei sunt impendens, plurima monasteria, nosocomia, capellas et ecclesias erexerit ac dotaverit. Vere post tanta, £[uae gloriose gessit, facinora, perfectum populorum rectoribus exemplar praebuit. A regendo principatu tandem libera, primum Tertio Ordini S. Francisci nomen dat, deinde monasterium Sanctae Clarae Argentomagi ab ipsa conditum et reditibus ditatum, prompto laetoque animo ingreditur, ubi, tyrocinio rite peracto, solemnia nuncupat vota. Quae sunt exposita, ex actis processualibus eruuntur: in quibus mirifice eius virtutes fusiori calamo descriptae exhibentur, fides, spes, caritas, humilitas et obedientia, continentia et castitas atque corporis ieiuniis, vigiliis aliisque castigationibus maceratio. Unde memorata *Annalia* franciscana summatim haec docent: « B. Margarita de Lotharingia, eo nobilior fuit, « quo splendorem maiorum amplificavit; non eluxit luce aliena, sed pro« pria; quin imo, consanguineos et aniñes illustriores effecit suis eximiis « virtutibus ». Tandem Dei Famula lethali morbo afflicta et ad extremum redacta, voce et fletu, a sororibus religiosis aliisque circumstantibus petita venia, sanctisque morientium sacramentis refecta, in osculo crucis Domini animam exhalavit, in nocte diei 2 novembris, anno 1521, aetatis quinquagesimo octavo. Post solemnes exsequias, eius corpus tumulatum fuit in ecclesia eiusdem monasterii Clarissarum Argentomagi quod Margarita aedificaverat. Interim fama sanctitatis suae vitae, virtutum et miraculorum Servae Dei in vita et post obitum diffusa et propagata, potissimum cum cultu publico et ecclesiastico eidem exhibito coniuncta,

ita constans et fulgida apparuit, ut super ea et speciatim super cultu ab immemorabili tempore praestito, seu casu excepto a decretis urbanianis, Processus Informativus, ordinaria auctoritate, in ecclesiastica curia Sagiensi confectus sit, compluribus documentis, monumentis et testimoniis communitus. Quo una cum sententia favorabili, die vigesima sexta martii anno millesimo nongentesimo nono, absoluto et Romam ad sacram Rituum Congregationem delato, revisis etiam scriptis Servae Dei ad normam decretorum diei 11 novembris 1912 et 31 ianuarii 1913, instante Rmo P. Francisco Maria Paolini, Ord. Fr. Minorum tunc causae Postulatore, ab eadem Congregatione rescriptum fuit die 23 decembris 1914: *Nihil obstare, quominus ad ulteriora procedi possit* Attamen disceptatio ipsius causae, ob calamitosum bellum hucusque protracta est. Nunc, amotis impedimentis, hodierno Ordinis Fr. Minorum Postulatore generali Rmo P. Antonio Maria Santarelli deprecante, attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum Galliae, praeeunte Rmo DEO Claudio Bardel, Episcopo Sagiensi, in cuius dioecesi vixit et obiit Serva Dei, necnon Capitulorum atque Ordinum regularium, speciatim universae familiae Franciscanae utriusque sexus, et imprimis Monialium Clarissarum Alenconiensis Conventus, per beatam Margaritam fundati, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanensis et huius causae Ponens seu Relator, in ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas Aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit : *An sententia a Rmo Iudice, ab Episcopo Sagiensi delegato, lata super cultu ab immemorabili tempore praestito praedictae* Margaritae a Lotharingia, *seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani VIII, sit confirmanda, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, omnibus accurate discussis et perpensis, rescribere rati sunt: *Affirmative, seu sententiam esse confirmandam.* Die 15 martii 1921.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per subscriptum Sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 20, eisdem mense et anno.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

ÜUBL1NEN. SEU ACH AD EN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE AIKENHEAD FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A CARITATE IN HIBERNIA.

Nobilis haec causa orietur tanquam aurora et auspicium illius regni iustitiae et pacis, quod, in humana societate longe lateque perturbatum, nonnisi in Christo recte et ordine instaurari potest, ipsius lege servata qui dixit discipulis suis: « Mandatum novum do vobis: Ut diligatis invi- « cem, sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscent « omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem » (Ioan., XIII, 34-35). « Nec dubitare debemus - ut ait sanctus Leo Papa - «hanc vocem non solum ad discipulos Christi, sed ad cunctos fideles « totamque Ecclesiam pertinere, quae salutare suum in his qui aderant, « universaliter audiebat » *(Sermo 9 de Quadragesima).* Memorati vero regni christianam instaurationem aliquantum fovere ac exorare videtur mulier, huius causae subiectum, quae, evangelica doctrina et caritate lucens et ardens, per se perque Institutum Sororum caritatis a se fundatum, religioni et patriae egregiam navavit ac navat operam. Corcagii, vulgo *Cork,* in urbe Hiberniae, die 19 ianuarii, anno 1787, ex mixtis nuptiis coniugum Davidis Aikenhead, natione Scoti, religione anglicani, et Mariae, gentis Stackpole, fidem catholicam profitentis, nata est infantila cui nomen Maria. Haec mox piae nutrici Mariae Rorke tradita, huius cura, in apposito sacello et ritu catholico, sacro abluta est lavacro. Licet pater, ex pacto impqsito nuptiisque adiecto, filios suos iuxta religionem anglicanam instrui atque educari voluisset, severe vetito quolibet ad sacra catholica eorum accessu, tamen Maria, succrescens apud nutricem usque ad sextum aetatis annum, catholicis imbuebatur Fidei mysteriis morumque praeceptis. Quam institutionem, ut in posterum prosequeretur, cum domum redire debuit, eandem nutrix comitata est; atque in assumpto munere pias foeminas, nempe puellae avam et cohabitantem amitam O'Gorman habuit adiutrices. Quapropter Maria ecclesiam frequentare, verbum Dei audire, incruento sacrificio Missae aliisque sacris ritibus ac supplicationibus adesse potuit. A catholica

fide palam profitenda puellam vehementer deterrebat patris dilectissimi amor et reverentia; qui, haeresi firmiter addictus, eidem filiam adversari minime patiebatur. Tnde puellae acerba interior luctatio, quam nihilominus, Deo iuvante, felici successu superavit Maria, tum audito Evangelio super diversa sorte divitis Epulonis et pauperis Lazari, tum ex libris catholicis ab amita acceptis et avide lectis, tum a magistris et sacerdotibus eam de vera religione docentibus, tum demum e ritibus et caeremoniis, quibus intererat, sacrosancti Missae sacrificii. Hisce omnibus intime perculsa, paternis erroribus abiuratis, fidem et religionem catholicam, apostolicam, romanam, de qua scriptum est: « Ubi Petrus, ibi Ecclesia», constanter sequi usque ad obitum statuit ac deliberavit, eamque solemni ritu professa est, die 6 iunii anni 1802, coram idoneis probatisque viris testimonium ferentibus. Die 29 iunii eiusdem anni ad sacram synaxim accessit, et die 2 iulii a Rmo D. Francisco Moylan Episcopo Gorcagiensi sacro chrismate confirmata fuit. Anno superiori David pater eius, uxoris pietatis exemplis permotus, eiusdemque conquerentis afflictionibus, eo quod se videret divisam fore a dilecto coniuge separatione perpetua ob diversam religionem, divina opitulante gratia et morte appropinquante, sacerdotem catholicum acciri iusserat, a quo de vera Christi fide ac lege convenienter instructus, haeresi rite abiurata sanctisque sacramentis recreatus, in obedientia Sedis Apostolicae, in amplexu matris Ecclesiae et in osculo Domini quieverat in pace. Tnde apparuit Mariae industria, pietas, diligentia et fratrum natu minorum cura, assidua oratio ac meditatio, quotidiana rosarii mariani recitatio atque ad sacram synaxim frequentia. In pauperibus autem sublevandis eius caritas eluxit: sibi enim adscitis in socias piis foeminis, domina Caecilia Lynch et postea divite et nobili matrona Anna Maria O'Brien, per quadriennium, ab anno 1808 ad annum 1812, Dublini et Corcagii, una cum illis domus et nosocomia aegrotantium atque hospitia puellarum et orphanorum perlustrabat atque cibos, vestes, medicinas aliaque subsidia et solatia suppeditabat in salutem corporis et animae, sub moderatoribus Rmo D. Francisco Moylan Episcopo Corcagiensi, Rmo D. Florentio Mae Carthy, eiusdem coadiutore et Rmo D. Daniele Murray, postea Dublinensi archiepiscopo; quos etiam adhibuit consiliarios et duces in paranda via Domini ad vitam et perfectionem religiosam amplectendam. Anno 1810 Dei Famula, Clarissarum sanctimonialium in sacello, adstitit religiosae professioni dominae Caeciliae Lynch. Tunc praelaudatus Rmus Daniel Murray mentem suam aperuit de domo Dublini instituenda religiosarum a caritate atque, accedente consona sententia R. D. Patricii Everard, col-

legio urbis *Maynooth* praepositi, postea Cassiliensis archiepiscopi, Maria, horum consiliis plenissime adhaerens, adiuncta sibi socia Alicia Walsh, ambae Eboracum petierunt, ut ad religiosam vitam in domo sodalitatis Virginum Anglicarum illic fiorente instituerentur. Per triennium, sub directione tyronum magistrae et praepositae, regulas religiosae familiae laudabili diligentia et fervore observarunt. Interim Famula Dei, caelesti ope implorata, novae sodalitatis condendae appositisque regulis muniendae, curam et operam primo suscepit. In Hiberniam reversae ipsa Maria Aikenhead et eius socia Alicia Walsh, tria religiosa vota paupertatis, castitatis et obedientiae prius ad annum, die 1 septembris anni 1815, dein anno sequenti, die 9 decembris, in perpetuum ediderunt coram Rmo D. Daniele Murray, qui a Sancta Sede rescriptum ad hoc impetraverat, simul indito nascenti sodalitati nomine: « Sororum Hibernensium a caritate ». Regulis deinde plurium institutorum iam approbatorum examinatis, ac tanquam minus fini sibi proposito convenientibus reiectis, quod diu frustra quaesivit, anno 1821 invenit in iis regulis quas R. P. Robertus Salingerus S. I. opere triennali miraque prudentia ex eiusdem Societatis Constitutionibus elaboraverat. Has enim regulas, utpote formam illam quam perfectissime exprimentes, quam ipsa **ianiT** pridem mente conceperat, Famula Dei enixe Sororibus ac filiabus suis commendavit observandas. Prima eiusdem sodalitatis domus, suadente ipso Rmo D. Daniele Murray, Dublini, in via dicta North William Street est constituta cum asylo puellarum periclitantium, Dei Famula praeside. Exinde, auctis in sustentationem Sororum et pauperum subsidiis, plures domus, nosocomia atque hospitia Sororum curis commissa sunt in urbibus ac locis tum insulae Hiberniae tum proximae Angliae. In his infirmi, orphani, pueri atque puellae eximiam Sororum experti sunt utilitatem et caritatem, praeeunte ipsarum moderatrice Dei Famula, quae prudentia, fortitudine et suavitate, nonnulla humanae invidiae et malitiae obstacula invicte superavit. Totis enim viribus adlaboravit, ut Sororum ac domorum necessitatibus, iuribus ac bonis tam temporalibus quam spiritualibus, prospiceret, sive per praesentiam sive per epistolam agens cum magistratibus, cum sacrorum Antistitibus, cum ipsis consodalibus domorum praepositis. Gravi et chronico morbo usque ab anno 1831 correpta, in cubiculo, in lecto, in subsellio (ut plurimum) quiescere coacta, quantum potuit, optima mater filias suas earumque officia et ad virtutem progressus, affectu et opere constanter prosequuta est. Inter aerumnas et afflictationes, Maria Aikenhead grata consolatione et laetitia fuit recreata per decreta, quibus Summus Pontifex Gregorius XVI fel. rec. anno 1833 regulas Instituti definitive probavit,

atque anno 1836 benigne concessit ac statuit, ut simplicia Sororum vota vim obtinerent perpetuam. Tandem, virtutibus clara et peculiari devotione in Iesum Christum Crucifixum atque in Deiparam Virginem Mariani fervens, diuturno morbo ingravescente, omnibus decedentium Ecclesiae sacramentis roborata, inter Sorores et filias sibi carissimas piissime obiit die 22 iulii anno 1858, aetatis septuagesimo secundo, religionis quadragesimo sexto, regiminis quadragesimo tertio. Postera die, Dei Famulae corpus e domo Sororum ad templum in *Donnybrook* delatum est; atque exsequiis solemniter persolutis, in crypta coemeterii conditum quiescit, marmorea inscriptione apposita sepulcro, in memoriam et laudem defunctae. Sacra funebria Mariae Aikenhead a testibus oculatis aequiparata fuerunt, ob solemnitatem et concursum populi, illis celeberrimis Danielis O'Connell: ambo sic honorati quia filii, amici et benefactores Hiberniae! - Interim fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, in vita et post obitum Servae Dei diffusa per Hiberniam, Angliam, Australiani aliasque regiones, adeo in dies usque in praesens increvit, ut Processus Informativi ordinaria auctoritate super ea confecti sint et Romam ad sacram Rituum Congregationem transmissi. Quum vero, iuris ordine servato, revisis etiam scriptis Servae Dei, nihil obstet quominus ad ulteriora procedi valeat et omnia in promptu sint, instante Rmo Dno Hugone Descufii, e pontificii sacelli capellanis, causae postulatore, qui in hoc munere nuper suffectus est R. P. D. Alfonso Carinci, Patriarchalis Basilicae Liberianae Canonico et S. R. C. Protonotario Apostolico de numero participantium, attentis litteris postulatoriis quorundam S. R. E. Cardinalium ac plurium Archiepiscoporum et Episcoporum Hiberniae, Angliae, Americae Septentrionalis et Centralis, Asiae et Africae, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, huius causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres, post relationem eiusdem Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus sedulo discussis et perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 15 martii 1921.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per subscriptum Sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens,

propria manu signare dignata est Commissionem introductionis causae Servae Dei Mariae Aikenhead, Fundatricis Instituti Sororum a caritate in Hibernia, die 20, eisdem mense et anno.

£B A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. O. Praefectus.

L. * S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

5 aprilis 1921. — *Vicarius apostolicus Trichurensis* R. D. Franciscus Vazhapilly.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIUM

CIRCA FACULTATEM ABSOLVENDI CENSURAS RESERVATAS IUXTA TENOREM BULLAE CRUCIATAE PRO LUSITANIA.

Episcopus Egitaniensis sequens dubium proposuit:

« Vi Bullae Cruciatae, die 31 decembris 1914 nationi Lusitanae con-« cessae, indulgetur "ut omnes absolvi in foro conscientiae possint a « quovis contessano a peccatis et censuris quibuscumque et quocum-« que modo *etiam speciali* reservatis a iure vel ab homine, ita ut sic « absoluti non teneantur deinde recurrere ad alium quemcumque supe-« riorem. „

« Quaeritur utrum tale indultum, post promulgationem Codicis Iuris « Canonici, facultatem faciat absolvendi etiam a censuris *specialissimo «modo* Sedi Apostolicae reservatis?»

Sacra Poenitentiaria, re mature perpensa, respondendum censuit: *Ad dubium prout proponitur, negative; posse tamen etiam in hisce casibus absolutionem, ceteris paribus, peti atque impertiri vi et ad praescriptum can. 2254.*

Quam responsionem ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore in audientia diei 15 aprilis 1921 Sanctissimo Domino Nostro Benedicto divina Providentia Papae XV relatam, Sanctitas Sua approbare dignata est.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 21 mensis aprilis 1921.

O. CARD. GIORGI, *Poenitentiarius Maior.*

L. ^ S.

F. Borgongini Duca, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

BOGOTEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SUARBZ-EDMUNDSON)

Die 5 aprilis 1921

Cum constet Dnum Georgium Edmundson, in hac causa conventum, reperiri non posse, per praesens edictum eundem citamus ad comparendum die septima iulii 1921, hora decima, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo Dataria) coram Nobis ad depositionem faciendam iuxta interrogatoria eidem proponenda in causa nullitatis matrimonii a D. losepha Suarez introducta apud H. S. T.

Quod nisi compareat die et hora designatis, contumax habebitur et in causa hac, eo absente, procedetur ad ulteriora.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco Domini praefati, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione pars conventa moneatur.

Franciscus Solieri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 13 aprilis 1921.

T. Tani, *Notarius.*

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par édit

BOGOTEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SUAREZ-EDMUNDSON)

Le 5 avril 1921

Puisqu'il conste que Monsieur George Edmundson défendeur eii cette cause, ne peut être trouvé, Nous citons, par le présent édit, le même défendeur à comparaître par propre personne devant Nous, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, num. 94) le 7 juillet 1921, à 10 heures du matin, pour faire sa déposition sur les questions qui lui seront posées dans la cause en nullité de mariage, introduite par Mad. Josephine Suarez.

Si Mr Edmundson ne paraîtra pas le jour et à l'heure indiqués, on le considérera comme contumace, et on poursuivra le procès en son absence.

Les Ordinaires des lieux, et les fidèles, ayant connaissance du domicile'ou de la residence du dit défendeur, doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

François Solieri, *Portent.*

Donné à Rome, le 13 avril 1921.

T. Tani, *Notaire.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 5 aprile 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Francesco da Camporosso, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.

Martedì 26 aprile 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Maria Michela del Santissimo Sacramento, Fondatrice dell'Istituto delle Ancelle del SSmo Sacramento e della Carità, di Valencia.

S. CONGREGAZIONE « PRO ECCLESIA ORIENTALI »

AVVISO DI CONCORSO

È aperto presso la S. C. pro Ecclesia Orientali il concorso per la provvista di un ufficio di minutante.

I sacerdoti che desiderassero prendervi parte dovranno esibire alla Segreteria della medesima S. C, entro un mese dalla data del presente avviso, la domanda corredata delle opportune generalità e del « nulla osta » del rispettivo Ordinario.

È richiesta per l'ammissione al detto concorso la laurea in S. Teologia e in Diritto Canonico.

È poi in facoltà dei concorrenti presentare quei titoli che possono comprovare la loro capacità all'ufficio in parola.

A suo tempo verranno stabiliti i giorni in cui avrà luogo il concorso.

A titolo d'informazione per i sacerdoti che volessero concorrere, si avverte:

1) che il concorso consisterà in due prove scritte, delle quali una in lingua latina, l'altra in italiano;

2) che i temi verseranno specialmente sulla Teologia Morale e sul Diritto Canonico;,

3) che si terrà in particolare considerazione la conoscenza delle lingue estere;

4) che i concorrenti non dovranno eccedere l'età di 35 anni compiuti.

Roma, dalla S. C. pro Ecclesia Orientali, 18 aprile 1921.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

8 aprile 1921. L'Emo sig. Card. Teodoro Valfré di Bonzo,• *Membro della Sacra" Congregazione dei Bili.*

12 » » Mons. Francesco Morano, *Prelato Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

13 » » L'Eolo sig. Card. Guglielmo Van Rossum, *Protettore dell'Opera del Santuario di Patrasso.*

15 » » L'Erao sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore della Congregazione delle Suore della Natività di Nostra Signora del Terz'Ordine Regolare di S. Francesco, di Barcellona.*

21 » » L'Emo sig. Card. Augusto Sil.j, *Pro lettore delle Suore delle Pie Operaie Concezioniste, di Ascoli Piceno.*

27 » » Mons. Giovanni Battista M. Menghini, Maestro delle Cerimonie Pontificie; il Rmo P. Arturo Vermeersch, della Compagnia di Gesù; il Rev. D. Andrea Jullien, della Procura di S. Sulpizio, *Consultori della Sacra Congregazione del Concilio.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

19 aprile 1921. Mons.
» » » Mons.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

4 aprile 1921. Mons.
11 » » Mons.

Prelati Domestici di S. S.

8 marzo 1921. Mons.
9 » » Mons.
16 » Mons. Antonio Antonelli, dell'archidiocesi di Amalfi.
17 » Mons.
» * Mons.
» » » Mons.
» Mons.
» » Mons.
» » » Mons.
» » » Mons.
30 » » Mons. Giovanni M. Martin, dell'archidiocesi di Rennes.
» » » Mons. Pietro M. Sourdin, della medesima archidiocesi.
4 aprile » Mons.
» » Mons.
» » » Mons.
23 » » Mons.
» » » Mons.
» » » Mons. Francesco P. Me Hugh, della medesima diocesi.
» » Mons.
14 » » Mons.
19 » Mons.
lentino.
20 » » Mons.
22 Mons.

ONORIFICENZE

COQ Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

3 aprile 1921. Al sig. Emilio Reuter, presidente del Governo del Lussemburgo.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

3 aprile 1921. Al sig. Augusto Lisch, direttore generale della Giustizia e dei Lavori Pubblici nel Lussemburgo.
8 » » Al sig. conte Carlo De Germiny, dell'archidiocesi di Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

30 marzo 1921. Al sig. Alfonso N. Bourget, della diocesi di Fall-River.
5 aprile » Al sig. Elia Sacazan, della diocesi Melchita di Tiro.
8 » » Al sig. Carlo Erix, dell'archidiocesi di Malines.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

8 aprile 1921. Al sig. barone Gastone Van de Werve et de Schilde, dell'archidiocesi di Malines.
12 » » Al sig. barone Enrico Del vaux de Fenffe, della diocesi di Liegi.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

3 aprile 1921. Al sig. Gianfrancesco Colnet D'Huart, maresciallo di Corte nel Lussemburgo.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 febbraio 1921. Al sig. ing. Dionisio Velasco y Castilla, dell'archidiocesi di Avana.
15 marzo » Al sig. conte Emiliano Avogadro di Collobiano e Della Motta, della diocesi di Biella.
29 » » Al sig. Giovanni Francesco Simeone Dugal, dell'archidiocesi di Québec.
31 » •» Al sig. cav. Giuseppe Alessandri, di Roma.
1 aprile » Al sig. Giuseppe Mercier, dell'archidiocesi di Québec.
» » , » Al sig. Beniamino I. Bennet, della medesima archidiocesi.
2 » » Al sig. Adolfo Seelisch, dell'archidiocesi di Colonia.
5 » » Al sig. dott. Alfredo Eid, della diocesi melchita di Tiro.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

3 aprile 1921. Al sig. capitano Emilio Speller, aiutante di campo della Corte del Lussemburgo.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 aprile 1921. Al sig. Giuseppe Narciso Miller, dell'archidiocesi di Québec.
» » » Al sig. Carlo Achille Langlois, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Napoleone Gastonquai, della medesima archidiocesi.
8 » » Al sig. Francesco Giuseppe Ludovico M. van Waesberghe, della diocesi di Breda.
15 * » Al sig. Pietro Van der Putt, della diocesi di Bois-le-Duc.
16 » » Al sig. Gaspare Enrico Vroom, dell'archidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Pietro Sweens, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Al sig. Ludovico Giovanni Giuseppe Foissin, dell'archidiocesi di Algeri.
21 » » Al sig. Giuseppe Travaglio, della diocesi di Fossano.
» » » Al sig. Pietro Domenico Chiappella, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

3 aprile 1921. Al sig. tenente Edmondo Miller, aiutante di campo della Corte di Lussemburgo.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa: «

2 aprile 1921. Al sig. Giuseppe Napolitano, dell'archidiocesi di Napoli.
8 » » Al sig. Secondo Dutari Rodríguez, della diocesi di Cordoba nella Republica Argentina.
18 » » Al sig. lad Allah Iacir, di Betlemme.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

10 aprile 1921. Al sig. Giuseppe Malipiero, della diocesi di Padova.
16 » » Al sig. avv. Paolo Lancellotti, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S S. •

1 aprile 1921. Mons. Sante Peviani, della diocesi di Lodi.
5 » » Mons. Raffaele Baralli dell'archidiocesi di Lucca.
6 » » Mons. Francesco Cancio, della diocesi di Portalegre (Portogallo).
» » » Mons. Francesco Arturo Corvalho (Indie Orientali).
» » » Mons. Giuseppe Debevee, della diocesi di Lubiana.
» » » Mons. Giuseppe Dostal, della medesima diocesi.
11 » » Mons. Nicodemo Cento, della diocesi di Gerace.
» » » Mons. Liberato Tosti, di Roma.
12 » » Mons. Carlo Alessandro Leimbach, della diocesi di Fulda.
» » » Mons. Emilio Festädt, della medesima diocesi.
» » » Mons. Emilio Atzert, della medesima diocesi.
» » » Mons. Vittorio Thielemann, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giuseppe Grivetti, di Roma.
13 » » Mons. Vittorio Belleno, dell'archidiocesi di Genova.
19 » » Mons. Emmanuele Carrera Sanabria, dell' archidiocesi di Siviglia.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

1 aprile 1921. Il sig. Alfredo de' conti Lazzarini, della dioc. di Macerata.
11 » » Il sig. Adolfo Wesmael, della diocesi di Namur.
19 » » Il sig. marchese Giovanni Siciliano di Rende, (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

21 febbraio 1921. Mons. Jodocus Verdurmen, della diocesi di Breda.
5 *aprile* » Mons. Emanuele Emiliano Dupraz (Svizzera).
6 » » Mons. A. lohn, dell'archidiocesi di Madras (Indie Orientali).
9 » » Mons. Augusto Ranieri, della diocesi di Porto e S. Rufina.
19 » » Mons. Fourier Bonnard, (Roma).

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

12 novembre 1920. Mons. Giovanni Simatovió, dell' archidiocesi di Zagabria.
Il aprile 1921. Mons. Pio Bianco, della diocesi di Lecce.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

4 aprile 1921. Mons. Giuseppe Frañzoni, della diocesi di Caserta.
6 » » Mons. Francesco Cersosimo, dell'archidiocesi di Conza e Campagna.

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S:*

11 aprile 1921. Mons. Vincenzo Riezzo, della diocesi di Lecce.

NECROLOGIO

8 aprile 1921. Mons. Pietro Berruti, vescovo di Vigevano.
» » » Mons. Guglielmo Giuseppe Walsh, arcivescovo di Dublino.
Id » » Mons. Giorgio Enrico Kirstein, vescovo di Magonza.
17 » » Mons. Willibrordo Benzler, arcivescovo tit. di Attalia.
23, » » Mons. Enrico Gabriels, vescovo di Ogdensburg.

Annus XIII « Vol. XIII 1 Iunii 1921 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

.1

VARSAVIENSIS

DIVISIONIS ET CREATIONIS NOVAE DIOECESIS « LODZBNS1S »

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi Domini, qui sese bonum Pastorem appellavit, vestigia sectantes, semper Pontifices Romani spirituali catholici gregis bono consulere sedulo curaverunt. Quum vero ad id assequendum nihil magis proficiat, quam recta catholici orbis dioecesum distributio, Praedecessores Nostri operam dederunt ut novae erigerentur dioeceses iis in locis, in quibus, vel ob auctum fidelium numerum, vel quia regiones ipsae longe lateque patebant, unus tantum Episcopus munus sibi commissum utiliter explere non poterat.

Quum autem archidioecesis Varsaviensis catholicorum numero fre^ quentissima sit et territoriali circumscriptione latissime pateat, expostulatum est ab Apostolica Sede ut quaedam sui territorii partes ab eadem separarentur et in novam dioecesim erigerentur. Quibus precibus, pro opportunitate aptius consulendi christifidelium regimini, annuendum censuimus.

Quamobrem, praehabitis omnibus quae ad rem necessaria erant, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse prae-

sumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, per praesentes litteras, ab archidioecesi Varsaviensi eam partem, quae ad occidentem vergit et dioecesim Wladislaviensem seu Cassiliensem attingit, quaeque tribus constat decanatibus, videlicet Lodzensi, Lanciciensi et Klodaviensi, in perpetuum avellimus et separamus, atque in novam dioecesim erigimus « Lodzensem » nuncupandam, cuius sedem et cathedram episcopalem in urbe *Lodz,* a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, constituimus ; eamque idcirco ad civitatis episcopalis gradum et fastigium extollimus, eidem tribuentes omnia privilegia ac iura, quibus ceterae civitates episcopales iure communi fruuntur. Ecclesiam vero paroecialem s. Stanislai Kostka, ibidem exstantem, ad statum et dignitatem Cathedralis evehimus, simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales Ecclesiae ac earum Antistites iure communi, vel legitima consuetudine gaudent. Quam cathedralem Ecclesiam suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Varsaviensis, illiusque pro tempore Episcopum iuri metropolitico Archiepiscopi Varsaviensis subiicimus.

Iubemus insuper ut quod attinet ad Capituli cathedralis, vel consultorum coetus erectionem, ad Seminarii dioecesani institutionem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura ac onera, aliaque huiusmodi, rite serventur quae sacri canones praescribunt.

Mandamus quoque ut omnia documenta et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, quam primum fieri poterit, a cancellaria archidioecesis Varsaviensis tradantur Curiae novae dioecesis Lodzensis, ut in eius archivo asserventur.

Quousque autem haec nova dioecesis de proprio pastore provideatur, eiusdem regimen dilecto filio Nostro Alexandro, tituli sancti Augustini, S. R. E. Presbytero Cardinali Kakowski, hodierno, ex dispensatione Apostolica, Archiepiscopo Varsaviensi, tamquam Administratori Apostolico, committimus, ipsi tribuentes facultates ac iura omnia quae huic muneri competunt.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, etiam si expressa, specifica, vel individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas

et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Non obstantibus regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Litteris Nostris haberetur, si exhibitae, vel ostensae forent.

Nemini, ergo, quae hisce Nostris Litteris dismembrationis, erectionis, decreti, mandati et derogationis statuta sunt, infringere, vel contraire liceat.

Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die decima mensis decembris, Pontificatus Nostri anno septimo.

©• C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.
S. C. Gonsist. Secretarius.

P. CARD. GASPARRI
a Secretis Status.

. Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

LOGO ^ plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. XXII, n. *66.*

II ' '

SANCTI IOSEPHI COSTARICENSIS

ERECTIONIS NOVAE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE EIUSDEM NOMINIS, NOVAE DIOECESIS ALAJÜELENSIS, NOVIQUE VICARIATUS APOSTOLICI LIMONENSIS.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praedecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, in exercendo maximi Pontificatus officio, Nobis, meritis licet imparibus, divina Providentia commisso, diligentissime curare debemus ut in orbe catholico novae erigantur dioeceses, vel provinciae ecclesiasticae, quum, vel öb auctum in aliqua regione fidelium numerum, vel ob alias iustas causas id expedire in Domino visum fuerit.

Cum itaque bo. me. Ioannes Gaspar Stork, quondam Episcopus Sancti Iosephi Costaricensis, ab Apostolica Sede postulasset ut nova ecclesiastica provincia in Republica Costaricensi erigeretur, quumque vota haec suffragio venerabilis fratris Ioannis Maren eo, Archiepiscopi Edesseni et Apostolici in America Centrali Internuntii, fulcita essent, atque novae provinciae ecclesiasticae erectio rei catholicae in ditione illa perutilis videretur, Nos oblatis precibus annuendum censuimus.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, Apostolicae potestatis plenitudine, quae sequuntur decernimus^

In primis hodiernam dioecesim Sancti Iosephi de Costarica, universam Rempublicam Costaricensem complectentem, a metropolitico iure archiepiscopalis Ecclesiae Guatimalensis absolvimus et eximimus,

Dein totum territorium ad eandem dioecesim Sancti Iosephi spectantem in tres distinctas partes dividimus, in quarum prima, quae tres civiles provincias vulgo *S. José, Cartago* et *Heredia* nuncupatas complectitur, antiqua Sancti Iosephi de Costarica dioecesis coarctata manebit; eamque Apostolica auctoritate ad metropolitanae sedis fastigium et dignitatem una cum eius canonicorum Capitulo, idcirco metropolitano nuncupando, perpetuo evehimus et extollimus. In altera autem parte, quae complectitur tres civiles provincias vulgo *Alajuela, Puntarenas* et *Guanacaste,*

novam dioecesim^ *Alajuelensem* nuncupandam, erigimus, erectamque declaramus. In tertia denique parte vicariatum apostolicum, a nomine civilis provinciae, quam ipse complectitur, *Limonensem* nuncupandum, pariter erigimus erectumque declaramus. Hinc civitates *Sancti Iosephi* et *Alajuelae,* e quibus archidioecesis et dioecesis nomen mutuantur, ad civitatis archiepiscopalis et episcopalis fastigium respective extollimus, eisque pleno iure attribuimus et assignamus omnia et singula iura, privilegia et praerogativas, quibus ceterae civitates archiepiscopales et episcopales iure communi fruuntur et gaudent.

Harum autem Ecclesiarum pro tempore Antistitibus tribuimus pariter honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus ceterarum archiepiscopalium et episcopalium Ecclesiarum Praesules iure communi vel legitima consuetudine pollent. Antistitibus igitur Sancti Iosephi Costaricensis ius erit ante se crucem deferendi atque pallio utendi, postquam tamen hoc ab Apostolica Sede in sacro Consistorio rite postulatum et impetratum fuerit.

Quod vero attinet ad dioecesim Alajuelensem, ea omnia quae ad eius regimen et administrationem, ad illius Capituli cathedralis, aut consultorum collegii et Seminarii minoris institutionem ac dotationem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque id genus pertinent, servanda iubemus, quae in hac re sacri canones statuunt.

Ut insuper dioecesis Alajuelensis Praesules dignitatis suae decorem tueri, divini cultus expensis, piis operibus aliisque necessitatibus occurrere valeant, in eorum dotem assignamus et attribuimus taxam, quam vocant « quartam episcopalem », vulgo *arbitrios,* suetas eleemosynas atque alias fidelium oblationes.

Ceterum spem fovemus fideles, in quorum bonum haec dioecesis erecta est, ipsa civili auctoritate praeeunte, subsidia, quae sacrorum Antistiti substentationi et decori necessaria sunt, copiose suppeditaturos.

Volumus vero ut bini delecti iuvenes huius novae dioecesis, pietate ac ingenio praestantes, in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, quamprimum fieri poterit, non intermissa vice mittantur, dioecesis sumptibus alendi.

Ad vicariatum autem Limonensem quod attinet, mandamus ut dependentiae et iurisdictioni S. Congregationis de Propaganda Fide, uti par est, subiiciatur, itemque decernimus ut tum dioecesis Alajuelensis, tum vicariatus apostolicus Limonensis suffraganei sint metropolitanae Ecclesiae Sancti Iosephi de Costarica, in omnibus ad tramitem iuris communis.

Nobis insuper et Apostolicae Sedi facultatem reservamus libere ineundi novam in hac ecclesiastica provincia dismembrationem, quoties id in Domino expedire visum fuerit.

Denique, ad consulendum rectae administrationi novae dioecesis Alajuelensis et vicariatus apostolici Limonensis, praecipimus ut documenta omnia, iura atque acta, quae praefatam dioecesim et vicariatum apostolicum, et clericos ac fideles eorum respiciunt, a cancellaria archidioecesis Sancti Iosephi de Costarica, quamprimum fieri poterit, tradantur respective cancellariae dioecesis Alajuelensis et vicariatus apostolici Limonensis, ut in propriis archivis religiose custodiantur.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem Omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Ioannem Marenco, Archiepiscopum titularem Edessenum, in America Centrali Apostolicum Internuntium, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, facto insuper eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, a data praesentium Litterarum computandos, transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur, in iudicio et extra illud, eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae.

Nemini ergo liceat, quae hisce Litteris Nostris dismembrationis, evectionis, erectionis, subiectionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae statuta sunt infringere,, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anni) Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die decima sexta mensis februarii, Pontificatus Nostri anno septimo.

% C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.
S. C. Consisi. Secretarius

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Leopoldus Capitani, *Reg. subst. ex spec. deleg.*

Loco ✠ plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XXII, n. 32.

III

CAIETANA ET VERULANA.

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIÒNIS

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sedis Apostolicae semper cura fuit pro meliori christifidelium regimine et commodo nonnulla circa dioecesum limites innovare, seu melius ordinare, prout, habita locorum et aliarum circumstantiarum ratione, melius in Domino expedire visum est.

Quum itaque oppidum *Valliscursa,* olim ad dioecesim Fundanam pertinens, elapso vero saeculo, suppressa hac dioecesi, ad Caietanam • adiunctum, iterum iterumque usque ab initio petierit ab ea seiungi et alicui dioecesi in civili Romana provincia uniri, eo quod oppidum ipsum in hac provincia situm sit, et preces suas iustis gravibusque rationibus vallaverit, Nos, auditis interesse habentibus, et omnibus accurate perpensis, de consulto venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis, deque Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua

interesse praesumant, consensu, statuimus ut- oppidum *Valliscursa* ab archidioecesi Caietana dividatur et separetur simulque tribuatur et incorporetur finitimae dioecesi Verulanae, cum omnibus iuribus et obligationibus huius dioecesis propriis.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat se obnoxium evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus dilectum filium Anselmum Gécere, hodiernum Gaietanae archidioecesis Vicarium Capitularem, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, facta eidem obligatione quamprimum mittendi ad eandem Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die vigesima prima mensis martii, Pontificatus Nostri anno septimo.

% C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.
S. C. Consist. Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. B. B. Cancellarius.

Iulius Cam pori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco >i Plumbi.

Reg. in Canc. Ap., vol. XXII, n. 52.

EPISTOLA

AD MICHAELEM S. R. E. CARD. LOGUE, ARCHIEPISCOPUM ARMACHANUM: DE NECESSITATE ET RATIONE PACIS INTRA FINES HIBERNIAE RECONCILIANDAE.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Ubi primum, cum arderet Europa bello, ad hanc Petri Cathedram, arcano Dei consilio, evecti sumus, non ignoras, summa virium contentione id Nos, pro apostolici officii conscientia, persecutus, ut, quoad possemus,

maximis plurimisque mederemur malis, quae tam atrox conflictatio peperisset, et pacem inter homines denuo conciliaremus^Quodsi ad pacem restituendam nihil intentatum reliquimus, hortationes Nostras dolemus irritas haud semel cecidisse. Atqui, ut saepe iam diximus, civitates nec domi nec foris mansura tranquillitate fruentur unquam, nisi ad ea redierint christiana principia quae deseruerunt, quaeque instituto suo tradit Ecclesia. Interea vehementer angimur cum cogitamus, gentes adhuc non paucas earum premi mole miseriarum quae bellum sunt consecutae. Etsi enim arma fere ubique conquievere, ob extremam tamen penuriam rerum, quae ad vitam necessariae sunt, multi omnis sexus atque aetatis, iique innocentes, absumuntur; usquequaque vero, apud nationes etiam quae a certamine victrices discesserunt, ea apparent sollicitudinis atque anxietatis indicia quae optimum quemque futuros casus formidare iubent. In hoc autem aliquantulum consolamur, quod tenuiorum populorum inopiae, ex stipe tam liberaliter undique ad Nos missa, haud semel opitulari potuimus.

At cum omnium fere gentium angimur causa, tum maxime sollicitamur, dilecte fili Noster, condicione Hiberniae, quae, avitae fidei atque observantiae erga Apostolicam Sedem, vel impendio sanguinis, retinentissima, vastitatis hodie et caedium indignitatem patitur. Neque est profecto dubitandum, quin acerbissimi eiusmodi eventus sint magnani partem recenti bello tribuendi, unde nec populorum optatis factum est satis, neque ii pacificationis fructus exstiterunt quos populi sibi quisque erant polliciti. Ceterum in publica contentione, quae apud vos agitur, Apostolicae Sedi, uti in ceteris eiusdem generis, deliberatum est neutri parti studere, quemadmodum, pro sua prudentia, fecit antehac constanter; qua tamen agendi ratione neutiquam prohibemur, quominus illud ominemur optemusque, atque etiam adversas imploremus atque obtestemur partes, ut contentionis istius furor quam primum considat, tamque magnam invidiae flarnmam stabilis pax sinceraque animorum excipiat necessitudo. Neque enim perspicimus, quid sit acerrima dimicatio utrique partium profutura, quando possessiones et praedia teterrime foedissimeque vastantur, vici, rura incenduntur, sacris nec locis nec hominibus parcitur, et utrinque ad internecionem, inermium saepe ac mulierum puerorumque, depugnatur.

Nos igitur, apostolici memores officii, eaque caritate permoti quae homines universos complectitur, Anglos Hibernosque cohortamur, ut velint aequo animo perpendere, sitne tempus ab inferenda vi desistere deque aliqua compositione agere. Qua in re opportunum fore putamus, si, quod insignes viri, iidemque rerum civilium peritissimi, nuper excbgi-

tarant effectum detur: id est ut quaestio ab omni Hibernorum. gente delecto cuidam hominum Consilio deferatur disceptanda; quod Consilium postquam suam aperuerit sententiam, viri utriusque partis auctoritate graviores in unum conveniant, et, rationibus iudiciisque suis ultro citroque propositis, aliquid communi consensu constituant ad rem, sincero reconciliationis pacisque sensu, dirimendam.

Interea, permagna cum animi voluptate accepimus, te, dilecte fili Noster, caritatis stimulis impulsum quae moras non patitur iubetque, omni partium opinionumque remoto discrimine, affectis egenisque hominibus opem ferri, consociationem quandam, a Cruce alba nuncupatam, constituendam curasse seduloque provehere, cuius est stipem iis iuvandis colligere qui vastationibus et violentiae motibus sint in angustias adducti. Neque minus laetamur, complures alios viros, etsi in religione et re publica dissidentes, tecum praeclara in hac amoris conspiratione consensisse, et communi impiorationi vestrae generosos magno numero homines, non modo ex Hibernia, verum etiam ex aliis nationibus, miro animorum ardore esse obsecutos. Quibus quidem, ceterisque quicumque in hoc sanctissimum caritatis opus vel de sua re contulerint vel pecuniam conrogarint, optima quaeque a Domino precantes, ut paternam voluntatem Nostram erga populares tuos tam miseros testificemur, ad te, dilecte fili Noster, perferri volumus ducenta millia libellarum italicarum, quam summam angustiis eorum nonnihil levamenti allaturam confidimus. Oculis vero in caelum conversis, omnipotentem Deum, qui nullas miserabilium filiorum lacrimas sinit sine solacio esse, cum gemitibus imploramus, ut pax vobis placidissima tandem aliquando affulgeat. Cuius quidem auspicem, itemque paternae caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, universoque gregi tibi commisso, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxvn aprilis anno MCMXXI, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XV.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

1

RESOLUTIO

SUPER PRIVILEGIO ORDINANDI ABSQUE LITTERIS DIMISSORIALIBUS NONNULLIS SEMINARIIS SEU COLLEGIIS ECCLESIASTICIS IAMPRIDEM CONCESSO.

Quum nonnulla ecclesiastica collegia seu Seminaria, quae alumnos ex dissitis civitatibus colligunt, anteactis temporibus privilegio donata fuerint promovendi ad ordines alumnos sine litteris dimissorialibus suorum Ordinariorum, dumtaxat *de consensu Superiorum* ipsius collegii, vel *de licentia Cardinalis Protectoris collegii et de consensu Rectoris,* vel etiam *cum litteris testimonialibus Rectoris,* quaesitum est, utrum in praesenti, mutatis temporum et locorum adiunctis et Codice iuris canonici promulgato, memorata privilegia adhuc perseverent.

Quaestione de mandato SSmi Domini Nostri penes S. Congregationem Consistorialem pertractata, Emi Patres, in plenario consessu diei 8 ianuarii huius anni, rebus omnibus perpensis, censuerunt : memoratum privilegium, cessatis causis ob quas concessum est, cessare debere, et ius commune esse restituendum, incolumi tamen iure collegii S. Congregationis de Propaganda Fide ab Urbano VIII brevi *Ad uberes,* diei 18 maii 1638 concesso, aliorumque Seminariorum seu collegiorum pro missionibus, a S. C. de Propaganda Fide dependentium.

Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV in audientia diei 5 novembris 1920 hanc resolutionem ratam habuit et confirmavit, eamque publici iuris fieri mandavit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 6 novembris 1920.

✠ C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio pastore providit, nimirum :

18 martii 1921. — Cathedrali Ecclesiae Calatanisiadensi praefecit R. P. D. Ioannem Iacono, hactenus Episcopum Melphictensium et luvenacensium.

7 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Philadelphiensi, R. D. Franciscum Vazhapilly, Vicarium Apostolicum Trichurensem.

11 aprilis. — Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Lodzensi, R. D. Vincentium Tymieniecki, hactenus praepositum parochum ecclesiae s. Stanislai Kostka in civitate Lodzensi.

13 aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Syracusanae, R. D. Iacobum Carabelli, hactenus Administratorem Apostolicum eiusdem archidioecesis.

19 aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Adanensi, R. P. D, Achillem Ratti, Nuncium Apostolicum in Polonia, hactenus Archiepiscopum titularem Naupactensem.

21 aprilis. — Cathedrali archiepiscopali Ecclesiae Caietanae, R. P. D. Paschalem Berardi, hactenus Episcopum Rubensium et Bituntinorum.

23 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Bitanae, R. D. Rodulphum Bornewasser, praepositum Capituli collegiatae Aquisgranensis, quem deputavit in Auxiliarem Emi Card. Caroli iosephi Schulte, Archiepiscopi Coloniensis.

28 aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Brixinensi, R. D. Ioannem Raffi, cubicularium honoris Sanctitatis Suae.

30 aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Naupactensi, R. D. Fridericum Tedeschini, Nuncium Apostolicum apud Serenissimum Hispaniarum Regem Catholicum.

19 maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Helenopolitanae, R. D. Robertum Vicentini, Internuntium Apostolicum in Hollandia.

III

NOMINATIONES

Ssmus D. Noster Benedictus Pp. XV decretis S. C. Consistorialis nominare dignatus est:

19 maii 1921. — R. P. D. Aloisium Zaffarami, Episcopum Tudertinum, *Administratorem Apostolicum dioecesis Interamnensis ;*

•— R. P. D. Franciscum M. Berti, Episcopum Amerinum, *Administratorem Apostolicum dioecesis Narniensis.*

IV

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE ET METROPOLITANI PRO CONCILIO PROVINCIALI.

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, pro appellatione, et iuxta can. 285 eiusdem Codicis, pro Concilio provinciali, Rmus Episcopus Monoecensis, immediate Apostolicae Sedi subiectus, designavit Rmum Archiepiscopum Aquensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 6 maii 1921.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

PADERBORNEN.

COMPETENTIAE

Die 11 decembris 1920

SPECIES PACTI. - Rmus Ordinarius Paderbornensis H. S. G. sequens dubium proposuit:

< In variis dioecesibus meae peramplae regionis variae vigebant « consuetudines, quomodo, in ecclesiis, loci seu scamna fidelium distri-buerentur. Hic sedes certis domibus incolarum annexae erant, ibi « hereditarie tradebantur et pecunia venibant, alibi pretio locabantur, « qui mos, ut ecclesiarum paupertati consulatur, in nonnullis commu-« nitatibus adhuc retinetur. In paucis quoque ecclesiis, praeter patro-« nos, quaedam dignitate, gradu, divitiis eminentiores personae vel fami-« liae sedes honoratiores habebant easque, contra sacros canones, etiam « in presbyteriis ecclesiarum. Rixáe et lites et dissidia iterum atque « iterum oriebantur tum inter possessores sedilium, tum inter privile-« giatos ex una et rectores ecclesiarum ex altera parte. Quas ut de «medio tollerent, et praedecessores mei operam dabant, et ipse, cum « nova ecclesia aedificatur, maximopere studeo, ut, omnibus privilegiis « sublatis et scamnis propriis remotis, loci omnes in ecclesia christifi-« delibus omnibus pateant. Quibus ordinationibus (can. 1263 § 3) omnes « fere acquiescunt; raro tamen unus vel alter, ut sibi sedes propria aut « honoratior in nova ecclesia restituatur, postulat.

« Pro decidendis huiusmodi aliisque de propriis sedilibus causis, « fideles adire solent *iudicem civilem,* qui cognoscit secundum legem « civilem *Preussisches Allgemeines Landrecht* dictam; quae lex in omni-« bus constitutionibus conformis est iuri canonico. Decisiones enim « supremorum tribunalium civilium unanimiter Ordinario ius vindicant « pro suo prudenti arbitrio ordinandi, ut sedilia propria in ecclesiis de « suo loco in alium transferantur aut ex eisdem amoveantur; sed pos-« sessores sedilium hoc in casu solummodo postulare possunt, ut pro « damno emergente sibi ab ecclesiis aliquid erogetur. Hanc consuetu-« dinem centenariam adeundi civiles iudices, hisce in rebus, quas potius

« *mixti fori* esse dicas quam res spirituali annexas, etiam pro futuro « secundum canonem 5 retinere velim, ut odia exinde exsurgentia a « iudicibus meis ecclesiasticis avertam. Ne autem iura Ecclesiae parvi « facere videar, quaero, an consuetudo illa approbari vel saltem tolerari « possit, imprimis cum litigans quidam ab ordinatione mea, in via adim- **at** nistrativa data, ad iudicium meum *ecclesiasticum* expresse provocaverit, «c Quare, ne Sanctitas Vestra dubium meum benigne solvere dedigne- « tur, devotissime rogo ».

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - I. Pro sustinenda consuetudine de qua in dubio agitur haec rationum momenta in iure et in facto afferebantur.

A) In facto. - Dioecesis Paderbornensis, exeunte saec. octavo erecta, ac per Bullam *De salute animarum* a. 1821 multis amplisque terris aucta, nunc per duas provincias, Westphaliam nempe et Saxoniam, se extendit. Ante eversionem illam antiquarum dioecesum principatuumque episcopalium, quae dicitur « saecularizatio », anno 1803, in diversis provinciis nunc in dioecesi Paderbornensi unitis, diversae vigebant consuetudines, quo iure christifideles sedilibus in ecclesiis positis uterentur. Sed locorum Ordinarii permulta praecepta id assequi studebant: 1) ut feminae a viris seiuncta haberent sedilia; 2) ne sedilia inscio parocho venumdarentur vel alio modo possessorem mutarent; 3) ut ius ad sedilia propria vel ad certos in ecclesiis locos singulis domibus villarum communitatumve assignaretur.

Praedicto anno 1803, vel paulo post, territorium hodiernae dioecesis Paderbornensis a Rege Borussico occupatum est statimque post occupationem introductum est « Ius Commune Terrae Borussicae » *(Preussisches Allgemeines Landrecht).* Quae lex consuetudines provinciarum de rebus ecclesiasticis vigentes non abrogavit, sed, cum in nulla provincia in omnibus parochiis certa consuetudo vigeret, codex ille ubique unicam vim obtinuit omnesque incolas, etiam catholicos, obligabat, adhuc obligat atque obligabit. Nam lex introductoria novi *Codicis Legis* Civilis* Germaniae *(Das Bürgerliche Gesetzbuch des Deutschen Reiches)* art. 133, praedicto *Iuri Communi* quoad sedilia in ecclesiis expresse vim reservat. Cuius Iuris singulae normae iuri canonico totaliter quidem non consonant, neque vero adeo repugnant, ut tolerari non possint. Quippe praxis tribunalium civilium, quae secundum legem illam iudicant, auctoritatem ecclesiasticam satis tuetur, ita ut can. 1263 § 3 Cod. Iur. Can. respondeat. Contra praecepta a competente auctoritate ecclesiastica edita ius provocandi neque in possessorio neque in

petitorio conceditur. Si Ordinarius mandaverit, ut sedile proprium, quod cultui obest, verbi gratia processiones impedit, vel alio modo propter angustiam loci vel propter mutatas prioris concessionis conditiones, a loco suo ad alium transferatur aut omnino removeatur ex ecclesia, iudex civilis causam contra tales ordinationes non admittit, declarans solius auctoritatis ecclesiasticae ius esse mandata edere ad ordinandum in ecclesiis cultum divinum. Quae praxis iudiciaria ex multis sententiis apparet cum « Tribunalis ad decidendas lites competentiae » *{Gerischtshof zur Entscheidung der Kompetenzkonflikte),* tum hodierni supremi «Tribunalis in Germania » *[Reichsgericht).*

In ceteris autem iudices civiles omnes lites de sediiibus admittunt, si fideles inter se litigant aut si fideles contra parochum vel Consilium fabricae litem introducunt. Fideles sine ulla conscientiae anxietate iudicem civilem his in rebus advocabant et adhuc advocant.

B) In iure. - De retinendis consuetudinibus can. 5 perspicue tractat: consuetudines nempe a canonibus expresse reprobatae, sive universales sive particulares, tamquam iuris corruptelae corrigendae et abrogandae sunt. Aliae pro prudenti Ordinariorum locorum iudicio tolerari possunt sub certis conditionibus, nempe-si centenariae et immemorabiles sint, et porro si facile, pro locorum ac personarum adiunctis, submoveri non possint. Primo itaque quaeritur num consuetudo, de qua agitur, centenaria sit vel immemorialis. Supra iam dictum est, consuetudinem inde ab anno 1803 vel paulo post, cum introductione Iuris Communis Terrae Borussicae, inolevisse. Cum lex praedicta normas de sediiibus in ecclesiis speciales contineret, iudices civiles causas desuper exortas ad forum suum traxerunt et fideles iudices civiles ad contestandas lites adierunt. Quare consuetudo centenaria dici posse videtur.

Secundo quaerendum est num consuetudo illa corruptela iuris sit appellanda vel saltem facile submoveri possit. - Dubitari quidem non potest, quin Ecclesiae omnino ius competat de locis vel sediiibus in ecclesiis iudicandi. Sed res haec ecclesiastica cohaeret cum iuribus quibusdam civilibus. Incolae vicorum sedilia propria re&nent, iure hereditario accepta a maioribus, qui ecclesiam dotaverunt; vel possessores sedilium propriorum adhuc omnia vel saltem maiora onera parochiae ferunt. Ius ad locos certos vel ad sedilia propria domibus, praediis, hereditatibus adhaeret et cum rebus istis tamquam pertinens comparatur; alii ius illud ad sedile proprium secundum consuetudinem numerata pecunia acquisiverunt. Parochiae quaedam sedilia publice locant, ut sumptus necessarios facere valeant. Ecclesiae igitur reservato iure libere omnia praecepta pro ordinando cultu divino, etiam quoad sedilia, edendi,

ceteras de sedilibus his causas *rem mixti fori* esse dicas; neque praxis iuri alicui nativo Ecclesiae obest. Quare consuetudo in dioecesi Paderbornensi vigens corruptela iuris appellari nequit.

Neque facile submoveri potest. Constitutio Germaniae nuper edita omnibus societatibus ecclesiasticis ius quidem attribuit res suas proprias ordinandi, sed intra fines dumtaxat pro omnibus assignatos (art. 137). Neque lex de constituendis iudiciis in Germania *(Gerichtsverfassungsgesetz des Deutschen Reiches)* d. d. 27 ian. 1877, § 16, aliud forum competens admittit praeter civile. Itaque Ordinarius Paderbornensis fideles prohibere nequit, quin iudicem civilem in causis praedictis adeant; sed etiam si fideles sponte forum ecclesiasticum adirent, prudentius equidem ad forum civile remitterentur, ne odium ex huiusmodi decisionibus facile excitandum ecclesiastica auctoritas in se suscipiat. Quare utatur Ordinarius iure sibi in Codice (can. 1263) concesso in via administrativa; quotiescumque autem fideles tali administrationi non acquiescant et coram iudice litigare velint, iudicem civilem adire libere posse videntur immmo consultius ad eumHem remitti.

II. *Ex adverso* super his plura deducebantur. In primis dubium non esse quin Codex aperte distinguat *inter res spiritualibus adnexas,* de quibus in n. 1, § 1, can. 1553 statuitur causas cognoscendas iure proprio et exclusivo ab Ecclesia, et *causas mixti fori,* « in quibus tum « Ecclesia tum civilis potestas aeque competentes sunt » ad normam § 2 eiusdem canonis. Verum, quum nulla nova occurrat in Codice definitio vel descriptio causarum circa *res spiritualibus adnexas,* etiam standum est veteri receptae doctrinae, iuxta quam minime ambigendum videtur causas super iure scamnorum in sacris aedibus habendorum accensendas esse causis de rebus temporalibus quidem, sed spirituali, i. e. cultus divini exercitio, adnexis. Sive enim quaestio fiat de privilegio concesso, vel de iure acquisito, vel de contractu, v. g. locationis, servando, semper agitur de iure exercendo in aliquam sacrarum aedium partem, intra earumdem ambitum, eumdemque finem spiritualem, i. e. cultus peragendi, spectante. Quamobrem in Codice quoque explicite prohibetur quominus laici, etiamsi ad fabricam ecclesiae curandam peculiariter addicti, « ullatenus sese- ingerant in ea omnia quae *ad spiri-« tuale munus* pertinent, praesertim... 4) in dispositionem materialem ... « sedilium, scamnorum ... aliarumque rerum quae *ad exercitium religiosi « cultus spectant* » (can. 1184). Ceterum concessio huiuscemodi iuris in can., 1263 omnino reservatur auctoritati Ordinarii loci, sine cuius expresso consensu nemini fidelium licet locum habere in ecclesia sibi suisque

reservatum; **immo facta** concessio ex iusta causa potest, non obstante quolibet decursu temporis, revocari ab eodem Ordinario: consequens igitur est ut quaecumque controversia circa factae concessionis exercitium, modum, cessationem, ipso iure eidem Ordinario reservetur, utpote **causa** de re spirituali adnexa.

Sed dato etiam, non concesso, causam haberi *mixti fori* tantum, ac propterea tum Ecclesiam tum civilem potestatem aeque competentes esse in casu, plane liquet saltem servandum esse praescriptum can. 1553 § 2, i. e. « esse in hisce causis locum *praeventioni* ». Quum igitur ipsi christifideles sponte provocant ad tribunal ecclesiasticum, quod (in hypothesi semper loquendo) *aeque* competens est, iniuria quidem remitterentur ad tribunal laicale, quia ecclesiasticus iudex nequit profecto « *legitime* requirenti suum ministerium recusare » (can. 1608). Multo etiam minus tolerandum id foret in casu in precibus Episcopi expresso « cum litigans quidam ab ordinatione mea in via administra- « tiva data, ad iudicium *meum* ecclesiasticum expresse provocaverit »; etenim, dum christifideles **Cuicumque** adversus talia decreta administrativa ad tribunalia laicalia recurrentes, severissima poena plectuntur (can. 2334 n. 2), scandalum profecto saperet si ipse iudex ecclesiasticus ad civile tribunal adversus sua ipsius decreta recurrentes remitteret.

Verum quidem est Sedem Apostolicam haud raro permisisse, sive per tacitam tolerantiam, sive per explicitam concessionem, v. g. pactis cum civili societate concordatis, ut quaedam causae ad forum ecclesiasticum per se spectantes, intra certos definitosque limites, a foro laicali pertractarentur, non exclusis quae super iure patronatus vetabantur (cfr. Wernz, *Ius decr.*, V, p. 222 s.; *Raccolta di Concordati,* 1919, p. 766, 768, 824, 856, 883): i. e. permisisse, quod ius patronatus attinet, ut tribunalia civilia agerent de iuribus et oneribus civilibus eidem adnexis, vel de controversiis super successione in iure praesentandi. Quo vero ad iura scamnorum in templis habendorum, non constat de huiusmodi explicita concessione, sed dumtaxat, quoad loca Germaniae, de quodam usu per tacitam Ordinariorum tolerantiam, post leges civiles id iubentes inolito, ut nimirum super hac re iudices civiles, in iisdem casibus in quibus super iure patronatus cognoscendi competentes sunt, propter quamdam rerum analogiam - ut bene docet Ferraris, (s. v. *Ecclesia,* art. V, n. 26) - iudicarent. Sed, in primis, non videtur plene constare de *centenaria consuetudine* quae ex adverso assumitur ad normam can. 5 sustinenda. Id enim solum constat, a centum nimirum et ultra annos in ditione Paderbornensi vigere Ius commune Terrae Borussicae *(Preussisches allg. Landrecht)* de quo supra; non tamen constat utrum

ex tunc, videlicet ab initio centenarii, christifideles omnes, praesertim eorumdem sanior pars, *libere* consueverint causas de quibus agitur, ad laicalia tribunalia deferre; potissimum vero, utrum in casu intercesserit competentis ecclesiastici Superioris *consensus* (non mera prudens dissimulatio) a quo solummodo vis consuetudinis iuridica dependet.

Nec iuvat quod oggeritur, legem Imperii fundamentalem d. 27 ianuarii 1877, § 16, constituisse « nullis fieri locum tribunalibus exceptiona« libus : neminique licere quemquam a competenti suo iudice subtrahere »: non enim hac lege abolita fuere ecclesiastica tribunalia quoad causas quibus competentia sunt. Quod si per iniuriam fecisset, etiam in argumento de quo agimus, iniuriam pati quidem liceret, non tamen ei consentire. Ceterum etiam ubi leges Ecclesiae manifeste hostiles, omnem veram iurisdictionem eidem auferre conantur, efficere tamen nequeunt ut, si partes libere ad ecclesiasticam potestatem provocent, huius potestatis sententia, vel in re mere civili lata, tamquam legitimum arbitrium non sustineatur (cfr. Kaas, *Die geistl. Gerichtsbarkeit der kath. Kirche in Preussen,* 1916, II, 281; Harburger, *Das privilegium fori im deutschen Recht,* 1915, p. 55 ss.).

Multo minus officit ratio utilitatis prout in adversa sententia praetenditur arcendi ab ecclesiastico iudice odium et invidiam quae decisionibus in re latis facile parantur: haec enim ratio nimis generalis est et adversus quamlibet legitimam iurisdictionem facile converteretur: nullum quippe iudicium perficitur, ubi pars vieta non se gravatam sentiat; huic vero gravamini promptum datur in iure remedium per legitimam appellationem seu recursum.

His sane consideratis, attento etiam quod summopere expedit ut Ecclesia, quantum fieri possit, suam servet libertatem et independentiam, maxime quum in casu nova Constitutio germanici Imperii, art. 137, iam generatim agnoscat cuilibet ecclesiasticae societati « ius ordinandi « et administrandi sua, independenter, intra fines tantummodo iuris « communis », concludendum videtur propositum dubium nonnisi negativa responsione, in casu, dimitti oportere.

Quare etc.

RESOLUTIO. - Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis, die il decembris 1920 in Palatio Ap. Vaticano habitis, omnibus attente perpensis, super Ordinarii Paderbornensis expostulatione rescribendum censuit:

Ad mentem. Mens est: «Tolerari non posse ut, si partes libere « recurrerint ad Ordinarium, remittantur ad tribunal laicale; eo vel

«magis si agatur de lite intentata adversus Ordinarii praescriptum.- « Curandum autem ut mos de quo in casu, removeatur».

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione in audientia insequenti die infrascripto Secretario concessa, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV, decreto huius S. Congr. de Propaganda Fide, nominavit:

17 martii 1921. — *Administratorem Apostolicum vicariatus Finlandiae,R.D.* Michaelem Ioannem Buckx, e Congregatione Presbyterorum Ssmi Cordis Iesu.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

MONITUM

Rev. Cyprianus Chéhab, monachus graeco-melchitici ritus, Ordinis S. Basilii Magni, Congregationis Soaritae, peragratur per diversas Galliae urbes ad eleemosynas colligendas dictitans se Episcopum esse. Cum vero ipse, nolente Exmo Dno Demetrio Cadi, Patriarcha Alexandrino Graeco-Melchitarum ac inscia hac S. Congregatione, monasterium suum reliquerit, omnibus notum facimus Rev.dum Cyprianum Chéhab suspensum esse et nullam habere facultatem eleemosynas colligendi; ac Rmis Ordinariis locorum, ad quae ipse diversurus erit, mandamus, ut eidem iniungant ad suum monasterium quantocius redire.

Datum Romae, ex aedibus dictae S. Congregationis, die 2 maii 1921.

N. 'CARD. MARINI, *a Secretis.*

L. « S.

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

TERGESTINA

RECURSUS SEU PROVENTUS ET EMOLUMENTORUM

In ordinario Congressu hábito in aedibus Emi ac Rmi D.D. Augusti S. R. E. Card. Silj Supremi Tribunalis Praefecti die 26 mensis februarii 1921, ad examen inter alia revocatus est recursus promotoris iustitiae in Curia Tergestina adversus decreta Ponentis in Turno S. R. Rotae edita dd. 13 decembris 1920 et 19 ianuarii 1921 in causa de qua agitur; ..qui recursus interpositus fuerat ad obtinendam declarationem nullitatis praefatorum decretorum, sin minus adversus eadem restitutionem in inte- . grum. Quum autem, omnibus attente perpensis, recursus idem boni iuris fundamento destitutus appareret, rescriptum est ab Emo Card. Praefecto ad normam can. 30 Legis Propriae, « Negative » addito mandato ut extenderetur decisio.

Decisio autem sequentis tenoris'est:

1. Quaestio principalis vertitur inter sac. Dominicum Linardic excooperatorem, actorem et sac. iustum Filiplió parochum ecclesiae Geminiensis, conventum, circa fructus mansionariae a fundatore Marincich nuncupatae, et circa proventus locationis domus cuiusdam, quos fructus et proventus, pro tempore quo fuerat cooperator in praefata paroecia, i. e. a mense octobri 1905 ad diem 31 ianuarii 1907, ad se spectare contendebat actor, in summa totali coronarum, salvo errore, circiter quingentarum. Res administrativa prius ratione in Curia Tergestina acta est et decisa per decretum episcopale diei 25 maii 1908, quo oratoris postulatio exclusa fuit; inde provocatum ad tribunal dioecesanum Tergestinum, quod sententia d. 30 decembris 1909 pariter intentionem actoris exclusit. Sed, appellante sac. Linardié ad tribunal metropolitanum Goritiense, causa in eius favorem quoad utrumque punctum decisa est per sententiam d. 22 maii 1912.

Postmodum promotor iustitiae in Curia Tergestina ad tribunal Tridentinum, tanquam delegatum pro III instantia ex decreto S. C. Consi-

storialis, d. d. 4 iun. 1910, provocavit; sed appellatio, quum tempore utili interposita non fuisset, reiecta est; ad postulationem autem pro restitutione in integrum recipiendam idem tribunal Tridentinum ad normam praefati decreti sese incompetens d. 14 novembris 1913 declaravit; quamobrem laudatus promotor iustitiae Curiae Tergestinae recursum pro restitutione in integrum obtulit S. R. Rotae die 10 augusti 1916, postulans ut, attenta causa ordinis publici, actio a promotore iustitiae S. R. Rotae sustineretur.

Hic autem institit ut in causam interveniret et citaretur parochus Iustus Filiplié, tanquam pars in causa principalis, quae petitio, admissa a Ponente diei 16 martii 1918 et illico Curiae Tergestinae communicata, nullum subinde, vel sublatis belli difficultatibus, consecuta est effectum; exindeque, die 23 iulii 1920, instante promotore iustitiae in S. R. Rota, mandatum est, ut, nisi intra diem 12 augusti 1920, constitutus legitimus procurator interveniret ad dubia concordanda, lis declararetur deserta ad normam § 222 Regularum. Quum itaque die 13 decembris 1920 nonnisi depositum fuisset in actis mandatum procuratorium ex parte promotoris iustitiae Curiae Tergestinae, non autem ex parte parochi ecclesiae Geminiensis, editum est Ponentis decretum de peremptione instantiae, « ita ut impugnata Goritiensis sententia exsecutioni sit deman- « danda ». Adversus hoc decretum sive promotor iustitiae Tergestinus sive, per suum ad hoc constitutum procuratorem, parochus Iustus Filiplié, ad turnum, die 14 ianuarii 1921, appellarunt; verum, fatalibus inutiliter praeterlapsis, appellatio reiecta est per decretum diei 19 eiusdem mensis. Ut autem contra utrumque decretum sive diei 13 decembris 1920, sive diei 19 ianuarii 1921, per remedium querelae nullitatis vel restitutionis in integrum sibi consuleret, recursum interposuit apud hoc Supremum Tribunal iterum solus promotor iustitiae Curiae Tergestinae.

2. Ex parte sac. LinardiC ex adverso insistitur ut recursus iam ex eo reiiciatur, quod restitutio in integrum contra sententiam Goritiensem postulata in S. R. Rotae Tribunali fuerit post lapsum legitimi temporis quadriennalis (cf. can. 1688 cum suis fontibus) : sententia enim edita et publicata, ut in ipsa significatur, d. 22 maii 1912; recursus autem signatus apparet d. 10 augusti 1916. Verum de hac ratione intempestivitatis minime constat ex actis: immo promotor iustitiae Tergestinus asserit sententiam nonnisi mense septembri 1912 Curiae notificatami fuisse, ac reapse exemplari sententiae Curiae Tergestinae transmisso dies appositus a Cancellario tribunalis Goritiensis legitur 3 septembris 1912; qui dies legitime, deficiente quacumque in contrarium probatione, accipitur pro die *notificationis* sententiae, ante quem, profecto, decurrere

dicenda non est dierum fatalium series : (arg. ex can. 1881 ibi : « a *notitia* publicationis sententiae »).

Nec etiam per se sola sufficere visa est causa reiectionis quae obtendebatur ex absentia partis principalis, seu, in casu, parochi ecclesiae Geminiensis, prout deducebatur ex his verbis adhibitis a promotore iustitiae in S. Romana Rota: « Attento quod Promotor Iustitiae, « quamvis interesse debeat in causis contentiosis, in quibus bonum publi- « cum in discrimen vocari potest (can. 1586), numquam tamen habendus « est ut procurator seu advocatus alterutrius partis contendentis, ne in « casu quidem, quo alterutra pars contendens sit persona moralis, col- *« legialis vel non collegialis ; attento quod pro iuribus alicuius personae « moralis, stat in iudicio eiusdem rector vel administrator (can. 1649); « attento quod interest boni publici, ne rectores vel administratores « maneant extranei, dum in iudicio agitur de iuribus pertinentibus ad « personas morales quas tueri debent », etc. Verum haec argumentatio, si extenderetur ad inde concludendum, quod munus promotoris iustitiae numquam esse possit aut debeat partis *principalis* in causa, sed semper et unice *collaterale officium,* adeo ut lis deserta et instantia perempta esset declaranda, quoties, vocato administratore aut rectore personae moralis, ille comparere renuerit, licet actio per se ad bonum publicum spectet, ea deductio profecto non posset einigere gravem iuris legisque censuram ; quia manifesto contraria esset ipsis boni publici rationibus, quas promotor perbelle adduxit, quaeque fundamentum praestiterunt explicito praescripto legis in can. 1850 contento : « Actoris contumacia « a iudice declarata perimit eiusdem actoris ius ad suam instantiam « prosequendam. *Permittitur tamen promotori iustitiae... instantiam « facere suam eamque prosequi, quoties publicum bonum id postulare « videatur ».*

3. Sed ratio sufficiens ad excludendam in S. R. Rota petitionem promotoris iustitiae Curiae Tergestinae interpositam adversus sententiam tribunalis Goritiensis, recte prorsus deducebatur ex carentia legitimae personae in postulante ad effectum de quo agebatur. Munus enim promotoris iustitiae officium *publicum* est, quod, licet in se unum idemque, repraesentatur in singulis iudicii gradibus per peculiarem personam publicam ad hoc constitutam; adeo ut non liceat promotori iustitiae unius tribunalis gerere personam actoris vel conventi in aula alterius tribunalis ; sed haec actio solum et omnino a promotore iustitiae eiusdem tribunalis sustinenda sit. In casu, itaque, ad appellationem vel recursum interponendum adversus sententiam tribunalis Goritiensis in S. R. Rota, competens erat, praeter partem victam, unus promotor iusti-

tiae tribunalis Goritiensis, qui actionem semel introductam cedere debuisset promotori iustitiae in S. R. Rota. Secus enim absurdissima ea sequela haberetur, ut in eadem aula duo promotores iustitiae, uterque uno eodemque titulo in eadem causa intervenirent. Hinc explicite in art. 39 Regularum in S. R. Rota servandarum, praescribitur: «In causis...... « quae natura sua ordinem et bonum publicum respiciunt, tribunal primae « instantiae, quoad ordinem stricte iudicialem, nequit repraesentari a « procuratore seu advocato proprio, sed ordinem et bonum publicum « defendet Promotor Iustitiae apud S. Rotam. Pariter, si iudicium secun- « dae instantiae aut ulterioris instituatur a Promotore Iustitiae... Curiae « sententiam *proferentis,* istud a Promotore iustitiae S. R. Rotae tribunalis « continuabitur ». Et consonat communis iurisprudentia, tum civilis, tum canonica, interprete Emo Card. Lega, *de iudiciis,* I, p. 147 cfr. 546: « sen- « tentiam appellatam defendet promotor fiscalis Curiae *apud quam* est « appellatum, prae oculis habens animadversiones promotoris fiscalis « Curiae *a qua ».*

Nec prodest opponere, cum promotore iustitiae Curiae Tergestinae, sese gerere, vi officii quo fungitur, etiam independenter a iure appellandi, legitimam personam ad repraesentandam causas pias, aliasque personas morales, beneficia et ecclesias, quarum iura tueri debet ubique ; nam ex adverso haec universalis repraesentatio, etiam titulo devolutivo, extra Curiam gerenda, non agnoscitur a iure promotori iustitiae, sed solummodo Ordinario (can. 1653 § 5): « In casu vero defectus vel negligentiae « illius qui administratoris munere fungitur, potest ipse loci Ordinarius « per se vel per alium stare in iudicio nomine personarum moralium «quae sub eius iurisdictione sunt». Itaque vel hoc titulo persona promotoris iustitiae Curiae Tergestinae ad causam Romae sustinendam loco et vice paroeciae Geminiensis in casu, legitima non est, donec ostendat se agere non in persona sua, sed nomine et mandato Ordinarii, quod ex actis, in casu, minime constat.

Demum consideratum est non satis probatum fuisse intercedere in casu rationem boni publici, ne sententia Curiae Goritiensis ad exsecutionem mandaretur: etenim pars dispositiva huiusce sententiae tantummodo praecipit ut sacerdoti Linardic" solvantur pro rata temporis fructus mansionariae et proventus locationis in casu, in summa quae vix quingentas libellas attingit; si parochus Filiplió sententiae acquiescere Censuerit, et praefatam summam solvere, potius quam ulterioris litis expensas subire, non inde profecto ratio boni publici periclitatur. Nec dicas in parte motiva decidendi afferente edici expresse et generatim coadiutori parochi Geminiensi enunciatos fructus et proventus deberi,

argumentis ad rem adductis: id autem non tantum partium, sed boni publici interesse, ne firmitatem iudicatae rei acquirat. Non enim, ut pluries observatum est ab hoc Supremo Tribunali, in rem iudicatam transeunt motiva decidendi, sed solae partes dispositivae sententiae (Cfr. decis. Signat., in Manilen., 6 mart. 1920 [A. A. S., XII, p. 265 s.]). Ceterum neque id fuit neque esse potuit proprium sententiae propositum ut de iure percipiendi praefatos fructus, inter personam moralem seu officium parochi et personam moralem seu officium vicarii cooperatoris generatim decerneret: quia, ut alia omittantur, quum sac. Linardió, quando causam instituit, officium illud iampridem *dimisisset,* non poterat profecto respondentem personam moralem in iure repraesentare, neque aliter agere nisi in persona propria, privata, adeo ut haec actio potius mera *crediti* quam *iurium* actio denominanda sit. Itaque nihil obstat quominus parochus actualis ecclesiae Geminiensis, resistere possit et valeat intentioni sui novi cooperatoris, si iste controversa iura fructuum et proventuum sibi vindicet, adeoque causa inter eos noviter retractetur; multo magis si uterque in iudicio, non personam privatam, sed definite personam moralem quam regit vel administrat, repraesentet, nec causa circa certam summam solummodo, sed circa ius proventus et emolumentorum percipiendi in casu instauretur. Hinc etiam aperto liquet, iure renuisse promotorem iustitiae in S. Romana Rota, ne causam ab actore principali desertam in casu ipse sustineret.

4. Quibus omnibus consideratis constabat evidenter non esse recipiendum recursum promotoris iustitiae Curiae Tergestinae adversus decretum Ponentis d. 13 decembris 1920, quo, ad normam § 222 Regularum, declaratum est instantiam fuisse peremptam ; sed neque adversus decretum d. 19 ianuarii 1921, quo simpliciter reiecta fuit appellatio seu recursus ad Turnum adversus praefatum decretum, lapsis inutiliter fatalibus. Quod enim die 14 ianuarii 1921, quando memoriale pro recursu est exhibitum, decendii fatalia § 82 Regularum praefinita, iam fuissent absoluta, cuiuscumque oculos ferit.

Atque ita editum est, etc.; non solum, etc., sed et omni, etc.

Ex aedibus Supremi Tribunalis,-die 15 martii 1921.

Ubaldus Manmicci, *Signaturae Votans.*

VISA

Evaristus Lucidi, *S. A. S. T. a Secretis.*

Aloisius Scialdoni, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

DATARIA APOSTOLICA

NIVERNEN.

ERECTIONIS DIGNITATIS SEU DECANATUS

Ssmus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. PP. XV per Litteras Apostolicas a Dataria expeditas, die 12 martii 1921, in cathedrali Capitulo Nivernensi, Dignitatem unicam, cui Decanatus nomen inhaerat, quaeque per unum ex canonicis una cum suis canonicatu et praebenda absque dispensatione Apostolica retineri possit, in perpetuum erigere et constituere dignatus est. Decanatum vero praefatum, cuius fructus ad praesens nulli sunt, quandocumque et quomodocumque vacare contigerit, collationi et dispositioni Sedis Apostolicae reservatum declaravit; primaque vice contulit R. D. Augusto Eugenio Dumasdier, ex Canonicis antiquiori, Aulae episcopalis Cancellario.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 10 maggio 1921, presso l'Emo e Revmo signor Cardinale Antonio Vico, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Giovanni Battista Trona, Sacerdote della Congregazione dell'Oratorio di Mondovì, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria,* nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dallo stesso Ven. Servo di Dio.

Martedì 24 maggio 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali componenti la medesima sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria di Gesù Deluil Martiny, Fondatrice della Congregazione delle Figlie del Cuore di Gesù.

2) Introduzione della Causa di beatificazione, ossia dichiarazione del martirio della Serva di Dio Dan o Gian, fanciulla di 13 anni, uccisa dagli idolatri, in odio alla Fede, come si asserisce, nella Cocincina Orientale.

3) Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa e dell'Elogio da inserire nel Martirologio dell'Ordine dei Predicatori in onore del Beato Domenico Spatafora, sacerdote professo dello stesso Ordine.

4) Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa nella festa del Patrocinio di Maria Vergine Madre degli orfani, per i Chierici Regolari Somaschi.

SACRA CONGREGAZIONE DEI SEMINARI E DELLE UNIVERSITÀ DEGLI STUDI

AVVISO DI CONCORSO

È indetto per i giorni 14 e 15 luglio prossimo, alle ore 8, il concorso per un posto di Aiutante di Studio nella Segreteria della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.

Gli ecclesiastici che volessero prendervi parte, dovranno rivolgere, entro il 30 giugno prossimo, la relativa domanda all'Emo signor Cardinale Prefetto,

corredata dalle opportune generalità e dal *nulla osta* della rispettiva Curia diocesana e dell'Emo signor Cardinale Vicario di Sua Santità.

Presenteranno inoltre i documenti degli studi ecclesiastici compiuti e dei gradi accademici conseguiti.

Il concorso consisterà in prove scritte su temi di teologia e diritto canonico specialmente attinenti all'ordinamento dei Seminari e delle Università cattoliche. Si terrà in particolare considerazione la perizia nell'uso delle lingue latina ed italiana.

Dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei: Seminàri e delle Università degli Studi, 30 maggio 1921.

DATARIA APOSTOLICA

il Santo Padre, con biglietto dell'Emo signor Cardinale Datario, del 14 marzo 1921, si è benignamente degnato di nominare il Revmo Fr. Domenico Buonpensiere, dei Predicatori, *Teologo della Dataria Apostolica.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

17 aprile 1921. Monsig. Ubaldo Mannucci, *Direttore del Bollettino Ufficiale «Acta Apostolicae Sedis».*

3 maggio » Monsig. Roberto Vicentini, *Internuncio Apostolico in Olanda.*

6 » » Il Rmo P. Giorgio Michele Sauvage, della Congregazione della Ssma Croce, *Consultore della S. Congregazione dei Religiosi.*

7 » » Monsig. Giuseppe Pizzardo, *Sostituto della Segreteria di Stato e Segretario della Cifra.*

11 » » Il Rev. Can. Giuseppe Cesarini, *Minutante nella Segreteria di Stato di S. S.*

14 » » Monsig. Pietro Ciriaci, *Sotto-Segretario della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

20 » » Monsig. Bonaventura Cerretti, Arciv. di Corinto, Segretario della S. C. degli Affari Ecclesiastici Straordinari, *Nunzio Apostolico a Parigi.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

16 aprile 1921. Monsig. Francesco Alessandro Maillet, Vesc. di Saint Claude.

Protonotari apostolici ad instar participantium:

21 marzo 1921. Mònsig. Benedetto Santarelli, della diocesi di Ascoli Piceno.
30 aprile » Monsig. Michele Guarini, dell'archidiocesi di- Taranto.
3 maggio » Monsig. Giovanni T. 0' Connel, della diocesi di Toledo in America.
8 -» » Monsig. Lorenzo Coonan, dell'archidiocesi di Sidney.
» » » Monsig. Giovanni Patrizio Moynagh, della medesima archidiocesi.

Prelati Domestici di S. S.:

4 marzo 1921. Monsig. Alberto Petrasch, della diocesi di Lincoln.
10 aprile » Monsig. Achille Grimaldi, dell'archidiocesi di Capua.
25 » » Monsig. Matteo Filippucci, dell'archidiocesi di Nasso, Tine e Micone.
» » » Monsig. Giovanni M. Owens, della diocesi di Superior.
27 » » Monsig. Cesare Pecorari, di Róma.
» » » Monsig. Gustavo Adolfo Carling, di Wiborg in Finlandia.
28 » » Monsig. Isidoro Marcu, dell'archidiocesi di Fogaras.
» » » Monsig. Simeone Popu Matein, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio T. Teixeira, della diocesi di S. Tommaso di Meliapor.
29 » » Monsig. Domenico Spada, di Roma.
» » » Monsig. Carlo Grossauer, della diocesi di Seckau.
2 maggio » Monsig. Benedetto Rosinski, della diocesi di Toledo in America.
4 » » Mönsig. Giuseppe Pizzardo, di Roma.
7 » » Monsig. Angelo Roncalli, della diocesi di Bergamo.
10 » » Monsig. Samuele A. Stritch, della diocesi di Nashville.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

13 maggio 1921. Al sig. Pietro Guglielmo Cort Van der Linden, già Presidente del Consiglio dei Ministri in Olanda.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

2 maggio 1921. Al sig. Adriano De Montpellier, della diocesi di Namur.
13 » » Al sig. Enrico Esders, dell'archidiocesi di Malines.

La Oran Croce dell'Ordine di **S.** *Gregorio Magno, classe civile:*

13 maggio 1921, Al sig. Giovanni Loudon, già ministro degli Esteri in Olanda.

La Commenda dell'Ordine di **S.** *Gregorio Magno, classe civile:*

25 aprile 1921. Al sig. Alberico Gibault, della diocesi di Séez.
28 » » Al sig. dott. Pietro Spaapen, della diocesi di Harlem.
29 » » Al sig. Camillo Joset, della diocesi di Namur.
30 » » Al sig. cav. Ettore Sasselli, di Roma.
» » » Al sig. Emilio Attout, della diocesi di Namur.
15 maggio » Al sig. Edmondo Wibaut, della diocesi di Tournai.
20 » » Al sig. Vincenzo Desclée, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di **S.** *Gregorio Magno, classe civile:*

26 aprile 1921. Al sig. Eugenio Théodore, dell'archidiocesi di Madras.
» » i » » Al sig. Luigi Rozarlo, della medesima archidiocesi.
» » . » Al sig. Felice Alessandro De Cruz, della diocesi di S. Tommaso di Meliapor.
29 » » Al sig. Giuseppe Lucet, della diocesi di Orléans.
» » » Al sig. Paolo Chartier, dell'archidiocesi di Lione.
31 » » Al sig. Maurizio Panart, della diocesi di Beau vais.
» » » Al sig. Renato Simon, della medesima diocesi.
» » » Al sig. rag. Luigi Bersi, della diocesi di Bergamo.
» » » Al sig. Paolo Paturle, della diocesi di Grenoble.
4 maggio » Al sig. Alfonso Gregori, dell'archidiocesi di Milano.
11 » » Al sig. Giovanni Belardo, di Roma.
18 » » Al sig. Odoardo Palma, di Roma.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 aprile 1921. Al sig. Alessandro bey de Chedid.
9 maggio » Al sig. Enrico Ermanno Richter, della diocesi di Harlem.
11 » » Al sig. Ludovico Alfrego Pagès, dell'archidiocesi di Tolosa.
20 » » Al sig. cav. Francesco Donati, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 aprile 1921. Al sig. Giuseppe Azar.
» » » Al sig. Riscallah Azar.

26 aprile 1921. Al sig. Achille Costantini, di Roma.
27 » » Al sig. Settimio Sogliera, di Roma.
30 » » Al sig. conte Alberto Bardi Serzeìli, dell'archidiocesi di Firenze.
6 maggio » Al sig. Ferruccio Guggerotti, della diocesi di Vicenza.

M AGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

2 marzo 1921. Monsig. Giovanni Liebner de Kakucs, della diocesi di Vacz.
23 aprile » Monsig. B. Rass, della diocesi di S. Gallo.
26 » » Monsig. Domenico Belli, della diocesi di Fabriano e Matelica.
» » » Monsig. Federico Pietro Leonardo Flooren, della diocesi di Breda.
27 » » Monsig. Corrado Seling, della diocesi di Osnabrück.
29 » » Monsig. Giuseppe Consoli, della diocesi di Anglona e Tursi.
» » » Monsig. Stefano Rosianu, dell'archidiocesi di Fogaras e Alba Giulia.
» » » Monsig*. Giorgio Simu, della medesima archidiocesi.
30 » » Monsig. Sebastiano Pio Gaido, dell'archidiocesi di Torino.
3 maggio » MOD sig. Giovanni Battista Ruggeri, della dioc. di Bergamo.
4 » » Monsig. Nazareno Orlandi, dell'archidiocesi di Siena.
6 » » Monsig. Giuseppe Magri, dell' archidiocesi di Milano.
» Monsig. Giacomo Ubaudi, dell'archidiocesi di Torino.
» Monsig. Alfonso Toda y Ñuño de la Rosa, della diocesi di Madrid e Alcalá.
12 » Monsig. Pietro Borgia, di Roma.
» » Monsig. Pio Cenci, di Roma.
» » Monsig. Eugenio Tisserant, della diocesi di Nancy (Roma).
13 » Monsig. Federico Beelert, della diocesi di Munster.
» » Monsig. Giorgio Périès, dell'archidiocesi di Parigi.
» » Monsig. Giovanni Litsehauer, della diocesi di S. Ippolito.
1S » Monsig. Vincenzo Marucco, della diocesi di Novara.
20 » Monsig. Giuseppe Zaccarella, di Roma.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

27 aprile 1921. Il sig. libero barone Sigfrido de Hobe-Gelting, della diocesi di Osnabrück.
6 maggio » Il sig. barone Pompilio Berlingeri, di Roma.
7 » » Il sig. conte Alfonso Crespo y Martin-Romero Galvez del Postigo y Godoy, della diocesi di Madrid.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

26 aprile 1921. Monsig. Francesco Gambelli, della diocesi di Iesi.
29 » » Monsig. Hariton M. Popa, dell'archidiocesi di Fogaras e Alba Giulia.
» » » Monsig. Alessandro Russu, della medesima archidiocesi.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

4 maggio 1921. Monsig. Ruggero Lovazzano, della diocesi di Tortona.

NECROLOGIO

9 maggio 1921. Monsig. Filippo Neri Sendrea, Vescovo di Calabozo.
17 » » Monsig. Giorgio Carié, Véscovo di Spalato.
21 » » Monsig. Michele Claro Vasquez, Vescovo tit. di Legione.
26 » » Monsig. Matteo Harkins, Vescovo di Providence.

Annus XIII - Yol. XIII 18 Iunii 1921 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

i

Die 13 iunii 1921, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum est *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur:

I. - ALLOCUTIO SS. D. N. BENEDICTI PP. XV
CREATIO ET PUBLICATIO S. R. E. CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

Causa Nobis quidem vos hodierno die, iterum anno vertente, congregandi ea duplex fuit, ut amplissimum Collegium vestrum suppleremus, rituque solemni complurium Ecclesiarum mederemur viduitati; sed antequam ad ea quae proposita sunt, veniamus, placet, veteri consuetudine institutoque maiorum, nonnulla de maximis Ecclesiae catholicae negotiis vobiscum! communicare.

Meministis profecto, cum orationem hoc ipso loco ad vos haberemus abhinc duobus annis die x mensis martii, valde sollicitos Nos fuisse, quinam ex bello futurus esset in Palaestina rerum cursus, in ea, inquiratis, regione Nobis et chri-

stianorum cuique carissima, quam ipse divinus hominum Redemptor suae vitae mortalis actione consecravit. Iamvero illa animi Nostri cura tantum abest ut allevata sit, ut etiam in dies ingravescat.

Nam, quod conquerebamur a peregrinis acatholicorum sectis, christianam appellationem prae se ferentibus, ibi nefarie effici, id ipsum conqueri etiam nunc debemus, videntes ut alacriores quotidie illae in incepto perseverent, opibus abundantes, callideque usae incolarum, ex maximo bello, summa inopia et egestate. Nos quamquam Palaestinorum rebus tam egenis opitulari, plura beneficentiae instituta fovendo novaque excitando, non praetermisimus, nec quoad licuerit, desistimus, tamen opem eorumdem necessitati parem afferre non possumus, praesertim quia ex iis facultatibus, quibus, Dei providentis munere, instruimur, calamitosis undique benignitatem' Sedis Apostolicae implorantibus succurrendum est. Itaque magno cogimur cum dolore conspicere sensim ruentes in interitum animas, Nobis penitus dilectas, pro quarum salute tot apostolici homines, in primisque Patriarchae Assisiensis alumni, tam diu multumque laboraverunt.

Praeterea, cum foederatorum copiis christiani denuo Loca Sancta in suam potestatem redegissent, Nos communem bonorum laetitiam participavimus ex animo; sed ei gratulationi timor ille suberat, quemi in eadem vobis oratione aperuimus, ne ex facto per se praeclaro et laetabili id consequeretur, ut in Palaestina hebraei iam praevalerent praecipueque quodam iure fruerentur. Non inanem eum fuisse timorem res ipsa ostendit. Christianorum enim in Terra Sancta non modo non meliorem factam esse condicionem apparet, verum deteriorem etiam, quam antea, scilicet propter novas civitatis leges et instituta, quae - non dicimus, voluntate auctorum, sed certe re - huc pertinent, ut christianum; nomen de eo statu, quem semper usque adhuc ibi obtinuit, deiiciant, in gratiam hebraeorum. Ad haec multam videmus a multis

dari operam, ut Loca Sancta profanentur, atque in voluptarios quosdam secessus convertantur, importandis illuc deliciarum illecebris omnisque generis invitamentis ad luxuriam; quae quidem probari nusquam alibi possunt, nedum ubi passim augusta religionis exstant monumenta. - Quoniam vero res Palaestinenses nondum ad perpetuitatem constitutae sunt, iam nunc edicimus, Nos velle ut, cum maturitas Palaestinae ordinandae venerit, Ecclesiae catholicae christianisque universis sua ibi salva et incolumia iura sint; de iuribus quidem hebraei generis quicquam deminui Nos sane nolumus, sed iidem contendimus sacrosancta christianorum iura iis opprimi omnino non debere. Eaque de re omnes, quicumque christianos populos, vel ipsos acatholicos, gubernant, vehementer rogamus, ut apud illam Nationum Societatem, cui dicitur mandati Anglici de Palaestina esse ratio expendenda, instare ne graventur.

Quod si a Terra Sancta oculos in Europam convertimus, hinc quoque magnae moles molestiarum Nobis obversantur. Ex iis enim quae scitis proxime evenisse, Venerabiles Fratres, plane perspicuum est populorum inter ipsos simultates et iras nondum resedi sse, bellique fere incendio restincto, bellicos tamen spiritus vivere. Ergo, quotquot ubique ad gubernacula rerum publicarum sedent homines bonae voluntatis, omnes etiam) atque etiam appellamus, petimusque ut, iis auctoribus atque auspicibus, populi mutuas inimicitias ultro citroque communi saluti iam condonent, et, quae resident adhuc inter se controversiae, eas, iustitia duce, caritate comite, disceptando dirimant ; itaque miserami Europam pacis tam diu desideratae demum compotem! faciant.

In his .autem acerbitatibus voluit Dominus Iesus Sponsam suam Ecclesiam suumque in terris Vicarium aliquo solatio benignus consolari. Huiusmodi esse illud intelligitis, quod Civitates paene omnes quibus publice nulla Nobiscum ratio intercedebat, vixdum confecto bello, maturarint, prorsus sua sponte, significare Nobis studium, quo tenerentur,

coniunctionis amicitiaeque cum[1] hac Apostolica Sede conciliandae, persuasum habentes id, si ex sententia sibi successisset, non vacuum fore fructibus publicae utilitatis. Nos solemnem morem retinentes huius Apostolicae Sedis, et illud catholicae doctrinae observantes caput de utriusque potestatis consensione ad commune Civitatis et Ecclesiae bonum, libenter talibus postulationibus concessimus, nulla sane cum iactura eorum quae in hoc genere sunt Nobis principia sanctissima. Ipsa quoque Gallia, cum publice se de complexu matris abstraxisset, nuper eum locum, quem apud Iesu, Christi Vicarium iam complura saecula obtinuerat, rursus, sexdecim annorum intervallo, occupavit ; cuius quidem tam iucundus Nobis atque optimo cuique fuit reditus, quam acerbus discessus fuerat. Quod igitur haud ita pridem difficillimum factu in hac tristitia temporum videbatur, id nunc, Dei providentis nutu, est, ut - ubi improbanda non adsit rerum condicio, Romani Pontificatus impediens libertatem - cultarum gentium respublicae fere universae cum hac Sede Apostolica societatem habeant : quae societas, enixe precamur a Deo, ut, quemadmodum debet esse, sic Ecclesiae singulisque Civitatibus vere exsistat salutaris.

Iam, ut propositum exsequantur, sacrae honore Purpura«, honestare tres viros decrevimus, animi laudibus ingeniique egregios, qui, operam Ecclesiae navando, admodum se Nobis probaverunt. Hi sunt :

IOANNES TACCI, Archiepiscopus tit. Nicaenus, Domui Pontificiae Praepositus;

ACHILLES RATTI, Archiepiscopus Adanensis, Nuntius Apostolicus in Polonia;

CAMILLUS LAURENTI, Adiutor Sacri Consilii christiano nomini propagando.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

Ex **ORDINE PRESBYTERORUM**

IOANNEM TACCI,
ACHILLEM RATTI,

Ex **ORDINE DIACONORUM**

CAMILLUM LAURENTI.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris £ß et Filii £g et Spiritus ffi Sancti. Amen.

Sequitur ut Venerabilium Fratrum Episcoporum: ordinem suppleamus.

II. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater has, quae sequuntur, Ecclesias de proprio singulas pastore providit, scilicet:

Metropolitanae Ecclesiae Mediolanensi praefecit Emum P. D. Achillem S. R. E. Cardinalem Ratti.

Patriarchali Sedi Alexandrinae latinorum, Exmum P. D. Paulum De Huyn, hactenus Archiepiscopum titularem Sardicensem.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Macrehensi, R. P. D. Eduardum Ilsley, hactenus Archiepiscopum Birmingamiensem.

Metropolitanae Ecclesiae Liverpolitanae, R. P. D. Fridericum Guilelmum Keating, hactenus Episcopum Northantoniensem.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Attaliensi, R. P. D. Antonium Lega, hactenus Episcopum Triventinum, deputatum in Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Paschalis Morganti, Archiepiscopi Ravennatensis et Episcopi Cerviensis.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Siracensi, R. D. Philippum Cortesi, Nuntium Apostolicum apud Rempublicam de Venezuela.

Cathedrali Ecclesiae Collensi, R. P. D. Ioannem Andream Masera, hactenus Episcopum titularem Himeriensem, suffraganeum Sabinensem et Administratorem Apostolicum dioecesis Liburnensis.

Cathedralibus Ecclesiis Fabrianensi et Mathelicensi, invicem perpetuo canonice unitis, R. P. D. Aloisium Ermini, hactenus Episcopum Caiacensem.

Cathedrali Ecclesiae Reginae-Qradicensi, R. P. D. Carolum Kaspar, hactenus Episcopum titularem ßethsaidensem.

Episcopali titulari Ecclesiae Bethsaidensi, R. D. Henricum Laurentium Janssens, Abbatem tit. Montis Blandini O. S. B., secretarium pontificiae Commissionis de re Biblica, Collegii sancti Anselmi de Urbe rectorem emeritum.

Cathedralibus Ecclesiis Interamnensi et Narniensi, invicem perpetuo canonice unitis, R. D. Caesarem Boccoleri, Protonotarium apostolicum *ad instar,* loci « Rapallo » in Clavarensi dioecesi Archipresbyterum.

Episcopali titulari Ecclesiae Diocaesariensem, R. D. Iosephum Pranzini, Vicarium generalem Bononiensem, deputatum in Auxiliarem Emi P. D. Georgii S. R. E. Card. Gusmini, Archiepiscopi Bononiensis.

Cathedrali Ecclesiae Liburnensi, R. D. Ioannem Piccioni, Vicarium generalem Pistoriensem.

Cathedrali Ecclesiae Segusiensi, R. D. Humbertum Rossi, canonicum cathedralis ecclesiae Casalensis.

Episcopali titulari Ecclesiae Lamiensi, R. D. Thomam Shine, deputatum in Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Richardi Lacy, Episcopi Medioburgensis.

Insuper SSmus Dominus Noster alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS :

Pharsalensem, Sebastianum Lerne a Silveira Cintra, iam Archiepiscopum Olindensem et Reeifensem.

Syracusanum, iacobum Carabelli.

Caietanum, Paschalem Berardi, iam Episcopum Rubensem et Bituntinum.

Adanensem, Achillem Ratti, iam Archiepiscopum titularem Naupactensem.

Naupactensem, Fridericum Tedesçhini.

Helenopolitanum, Robertum Vicentini.

EPISCOPOS :

Flaviopolitanum, Paulum Albera, iam Episcopum Bovensem.

Pelotensem, Ioachim Ferreira de Mello.

Galatanisiadensem, Ioannem Iacono, iam Episcopum Melphictensem, Iuvenacensem et Terlitiensem.

Philadelphiensem, Franciscum Vazhapilly.

Olismatensem, Paulum Rémond.

Lodzensem, Vincentium Tymieniecki.

Bitensem, Franciscum Rudolphum Bornewasser.

Brixinensem, Ioannem Raffi.

Corporis Christi, Emmanuelem Ledwina.

Nicoteriensem et Tropiensem, Felicem Gribellati.

ARGHIABBATEM*I*

S. Martini in- Monte Pannoniae, Remigium Bardos.

ABBATEM:

S. Petri apud Muenster, Michaelem Ott.

II

I. - TRADITIO RUBRI GALERI EÄIS CARDINALIBUS

Die 16 iunii 1921, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum est *Consistorium publicum,* in quo Ssmus Dnus Noster Purpuratorum Patrum galerum sollemniter tradidit Cardinalibus iam creatis et publicatis in Consistorio diei 7 martii 1921, nimirum:

Emo FRANCISCO RAGONESI,

Emo IOANNI BENLLOCH Y VIVÓ,

Emo FRANCISCO ASSISIENSI VIDAL Y BARRAQUER;

itemque Cardinalibus nuper creatis et publicatis in Consistorio diei 13 iunii, nempe:

Emo IOANNI TACCI,

Emo ACHILLI RATTI,

Emo CAMILLO LAURENTI.

Interea, per Advocatum S. Consistorii Augustum Milani, perorabatur pro tertia vice Causa beatificationis et canonizationis ven. Iustini de lacobis, Sacerdotis e Congregatione Missionis.

n. - PROVISIO ECCLESIARUM

Eadem die, in *Consistorio secreto,* Beatissimus Pater, postquam, consueto ritu, sex praelaudatis Emis PP. Cardinalibus os clausisset, has quoque, quae sequuntur, Ecclesias de proprio singulas pastore providit, nimirum :

Metropolitanae Ecclesiae Birmingamiensi praefecit R. P. D. Ioannem Mae Intyre, hactenus Archiepiscopum titularem Oxyrynchiensem.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Gariacensi, R. P. D. Alexandrum Le Roy, hactenus Episcopum Olindensem, Moderatorem generalem Congregationis a Spiritu Sancto.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Grainensi, R. P. D. Ioannem Mariam Mérel, hactenus Episcopum titularem Orcistiensem.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Maditensi, R. P. D. Henricum Döring, hactenus Episcopum Poonensem.

Cathedrali Ecclesiae Clevelandensi, R. P. D. Iosephum Schrembs, hactenus Episcopum Toletanum in America.

Cathedrali Ecclesiae Campifontensi, R. P. D. Thomam O' Reilly, Vicarium generalem Manchesteriensem.

Episcopali titulari Ecclesiae Germaniciensi, R. D. Aloisium Harthl, quem deputavit in Auxiliarem Emi P. D. Michaelis Card. De Faulhaber, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

Cathedrali Ecclesiae Principis Alberti et Saskatoonensi, R. D. Ioseph Prud'homme, Vicarium generalem dioecesis S. Bonifacii.

Cathedrali Ecclesiae Pittsburgensi, R. D. Hugonem Boyle.

Episcopali titulari Ecclesiae Tricomiensi, R. D. Iacobum Viladrich y Gaspar, deputatum in Auxiliarem Emi P. D. Ioannis S. R. E. Card. Benlloch y Vivó.

Titulari episcopali Ecclesiae Alindensi, R. D. Eduardum Komar, parochum loci Sucha, deputatum in Auxiliarem R. P. D. Leonis Wadega, Episcopi Tarnoviensis.

Episcopali titulari Ecclesiae Aucandensi, R. D. Soterem Redondo Herrero, ex Ordine Erem. S. Augustini, Vicarium Apostolicum S. Leonis de Amazonas.

Episcopali titulari Ecclesiae Verinopolitanae, R. D. Silvinum Ramírez, Vicarium Apostolicum Galiforniae Inferioris.

Episcopali titulari Ecclesiae Doberensi, R. D. Augustinum Gauthier,, e Societate Parisiensi Missionum ad exteros, Vicarium Apostolicum de Quang-Tong Occidentali et Hainan.

III. - TITULI EMIS PP. CARDINALIBUS ASSIGNATI

Posthaec os aperuit Beatissimus Pater sex Emis novis Cardinalibus,, quorum singulis assignavit :

Emo RAGONESI, titulum S. Marcelli,
Emo BENLLOCH Y VIVÓ, titulum S. Mariae in Aracaeli,
Emo VIDAL Y BARRAQUER, titulum S. Sabinae,
Emo TACCI, titulum S. Mariae trans Tiberim,
Emo RATTI, titulum S. Martini in Montibus.
Enio LAURENTI, diaconiam S. Mariae Scalaris.

IV. - POSTULATIO SACRI PALLII

Tum Emus P. D. Achilles Card. Ratti, sistens coram Ssmo et praestito prius iuramento, institit pro pallio suae Metropolitanae Ecclesiae Mediolanensis; et post eum institerunt pro pallio Pastores dati Ecclesiis Metropolitanis *Liverpolitanae, Birmingamiensi, Syracusanae* et Ecclesiae Archiepiscopali *Gaietanae;* itemque, ex privilegio et successione, Ecclesiae Cathedrali *Claromontanae.*

Quorum postulationibus Beatissimus Pater benigne adnuere dignatus est.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SANCTI PETRI APUD MUENSTER

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS IN ABBATIAM NULLIUS

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Eximia Benedictini Ordinis tum in Ecclesiam tum in civilem societatem gesta nemo est qui ignoret. In plerasque enim regiones sancti Benedicti filii una cum Christi religione civilem cultum introduxerunt. Ex quo evenit ut aliquae orbis catholici partes monachorum sancti Benedicti curis, vel ab Episcopis, vel ab ipsa Apostolica Sede concederentur, ibique, temporis progressu, prout occasio postulabat, abbatiae *nullius* dioeceseos a Praedecessoribus Nostris erectae essent. Huius Benedictinorum sollicitudinis in religione christiana dilatanda mirum etiam nunc habemus exemplum in Canadensi ditione.

Ad excolendam enim regionem illam Canadensem apud Muenster, in provincia civili, cui nomen Saskatchewan, quae inculta erat, et vix tantum ab Indis aborigenis habitabatur, bo. me. Albertus Pascal, illius regionis Ordinarius, primum qua Vicarius Apostolicus, dein qua Episcopus Principis Alberti, libenter excepit quosdam monachos Cluniacenses e monasterio Wetang, provinciae Illinois in Foederatis Statibus Americae Septentrionalis; qui quidem sibi proposuerunt evangelica praedicatione et civilibus institutionibus locum illum ad meliorem conditionem evehere. Et, Dei adiuvante gratia, monachorum studia et labores prospere cesserunt. Nam catholici, magna ex parte germanicae originis, ex Foederatis Statibus, et ex Germania, Austria, Helvetia ac Russia illuc convenerunt, et coloniam quamdam a S. Petro apud Muenster nuncupatam sub directione et spirituali cura monachorum illic condiderunt; et inter eosdem monachos et praedictum Albertum Pascal, loci Ordinarium, conventio circa curam animarum inita est, quam haec Apostolica Sedes ratam habuit, et quidem prioratus Benedictinus S. Petri, plures paroecias complectens, die decimaquinta mensis augusti anni millesimi nongentesimi decimi primi in abbatiam evehebatur. Territo-

rium huic abbatiae assignatum ad quinquaginta quattuor milliaria in longitudinem et triginta tria in latitudinem patet, et centum duodecim milia quadrata iugera, seu quinquaginta *townships,* extenditur, et paroecias *Muenster, Humboldt, Annaheim, Dead Moose Lake, Fulda St Benedikt, Leofeld, Bruno, Engelfeld* et *Watson* hodie complectitur.

Prosperum huius coloniae statum perpendens Albertus Pascal, Praesul, ac secum reputans valde ad eiusdem coloniae conservationem expedire ut ipsa sub directione et cura monachorum Benedictinorum absolute et in perpetuum maneret, antequam moreretur supplices enixasque Nobis exhibuit preces, ut abbatia Sancti Petri cum paroeciis ex ea dependentibus in abbatiam *nullius* dioeceseos, a S. Petro pariter nuncupandam, apud Muenster erigeretur.

Nos autem, has preces ac memorati prioratus religiosa incrementa considerantes, de consilio dilectarum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi Consistoriali sunt praepositi, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, memoratam regionem, quae nomen cepit *Colonia Sancti Petri* a dioecesi Principis Alberti et Saskatoonensi, ad quam hactenus pertinebat, dividimus ac seiungimus, atque in abbatiam *nullius, Sancti Petri apud Muenster* denominandam, sub regimine et iurisdictione Abbatis pro tempore eiusdem abbatiae, erigimus et constituimus, eam Apostolicae Sedi immediate subiicientes.

Ecclesiam vero S. Petri huius abbatiae in abbatialem ecclesiam nuper erectae abbatiae *nullius,* iisdem servatis invocatione ac titulo, constituimus; item in ea sedem et dignitatem abbatialem ad instar episcopalis dignitatis erigimus et constituimus pro uno Abbate, ab ipsius abbatiae titulo designando, qui ecclesiae, abbatiae ac regioni, ut supra definitae, praesit, ac iura omnia, officia, munia habeat et exerceat ad tramitem Codicis iuris canonici, praesertim circa ea quae ad cap. X, tit. VII, lib. II, «De Praelatis inferioribus» statuuntur, cetera quoque iura et privilegia, quae Abbatibus *nullius* dioecesis ex Ordine Sancti Benedicti sunt communia, quibusve Apostolico indulto frui solent; citra ea, quae propria sunt Praesulibus cathedralium Ecclesiarum in Canadensi dominio.

Capitulo autem abbatiali, ex monachis memoratae abbatiae, quum fieri poterit, constituendo, onera imponimus, ac iura et privilegia largimur, ad quae tenentur et quibus fruuntur monachi capitulorum aliarum abbatiarum *nullius* dioeceseos ex Ordine Sancti Benedicti.

Pro Abbatis insuper mensa, Capituli et Seminarii dote, divini cultus piarum ve operum expensis attribuimus reditus et bona, quibus abbatia

ipsa S. Petri apud Muenster modo potitur et gaudet, quaeque in posterum obtinebit.

Nobis vero et Apostolicae Sedi facultatem expresse reservamus quamlibet dismembrationem, seu novam ipsius abbatiae circumscriptionem libere decernendi.

Volumus praeterea ut dilectus filius Michael Ott, hodiernus Abbas coenobii S. Petri apud Muenster, sit et maneat primus Abbas noviter erectae abbatiae *nullius.*

Volumus vero et mandamus ut ipse, antequam praefatae abbatiae *nullius* possessionem capiat, in manibus cuiuscumque, quem maluerit, catholici Antistitis, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentis, fidei catholicae professionem emittere ac sueta iuramenta praestare, iuxta formulas praesentibus Literis adnexas, et illas, vel earum exemplaria, ipsius Abbatis ac praedicti Antistitis subscriptione ac sigillo munita, ad Cancellariam Apostolicam infra sex menses transmittere omnino teneatur. Ad hoc, Antistiti, quem Abbas elegerit, professionem ac iuramenta praedicta'Nostro et Romanae Ecclesiae nomine recipiendi munus et mandatum per praesentes committimus.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si quilibet quorum interest vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, aut obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Rebus, itaque, ut supra dispositis, ad eadem omnia exsequenda, deputamus venerabilem fratrem Petrum De Maria, Archiepiscopum titularem Iconiensem atque in ditione Canadensi et Terrae Novae Apostolicum Delegatum, eique tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque definitive pronunciandi super quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu oritura, iniuncto tamen eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses mittendi exemplar, authentica forma exaratum, exsecutionis peractae, ut in eiusdem Sacrae Congregationis archivo servari possit.

Non obstantibus regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem et mandamus ut, harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel contraire liceat. Si quis, vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die sexta mensis maii, Pontificatus Nostri anno septimo.

% C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.,*
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XX1Ï, n. 59.

LITTERAE APOSTOLICAE

; i

PRAEFECTURA APOSTOLICA S. LEONIS DE AMAZONAS IN VICARIATUM APOSTOLICUM MUTATIS FINIBUS ERIGITUR.

BENEDICTUS PP, XV

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac féliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, divinitus fungimur. Iamvero cum Praefecturam Apostolicam S. Leonis de Amazonas non multo ante hac a Sede Apostolica erectam iam felicia admodum catholicae rei incrementa collustrent, ipsaque urbs caput vulgo *Iquitos* non modo civium frequentia atque opulentia rerum praestet, sed etiam catholicorum numero ac fervore laudabilis exsistat; visum idcirco Nobis est decori eiusdem missionis ampliori prospicere per eiusdem in Vicariatum Apostolicum erectionem, datoque eidem Pastore episcopali caractère aucto. Quare, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, enunciatam Praefecturam Apostolicam S. Leonis de Amazonas in Vicariatum Apostolicum erigimus. Huius autem novi Apostolici Vicariatus, cui nomen S. Leonis de Amazonas servamus, ita fines immutamus, ut hi ex una parte amplificentur adiecto Praefecturae Putumayensis integro territorio, ex altera autem parte restringantur, detractis ex ipsa missione S. Leonis iis regionibus quae circum flumen Marañon eiusque directos et indirectos aifiuentes extenduntur intra Reipublicae Peruanae fines atque usque ad rivos Huncway et Ancutiyo, ex quibus regionibus novam Apostolicam Praefecturam constitui voluimus. Haec statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariae Apostolicae regula

de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris,-di& xxu februarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

• n

NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA A S. GABRIELE A VIRGiNE PERDOLENTE DE MA RA ÑON ERIGITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — In sublimi Principis Apostolorum cathedra collocati, tamquam e specula procerissima, in omnes catholici orbis partes oculos Nostrae mentis convertimus, et potissimum ad illas- regiones prospicimus, quae, longo terrarum marisque tractu ab hae alma. Urbe seiunctae, fidei Christi praeconum opera indigeant. Hoc ducti consilio, quo efficacius auxilium praeberemus Indicis tribubus, quae in amplissimis superioribus regionibus Amazonum fidei atque humanitatis optatissima bona in sua miserrima nocte expetunt, in sententiam venimus novam ibidem Apostolicam Praefecturam erigendi aliosque Evangelii nuncios illuc mittendi, iuxta mandatum Domini praecipientis: « Euntes docete omnes gentes ». Quare, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, antiquam Praefecturam S. Leonis de Amazonas dismembramus atque ex ea detrahimus regiones quae circum flumen Marañon, seu Amazonas superiores, eiusque afïïuentes tum directos tum indirectos extenduntur, intra limites Reipublicae Peruanae atque usque ad rivos Huncway et Aneutiyo. Ex his regionibus ita detractis sive separatis, novam efformamus atque instituimus Praefecturam Apostolicam a S. Gabriele a Virgine Perdoiente de Marañon nuncupandam, eandemque Congregationi a Passione D. N. Iesu Christi committimus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus

super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari •eontigerit. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII februarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

MISSIONES DUCATUS ANHALTINI INCORPORANTUR IN DIOECESIM PADERBOR- . NENSEM.

BENEDICTUS PP. XV

Adfuturam rei memoriam. — Commissum Nobis divinitus supremi apostolatus officium id postulat, ut sedulo studio ea praestemus, quae religionis bono fideique incremento conducant. Iamvero Ducatus Anhaltini missionum spirituali incremento prospicere volentes, quae in praesentiarum sub administratione Episcopi Paderbornensis pro tempore exstabant, prae oculis habita relatione venerabilis fratris Caroli. Iosephi Schulte, iam Episcopi Paderbornensis, ceterisque adiunctis mature perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ut rei sacrae procurationi ijlis in regionibus satius consultum sit, haec, quae infrascripta sunt, decernenda existimavimus. Nimirum auctoritate Nostra Apostolica, praesentium tenore, Ducatus Anhaltini missiones in dioecesim Paderbornensem ita incorporamus, ut deinceps pars fiant eiusdem dioecesis, sub Paderbornensis Ordinarii iurisdictione. Haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenarios atque integros effectus sortiri et obtinere: illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i martii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD, GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

A VICARIATU APOSTOLICO DE KASSAI SUPERIORE PARS TERRITORII SEPARATUR ET FINITIMAE PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE KOANGO ADIICITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — In hac sublimi Principis Apostolorum cathedra, nullis quidem meritis Nostris, divinitus collocati, in omnes orbis catholici partes oculos mentis Nostrae convertimus, et quae christiani nominis incremento atque animarum saluti procurandae conducant, sollicito studio decernere maturamus. Idcirco cum venerabilis frater Augustinus Declerq, Vicarius Apostolicus de Kassai Superiore, Nos postulaverit ut territorii pars suae missionis, ad sinistram fluminis Loango sita, finitimae Praefecturae Apostolicae de Koango cederetur, ultro ad id annuente dilecto fìlio Stanislao de Vos, Praefecto Apostolico, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, quo fidei christianae progressui in praedicto territorio aptius provideatur, votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, a Vicariatu Apostolico de Kassai Superiore territorii partem ad sinistram fluminis Loango sitam separamus, eamdemque cedimus finitimae Praefecturae Apostolicae de Koango. Decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive in posterum spectare poterunt, nunc et pro tempore amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n martii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

INDULGENTIA PLENARIA TOTIES QUOTIES IN SACELLO PORTIUNCULAE PROPE ASISIUM LUCRANDA AD OMNES ET SINGULOS ANNI DIES EXTENDITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat apprime, ecclesiam Sanctae Mariae Angelorum prope Asisium, quam Decessor Noster Pius PP. X ad Patriarchalis Basilicae dignitatem provexit, iure meritoque accenseri posse inter potiora non solum Italiae, sed universi catholici orbis sanctuaria. Ut enim fertur, iv saeculo, hanc Petri Cathedram obtinente Liberio, erecta primum fuit a quibusdam piis peregrinis, qui Deiparae Virginis sepulchri fragmentum, a Palaestina translatum, ibi deposueränt, parva aedes, quae, in honorem Assumptionis Virginis Deiparae, Sanctae Mariae ab Angelis nomen habuit. Postquam autem monachorum occidentalium patriarcha Benedictus parvum continentis agri modum dono obtulit sacrae aediculae, haec ab exigua portione *Portiuncula* dicta est. Hanc sacram cappellani iii vicinitate degentes agri colae et pagorum finitimorum incolae et Asisienses potissimum cives antiqua religione per saecula venerati sunt, gratiarum apud Deum sequestrami Virginem experti. Pica, divi Francisci genetrix, ibi maternitatis gratiam obtinuisse dicitur. Quare Franciscus ab ineunte aetate singulari pietate Portiunculae aediculam coluit, et postea, pauper pro Christo factus, pauperem aedem illam adamavit, ibique Minoritici Ordinis fundamenta posuit, regulamque illam conscripsit, quam Innocentius III cl. me. Praedecessor Noster, divina monitus visione, probavit. Hic Clara, nobilis Asisiensis virgo, mundo valedicens, pauperem Franeiscalem induit vestem, monialiumque secundi Ordinis familiam instituit. Inde etiam tertius ille Franciscalis Ordo originem duxit, cui Nos quidem nomen dedimus. Penes ecclesiam Sanctae Mariae Angelorum, sive de Portiuncula, primi Franciscalis Ordinis capitulares coetus habiti: inde etiam manavit celeberrima indulgentia de Portiuncula, quam ab ipso Christo Domino, per Deiparae Virginis intercessionem, Franciscus pro spirituali christiani populi salute obtinuit anno Domini MCCXVI. Etenim, ut traditur et Franciscalis Ordinis historici narrant, idem Sanctus, adiutus patrocinio Matris, cuius opem supplex implöraverat, enixis precibus petiit a Christo Iesu, ut omnibus ecclesiam illam introeuntibus concederet veniam et indulgentiam omnium peccatorum, quorum confessionem sacerdoti fecissent. Respondit ei

Dominus id sibi placere, praeeepitque ut Vicarium suum adiret et ab eo suo nomine indulgentiam illam postularet. Dicto audiens se contulit Perusiam Franciscus, et Honorio III, qui per illud temporis Ecclesiae sanctae regimen gerebat, divinum aperuit mandatum, haec addens verba,: « Placeat Sanctitati Vestrae non dare annos, sed animas ». Percunctari Honorio: « Quid ergo petis, Francisée? ». Respondit: « Volo, si « placeat Sanctitati Vestrae, quod quicumque venerint ad istam ecclesiam « confessi et contriti, et, sicut expedit, per sacerdotem absoluti, absolvan- « tur a poena et culpa a die baptismatis usque ad diem et horam introi- « tus ecclesiae supradictae ». Tunc Pontifex: « Multa petis, Francisée », et, rei novitate perculsus, subdidit, huiusmodi indulgentiae lucrandas modum non esse Romanae Curiae consuetudini consentaneum. At Sanctus: « Domine, quod peto, non ex parte mea, sed illius peto, qui misit me, « Dominus Iesus Christus ». Et Papa extemplo annuit, ter dicens: « Placet « mihi quod tu habeas ». - Haec indulgentiae origo, atque e miranda narratione patet amplissimam fuisse primam illam Nostri Praedecessoris concessionem, liberam idest, perpetuam, nullo temporis limite circumscriptam. Attamen^ sicuti ipsi docent historici, postea, gravibus id suadentibus causis, praecipue promulgatione Cruciatae, idem Honorius tempus lucrandi eamdem indulgentiam quotannis ad unius diei naturalis spatium coarctavi!, nempe a primis vesperis Kalendarum augusti mensis ad occasum usque solis diei sequentis. Haec vero temporis limitatio haud semper tot per saecula immutata permansit. Antequam enim Romani Pontifices Nostri Decessores dignati sunt plenariam indulgentiam, quotannis, in ecclesia Portiunculae dumtaxat, lucrandam die secunda mensis augusti, extendere primum ad omnes ecclesias primi Ordinis, deinde ad illas Ordinis secundi, nempe monialium, tandem ad eas quoque tertii Franciscalis Ordinis, ubique terrarum sitas, non defuerunt exempla, eiusdem Sanctae Sedis gratia, in nonnullis aliis ecclesiis hasce indulgentias ad instar Portiunculae nuncupatas ad totam octavam alicuius festi fuisse productas. Poteratne stricta ad unum diem limitatio servari tantummodo in templo Sanctae Mariae Angelorum, unde indulgentia ipsa manaverat in universum orbem christianum? Quare factum est, ut vetustissima inibi consuetudo, iam inde a saeculo xni et praesertim exeunte xv ac XVI ineunte saeculo, invaluerit in populo, ingrediendi et egrediendi ex aedicula Portiunculae pluries eodem die, pro lucranda indulgentia plenaria ac potissimum die commemorationis omnium fidelium defunctorum, pro rite piandis tam salutari indulgentia in Purgatorio igne detentis animabus. Inde ingens populi concursus omnibus potioribus anni festivitatibus ad indulgentias acquirendas, et peramplum ac celeberrimum

templum, Portiunculae aediculae super impositum, saepe impar visum peregre confluentium fidelium multitudini continendae. Porro de Honorii limitatione stricto sensu servanda, deque validitate indulgentiae de* Portiuncula pro interiori sacello templi Deiparae Angelorum, anne ipsa etiam aliis anni diebus, praeter unicum ut supra designatum diem, foret ibi rite acquirenda, in Romana quoque Curia diu et ancipiti quidem sententia ad nostra usque tempora disceptatum est. Verum Romani Pontifices Nostri Praedecessores, qui, saepenumero, pietate ducti, ad sanctuarium de Portiuncula accesserunt, Franciscalis familiae votis benignas aures praebere non dubitarunt. Ipsi enim ecclesiam illam quasi cërtatim novis itemque singularibus privilegiis auxerunt; praesertim Paulus III Farnesius, qui anno MDXXXXIV, dum in coenobio Perúsino prope puteal beati Aegydii cum Minoribus fratribus colloqueretur, a coenobii ipsius Vicario rogatus, quid sentiret de consuetudine, quae invaluerat ab immemorabili, lucrandi de Portiuncula indulgentias in aedicula templi Angelorum singulis anni diebus et non semel in anno, respondit, se ita esse credere, et ad omne dubium penitus tollendum se consuetudinem ipsam piam probare, et suprema auctoritate Apostolica, quatenus opus esset, de integro sancire. Huius concessionis vivae vocis oraculo factae, certa supersunt, quae in tabulariis Franciscalibus asservantur, testimonia; haec inter gravis depositio Massei Bardi, religiosi ex Ordine Minorum, dein Episcopi Clusini, qui se colloquio adfuisse et Decessoris Nostri verba audivisse sub sacramenti religione asseruit. Iuvat etiam hic, quod historici referunt, memorare, Clementem Papam XII, qui, licet in Pontificatu constitutus, Franciscalis Ordinis patronatum retinere dignatus est, ad anxietates omnes delendas, audito favorabili suffragio Cardinalium Pico et Passeri, in sententiam venisse confirmandi, datis sub plumbo Litteris, veniam fidelibus, ad aedem Angelorum concurrentibus, lucrandi singulis quibuscumque anni diebus de Portiuncula indulgentiam; sed, ob sequutam brevi Pontificis mortem, rem infectam mansisse. Innocentius quoque XII Sanctae Mariae Angelorum templo indulgentiam plenariam quotidianam perpetuam largitus est anno MDGVC. NOS etiam, anno MCMXVI, septimo exeunte saeculo a publicatione eiusdem indulgentiae plenariae in aedicula Asisiensi Sanctae Mariae Angelorum de Portiuncula, cum Minister generalis Ordinis Minorum supplices preces adhibuisset ut traditionem recognoscere dignaremur, quae iam; uti memoravimus, in suo Ordine invaluerat de privilegio lucrandi in eadem aedicula praedictam indulgentiam singulis diebus per annum toties quoties, piis votis annuere non dubitavimus, et donec nova super hac re studia inirentur, ad annum eiusdem indulgentiae concessionem interim fecimus.

Nunc autem, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, cum generalis Minister, auspicatali! occasionem nactus septimi saeculi feliciter elapsi a memorata indulgentiae publicatione, iterata prece Nos adierit instanter, ut enunciatam singulis anni diebus indulgentiam pro sacello de Portiuncula suprema Apostolica auctoritate recognoscere et in perpetuum sancire velimus; Nos, animo repetentes per Portiunculae indulgentiam, sicuti scripsit Venerabilis Cardinalis Robertus Bellarmino, tria catholica dogmata confirmari, unum de indulgentiis, alterum de Pontifice Maximo, tertium de Confessione, votis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Et quia, ad preces sancti Francisci, Christus ipse plenariam indulgentiam dedit, sed nonnisi per ministerium Vicarii sui Pontificis Maximi dedit, nec nisi per contritionem et confessionem a culpa expiatis et eam ecclesiam visitantibus dedit, cum Honorianae limitationis causae iamdiu fuerint sublatae, omnibus disiectis difficultatibus et dubiis, Nos, omni temporis coarctatione abrogata, quod primum Christo et Francisco placuit, in praesens exsequi laetamur. Quae cum ita sint, audito et favente dilecto filio Nostro Oreste S. R. E. diacono Cardinali Giorgi, Poenitentiario Maiore, Fratrum Minorum Ordinis Patrono et Legato Nostro pro Patriarchali Basilica Sanctae Mariae ab Angelis in Portiuncula, de omnipotentis Dei misericordia ac B B. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, consuetudinem, quae ab immemorabili tempore, uti iam diximus, in templo de Portiuncula invaluit, lucrandi indulgentiam eamdem etiam aliis anni diebus, praeter unicum designatum ab Honorio Papa, omni limitatione sublata, confirmamus et sancimus, vel, quatenus opus sit, veniam de integro concedimus, ut in posterum fideles ex utroque sexu, non tantummodo altera die mensis augusti, sed singulis quibusque anni diebus, quibus, admissorum tantummodo sacramentali confessione rite expiati, non Basilicam Patriarchalem Sanctae Mariae Angelorum, in qua ne die quidem augusti mensis altera talis indulgentia viget, sed in ipsa situm sacellum de Portiuncula visitent, quoties idem sacellum contrito saltem corde ingredientur, toties plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequi valeant. Attamen, ut haec gratia omnino singularis permaneat, et locum omnium sanctissimum dumtaxat illustret, volumus expresse ac 'praecipimus, ut haec indulgentiae de Portiuncula ad singulos anni dies amplificatio minime pertineat sive extendi queat, quavis de causa, ad alias etiam Minorum Ordinis ecclesias. Ad perennandam denique auspicati eventus memoriam, volumus ut in Breviario Romano-Seraphico in Lectione VI Dedicationis templi de Portiuncula recognitionis huius sive novae concessionis expressa mentio fiat.

Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime perpetuoque suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis aprilis anno MCMXXI, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

Vi

UNIO APOSTOLICA SACERDOTUM PARISIIS INSTITUTA IN PRIMARIAM ERIGITUR SEU CONFIRMATUR, ATQUE INDULGENTIIS ET GRATIIS SPIRITUALIBUS DITATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. —- Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes pias Societates ad pietatis et caritatis opera exercenda institutas, ex quibus uberes percipit christiana res fructus spirituales, peculiaribus honoribus, privilegiis et gratiis augere ac locupletare pro re ac tempore satagimus. Harum in numerum exploratum plane Nobis est iure meritoque esse accensendam Unionem Apostolicam sacerdotum saecularium, quae a Ssmo Corde Iesu audit. Haec enim Societas, primum anno 1862 in Gallia instituta frugiferum ad finem firmandae ac tuendae cleri unitatis, proposita universis sociis, per opportuna caritatis officia, uniformi vitae ratione ita ut sparsi per christianum orbem levitae fraternae dilectionis vinculo inter se devincirentur, annuentibus, immo et faventibus locorum Ordinariis, brevi sexaginta annorum intervallo, tanta, favente Deo, incrementa percepit, ut in praesens plurimas totius christiani orbis dioeceses pervaserit et in Europa non minus quam in America tam Septentrionali, quam Meridionali, Australasia, Cocincina, Indiis Orientalibus et longinquis aliis regionibus mirifice floreat uberrimosque pietatis ac sanctitatis fructus edat. Romani Pontifices Nostri Decessores Pius IX; Leo XIII et rec. me. Decessor Noster Pius Pp. X Unionem enunciatam pluries publicis docu-

mentis laudare et commendare plurimisque indulgentiis ac privilegiis augere et locupletare non dubitarunt. Nunc vero cum hodiernus ipsius Unionis Moderator generalis dilectus filius Aloisius Lamerand, ut ipsa Associatio Matrix eiusque filiales magis magisque in dies promoveantur, eaeque, ad normam Codicis iuris canonici nuper editi, opportunis legibus regantur, Nos supplicibus votis flagitaverit, ut suppleto, quatenus opus sit, quolibet sive erectionis sive associationis filialium defectu hucusque forsan incurso, eamdem Associationem Matricem ad Primariae gradum pro universo catholico orbe erigere dignemur; Nos, animo repetentes singularia in rem sacram merita quibus Unio ipsa commendatur, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF.. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro Tridentini Concilii decretis interpretandis, sanatis auctoritate Apostolica (ut omnes ambigen di causae penitus tollantur) omnibus defectibus fortasse ad hunc usque diem incursis circa erectionem, aggregationes et adscriptiones, Unionem Apostolicam sacerdotum, perpetuo statuta eius sede in sacello Sancti Dionysii Basilicae Ssmi Cordis Iesu in Monte Martyrum Lutetiae Parisiorum, item Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, in Primariam pro universo orbe catholico constituimus, ita ut sit revera et habeatur Unio Matrix ac persona iuridica, ad tramitem iuris, una cum adnexis iuribus ac privilegiis propriis. Unionis autem memoratae sic per Nos in Matricem, sive Primariam, erectae Moderatori atque Officialibus praesentibus ac futuris largimur, auctoritate Nostra Apostolica, praesentium tenore, ut ipsi alias quaslibet eiusdem nominis atque instituti Uniones, ubique terrarum tam actu erectas quam erigendas in posterum, sibi aggregare legitime queant, servata forma constitutionis Clementis PP. VIII Praedecessoris Nostri rec. me. aliisque Apostolicis constitutionibus desuper editis, et cum illis communicare licite possint indulgentias omnes ac spirituales gratias ipsi Primariae Unioni a Sede Apostolica concessas, quae tamen cum aliis communicari valeant. Praeterea, cum eiusdem Unionis Moderator generalis Nos quoque humili prece adierit, ut de indulgentiis quas rec. me. Decessor Noster Pius PP. X eidem Unioni largitus est per similes Apostolicas Literas die 28 mensis decembris anno 1903 Piscatoris anulo obsignatas, quasdam immutare velimus, nonnullis etiam additis privilegiis et gratiis spiritualibus; Nos, audito Cardinali S. R. E. Poenitentiario Maiori, haec quae infrascripta sunt decrevimus. Nimirum, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis sacerdotibus qui dictam piam Unionem in posterum ingredientur, die quo

ipsi primum eidem Sodalitio nomen dederint, et die similiter quo tyrocinio expleto professionem emiserint, simulque vere poenitentes et confessi sacrosanctum Missae Sacrificium celebraverint et aliquo temporis spatio pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, respective *plenariam;* ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis in eadem Unione sacerdotibus, qui in quolibet annuo conventu, sive generali, sive nationali, sive dioecesano, iuxta Unionis tabulas celebrando, actum consecrationis Ssmo Cordi Iesu: «Domine Iesu Redemptor », una cum acto consecrationis Beatae Virgini: « Ad te uno animo » pie recitent, aliaque iniuncta pietatis opera impleant, etiam *plenariam* omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Quoties vero in spiritualibus dictae Unionis conventibus, qui solent haberi intra mensem, inscripti sacerdotes eosdem actus contrito saltem corde recitent, septem annos totidemque quadragenas; quoties autem item contrito corde actum consecrationis Virgini recitent, de numero poenalium tre centos iis dies in forma Ecclesiae solita expungimus. Die etiam quo Ssmi Cordis Iesu, Unionis ipsius titularis, festum quotannis agitur, sacerdotibus Unionis sociis, qui iniuncta pietatis opera rite impleverint, *plenariam* largimur indulgentiam; et partialem centum dierum relaxationem, iisdem sociis a Pio PP. X per Literas Apostolicas, de quibus habita supra mentio est, tributam, quoties menstruo secessui operam navent, tam pro sodalibus, quam pro aliis sacerdotibus ad idem pium opus incumbentibus, in *plenariam* indulgentiam de Nostra benignitate commutamus, dummodo hi tamen quae iniuncta sunt pro plenariis indulgentiis lucrandis pietatis opera rite adimpleant. Similiter volumus, ut iam ter in hebdomada ab ipso Decessore Nostro concessum personalis altaris privilegium, ad quatuor dies in hebdomada pro sociis extendatur. Insuper Unionis Apostolicae sociis praesentibus ac futuris facultatem impertimur adnectendi Crucifixis indulgentiam dictam «toties quoties» et adnectendi Rosariis indulgentias Patrum Ordinis Praedicatorum (exclusis indulgentiis propriis pro fidelibus Confraternitati Rosarii inscriptis), nec non applicationem Rosariis indulgentiarum, quae a Patribus Crucigeris appellantur, in perpetuum similiter prorogamus. Tandem cum idem generalis Moderator pro universis Unionis Apostolicae sacerdotibus sociis facultatem rogaverit benedicendi atque imponendi sub unica formula quinque Scapularia; Nos preces ipsas exhibitas Nobis a SS. Rituum Congregationi Cardinali Praefecto peramanter excipientes, dictae Apostolicae Unionis sacerdotibus sociis praesentibus ac futuris, dummodo

singulis facultatibus rite sint muniti, veniam perpetuo facimus quinque Scapularia rite benedicendi atque imponendi unica sub formula, facta insuper potestate, occasione magni fidelium concursus, tempore vel peregrinationum vel missionum, eadem Scapularia eonglobatim benedicendi, cum dispensatione tradendi nomina singulorum inscriptorum, quoties id praescriptum sit pro quibusdam Scapularibus. Porro mandamus ut sociis supradictis, si malint, liceat plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare.

Decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectos sortiri atque obtinere, ipsique piae Unioni sic in Primariam a Nobis erectae nunc et in posterum plene suffragari; sicque rite iudicandum esse. ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Decernimus etiam ut in reliquis s|¡ggentur religiose conditiones omnes praecedentibus Nostri Decessoris Literis adiectae. Volumus autem ut Nostrarum praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VII

SANCTUARIUM BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MISERICORDIA IN DIOECESI MACERATECI TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV.

Ad perpetuam rei memoriam. — Anno Domini 1447, mortifera grassante pestilentia, Maceratensis urbis cives Virginem Mariam, sub titulo Misericordiae, civitatis Patronam vocarunt et in illius honorem, ex voto et pro gratiarum actione ob servatam a contagio urbem, parvae molis aedem condiderunt, quae postea, labentibus saeculis amplificata, anno 1742, Aloisio Van vitelli architecto, de integro a fundamentis, praenobili structura atque amplitudine non minus quam mirificis artis ope-

ribus decora, surrexit. Praediviti super altari, quod in honorem Beatae Mariae Virginis a Misericordia Deo dicatum est, eminet inclyta miraculis ipsius Deiparae Virginis imago, quae sub enunciato titulo a civibus atque advenis et peregre confluentibus fidelibus religiosissime colitur. Sacrae huic imagini anno 1496 argenteam coronam municipes obtulerunt; eidemque die 24 mensis augusti anno 1721, ex decreto Capituli Patriarchalis Vaticanae Basilicae, aureum diadema donatum impositumque fuit. Electionem Beatissimae Virginis a Misericordia in praecipuam Maceratensis dioecesis et civitatis Patronam anno 1852 ratam habuit rec. me. Pius PP. IX Praedecessor Noster, eandemque suprema Apostolica auctoritate sanxit et privilegiis omnibus adnexis de more cumulavit. Eodem in sanctuario divini cultus decori et frequentiae fidelium satis superque perspectum est, tum copiosa et locuplete supellectili, quibus abunde sacra ipsa aedes praedita est, tum sacris ritibus ac caeremoniis, nec non privilegiis atque indulgentiis a Decessoribus Nostris Romanis Pontificibus illi concessis. Exstant ibidem permultae sacrae Relliquiae et corpus sancti Prosperi martyris, quod subtus altare Beatae Mariae Virginis a Misericordia conditum est. Haec animo repetentes, cum hodierni Priores et sodales Confraternitatis a Ssma Trinitate, canonice erectae in enunciato templo sive sanctuario Virginis a Misericordia, Nos flagitaverint enixis precibus, Ä etiam exprimentes utriusque Capituli Maceratensis, ecclesiarum nempe cathedralis et conlegiatae, ut, propediem vertente anno bis saeculari ab inclytae imaginis coronatione, memoratum sanctuarium ad Basilicae minoris honorem evehere dignemur; hisque precibus et votis accedant amplissima suffragia venerabilium fratrum Ioannis Tacci, Archiepiscopi titularis Nicaeni et Praefecti Palatii Nostri Apostolici, ac Dominici Pasi, Episcopi Maceratensis et Tolentini, Nos optatis his annuendum ultro libenterque" existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis Ss. Rituum, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum ecclesiam sive sanctuarium Beatae Mariae Virginis de Misericordia, civitatis et dioecesis Maceratensis Patronae principalis, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus, cum omnibus honorificentiis ac privilegiis quae hac de causa almae huius Urbis Basilicis minoribus competunt.

Decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super

his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die XXI aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD BMOS PP. DD. IOSEPHUM CARD. FRANCICA NAVA, ARCHIEPISCOPUM CATANENSEM, ET ALEXANDRUM CARD. LUALDT, ARCHIEPISCOPUM PANORMITANUM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS SICILIAE: DE FELICI EXITU CONCILII PLENARII GRATULATIONES.

Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Dignum plane pietate vestra Nobisque peracceptum fuit officium quo vos, antequam e Plenario Siciliae Concilio discedentis, coniunctim ad Nos animos per amantissimas litteras intendistis ut cum fidem erga Iesu Christi Vicarium tum animarum studium, quo flagratis, reverenter profiteremini. Cum enim grex universus, pro apostolico munere, curae Nostrae demandatum sit, nihil magis optare debemus quam quidquid ad singularum dioecesium bonum conferre potest. Nec dubium sane est quin congressio vestra laetos sit salutis fructus allatura; non modo quia aptius ita sapientissimae Ecclesiae leges mutatis temporum rationibus accommodantur, sed etiam quia semper Sicanus populus, clero quidem praeeunte, sollertiae sacrorum Antistitum egregie respondere consuevit. Nos vero, quemadmodum per Legatum Nostrum, Cardinalem Caietanum De Lai, adesse vobis voluimus dum consultareis, ita nunc, Concilio acto, libenter quae communiter scivistis auctoritate Nostra probamus, ac fore confidimus ut, religione aucta in augusta Iesu et Mariae Corda, quibus quidem auspicato greges vestros dudum consecravistis, christianae vitae sanctitas istic revirescat, cum qua regionis cuiusvis prosperitas feliciter coniuncta est. Caelestium autem concitiatrix munerum praecipuaeque benevolentiae Nostrae pignus Apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, universoque clero ac populo unicuique vestrum concredito, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XX mensis ianuarii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PAGENSIS-DE BENI

DE FINIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Commissarius provincialis et Patres Franciscani civitatis *La Pas* nuper ab Apostolica Sede postularunt, ut Vicariatui Apostolico de Beni unirentur duae missiones vulgo *Covendo* et *S. Anna,* quae in praesenti ad dioecesim Pacensem pertinent. Cum petitionis causae ex legitimo processu iustae inventae essent, ipseque Vicarius Capitularis Pacensis id expediens pro animarum cura censuisset et Delegatus ad negotia Sanctae Sedis gerenda in Republica Boliviana rem commendasse!, SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV oratorum precibus benigne annuit. Snppleto igitur, quatenus opus sit, quorumcumque hac in re interesse habentium vel habere praesumentium, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, missiones vulgo *Covendo* et *S. Anna* earumque territorium, cum omnibus et singulis in eis exsistentibus et commorantibus, a dioecesi Pacensi separat et avellit, easque Vicariatui Apostolico de Beni aggregat et addicit. Ad haec autem exsecutioni mandanda deputat R. P. D. Titum Trocchi, Archiepiscopum titularem Lacedaemoniensem, in Boliviana Republica Apostolicum Internuntium, eique tribuit necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere eidem imposito ad hanc Sacram Congregationem mittendi, intra sex menses, a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Hisce super rebus idem SSmus Dnus praesens edi iussit consistoriale decretum perinde valiturum àc si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 maii 1921.

£g G. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

II

DI PONTIFICIO COLLEGIO SACERDOTUM PRO ITALIS AD EXTERNA EMIGRANTIBUS.

NOTIFICATIO

Sacerdotum Collegium, quod *Motu proprio* diei 13 martii 1914 Pius X instituit, SSnius D. N. Benedictus XV, instauratis magna cum munificentia aedibus « Via della Scrofa, n. 70 », hisce diebus aperuit ad instituendos italos sacerdotes qui se dare intendunt ministerio spiritualis adsistentiae Italis ad exteras regiones emigrantibus praestandae.

*
* *

Praecipuae Collegii leges hae sunt:

1. Collegii finis est ut praeparet iuniores sacerdotes, ad Italos in peregrinas regiones migrantes honeste* et religiose excolendos et iuvandos. In Collegio itaque non recipientur nisi sacerdotes qui animi mentisque virtutibus, aetate, prospera valetudine, aliisque dotibus huic fini assequendo sint pares.

2. Supremus Collegii Praeses erit Praelatus pro Italis ad externa emigrantibus.

Tres sacerdotes singulatim electi, unus ab Emo Cardinali a Secretis S. G« Consistorialis, alter ab Emo Cardinali Urbis Vicario, tertius a Praelato pro Italis ad externa emigrantibus, eodem munere fungentur ac Deputati pro Seminariis.

3. Praelatus, supremus Collegii moderator, cum approbatione Cardinalis S. C. Consistorialis Secretarii et Emi Urbis Vicarii, sacerdotem eliget, qui Rectoris Collegii munere fungatur: eiusque erit Collegium ipsum moderari prout iuris et officii est Rectorum Seminariorum.

4. Acceptatio uniuscuiusque sacerdotis pertinebit ad Praelatum pro Italis ad externa emigrantibus, qui, ante omnia, notitias de vita et moribus praesertim ab Ordinario eiusdem sacerdotis quaerat; et eos tantum in Collegio recipiat, qui conditionibus praediti sint in art. 1 recensitis.

5. Sacerdotes qui in Collegio recipi cupiunt petitionem scriptam Praelato pro Italis ad externa emigrantibus exhibere debent, qua indicentur uniuscuiusque patria, dioecesis, aetas, curriculus studiorum, munia quibus quisque in dioecesi functus sit aliaque requisita.

6. Statim ac aliquis sacerdos ingressus fuerit, Rector certiorem faciet Emum Cardinalem Urbis Vicarium.

7. Significare poterunt alumni regionem, ***nifi*** malint munere fungi pro emigrantibus. Morem tamen gerent moderatoribus, qui aliter, iustis de causis, statuendum censuerint.

8. Ordinaria mansio in Collegio erit unius anni, a medio octobri ad mensem iulium anni insequentis. Quod temporis spatium iustis de causis in singulis casibus poterit prorogari.

9. Alumni quarto quoque mense periculum studiorum facient intus domique, quo suum in disciplinis progressum ostendant, et si quis deficiens inveniatur, poterit ad propriam dioecesim remitti.

10. Alumni qui, quavis de causa, existimabuntur non idonei ad munus emigrantes adiuvandi, poterunt a Praelato supremo Collegii moderatore dimitti, iique dimissi Romae consistere prohibentur, sed in dioecesim suam redire debebunt.

11. Disciplinae institutionis et studii erunt:

a) linguae exterae: anglica, hispanica, lusitana, teutonica, iuxta regiones ad quas potissimum alumnus destinatur;

b) iurisprudentia civilis, mores et consuetudines locorum iuxta idem criterium ;

c) disciplina apologetica et pastoralis;

d) sacra liturgia et cantus ecclesiasticus;

e) elementa habendi et reddendi rationes;

f) elementa hygienis et medicinae.

12. Sacerdotes, Collegii alumni, dum in Urbe manent, subiecti erunt Emo Cardinali Vicario; et, quoad interiorem disciplinam, Praelato et Rectori.

13. Exacto tirocinio, mittentur ad exteras regiones ad Italos emigratos aliosque, si opus sit, iuvandos, initis prius tractationibus inter locorum Ordinarios et Praelatum Collegii Praesidem, et cum debito Sacrae Congregationis Consistorialis rescripto.

14. Missio decem annos regulariter perduravit: eaque perdurante sacerdotes, tum quoad disciplinam ecclesiasticam et morum correctionem, tum quoad animarum curam, subiecti erunt Ordinario loci ad tramitem communis iuris. Quotannis tamen de se et de suis rebus docebunt Praelatum pro Italis ad externa emigrantibus.

15. Sacerdotes, sive dum in Collegio in Urbe manent, sive dum in missione in extera regione versantur, Ordinarium suum in Italia non amittunt; nisi forte per incardinationem, servatis de iure servandis, exterae dioecesi cooptentur.

16. Expletis decem missionis annis, sacerdotes redire poterunt ad suam dioecesim in Italia; aut, obtentis a Sacra Congregatione Consistoriali opportunis facultatibus, ubi degunt permanere. Eos vero redeuntes Ordinarii non recipiant uti alienos, sed uti proprios ac beneméritos, qui in exteris locis fidem et pietatem in italica gente servare studuerunt, quique idcirco saltem indirecte, sed interdum etiam directe, suae originis dioecesi profuerunt. Itaque iusta ratio de iisdem habenda erit quoties de muneribus et officiis seu beneficiis conferendis agetur.

Praelatus pro Italis ad externa emigrantibus constitutus est R. P. D. *Michael Gerrati,* Episcopus tit. Lyddensis.

*
* *

Collegium aliquot iam numerat alumnos, quamvis nonnisi paucos ante menses aedes instrui potuerint. Qui itaque Ordinarii, utriusque praesertim Americae, ope indigeant aliquot sacerdotum in bonum Italorum apud se commorantium, eos postulare poterunt sive a Sacra Congregatione Consistoriali, sive directe ab ipso Praelato huic Collegio praeposito.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 26 maii 1921.

£g C. CARD. DB LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. #i S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIAE

SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV per decretum S. C. Consistorialis datum die 9 iunii 1921 cathedralibus Ecclesiis *Nicoteriensi et Tropiensi* invicem perpetuo canonice unitis praefecit Episcopum R. D. Felicem Cribellati, presbyterum dioecesis Derthonensis, e Congregatione Filiorum Divinae Providentiae.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

NORMAE

SECUNDUM QUAS SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS IN NOVIS RELIGIOSIS CONGREGATIONIBUS APPROBANDIS PROCEDERE SOLET. *

PROOEMIUM

1. Parvus hic Normarum codex nihil aliud est quam sectio prior Normarum pro approbandis religiosis Institutis votorum simplicium, quae auctoritate Sacrae Congregationis EE. et RR., anno 1901, in lucem prodierunt, novo'tamen Codici universali iuris canonici accommodata. Secunda enim sectio Normarum, post Codicis promulgationem, iam non videtur necessaria, cum constitutionum scriptores et prae oculis habere debeant canones, qui religiosos respiciunt, et consulere possint probatos auctores, qui de religiosis, post editas praefatas Sacrae Congregationis EE. et RR. Normas, scripserunt.

% Sicut vero novae Normae antiquarum titulum adamussim retinent, ita et eundem duplicem finem. Huc enim spectant:

a) ut in novis religiosis Congregationibus earumque constitutionibus approbandis stabilis quaedam praxis servetur;

b) ut, tam locorum Ordinariis, quam ipsarum Congregationum Superioribus, documenta et informationes, ad Sacram Congregationem transmittenda, in prospectu sint, quo huiusmodi approbationum negotia facilius et celerius expediantur.

* Nemini liceat sine venia Sanctae Sedis harum Normarum versiones in alias linguas edere.

CAPUT I

De diversis gradibus approbationis religiosarum Congregationum

3. Quoties aliquis Episcopus, iuxta canonem 492 § 1, novam aliquam religiosam votorum simplicium Congregationem condere opportunum iudicaverit, re adhuc integra, Sacram Congregationem de Religiosis adeat, eam distincte docendo de iis, quae necessaria sunt, ut ipsa Sacra Congregatio de opportunitate novae fundationis mature iudicare possit.

4. Docebit praesertim, quis qualisque sit novae Congregationis auctor et qua is causa ad eam instituendam ducatur; quibus verbis conceptum sit Congregationis condendae nomen seu titulus; quae sit forma, color, materia habitus a novitiis et professis gestandi; quot et quaenam sibi opera Congregatio assumptura sit; quibus opibus tuitio eiusdem contineatur; an similes in dioecesi sint Congregationes, et quibus illae operibus insistant.

5. Licentia vero obtenta, iam nihil obstabit, quominus novam Congregationem condat. Congregatio tamen ita condita iuris erit dioecesani; ac propterea, etiam post suam fundationem, quamvis decursu temporis in plures dioeceses diffusa, usque tamen dum pontificiae approbationis aut laudis testimonio caruerit, vi canonis 492 § 2, remanet dioecesana, Ordinariorum iurisdictioni, ad normam iuris, plane subiecta.

6. *Decretum laudis.* Est primus actus quo S. Sedes ad novae Congregationis opus manum ita admovet, ut desinat esse simpliciter dioecesana. Per hunc actum, Sacra Congregatio Religiosorum Sodalium negotiis praeposita, praemissa narratione prooemiali fundationis novae Religionis, eius tituli, finis, votorum, formae regiminis ac auctoritatis supremi Moderatoris, concludit: « SSmus Dominus Noster *N...*, attentis « litteris commendatitiis Antistitum, quorum in dioecesibus Instituti, de « quo agitur, domus reperiuntur, Institutum ipsum, uti Congregationem « religiosam sub regimine Moderatoris Generalis praesentis Decreti « tenore, amplissimis verbis laudat ac commendat; salva Ordinariorum « iurisdictione ad normam sacrorum canonum ».

7. Hoc decretum laudis conceditur si, post elapsum a prima fundatione congruum tempus, nova Congregatio satis diffusa fuerit et dederit fructus pietatis, observantiae religiosae et spiritualis emolumenti; de quibus constare debet per litteras testimoniales Antistitis vel Antistitum Ordinariorum, in cuius vel in quorum dioecesibus, seu territoriis, Congregatio habet domos vel domum.

8. Ad obtinendum decretum laudis exhiberi debent Sacrae Congregationi: \

a) supplex libellus ad Summum Pontificem, subsignatus a supremo Moderatore et a suis Assistentibus seu Consiliariis;

b) litterae testimoniales Ordinariorum de quibus supra (cf. art. 7); quae litterae obsignatae et sub secreto mitti debent;

c) relatio a Moderatore supremo et a suis Assistentibus seu Consiliariis subscripta, ac ut authentica et veridica ab Episcopo domus principis Congregationis laudandae confirmata, qua exponatur, non modo ipsius Congregationis origo cum nomine fundatoris eiusque praecipuis qualitatibus, sed etiam eius status personalis, disciplinaris, materialis et oeconomicus, addita praeterea notitia de novitiatus institutione, de novitiorum et postulantium numero ac disciplina;

d) Constitutiones ab Episcopo recognitae et approbatae, lingua vel latina, vel italica, vel gallica conscriptae et typis impressae;

e) denique, si agatur de aliqua Congregatione tertiariorum in communi viventium, etiam testimonium Moderatoris generalis primi Ordinis, quo constet eam eidem primo Ordini fuisse aggregatam, iuxta canonem 492 § 1.

9. *Decretum, approbationis.* Conceditur decretum approbationis novae Congregationi, si, post datum decretum laudis, per satis diuturni temporis experimentum probatur eius firma compago, constitutionum accommodatio et vigens observantia, regiminis recta ratio, religiosorum studium servandae disciplinae in vinculo caritatis ad intra, et zelus in adimplendis operibus suae Religionis propriis ad extra.

10. De praedictis conditionibus constet oportet tum ex relatione status Congregationis, quam iterum, prout supra in art. 8 c) describitur, supremus Moderator exhibere debet, cum supplicem libellum porrigit ad obtinendam approbationem ; tum etiam ex commendationis litteris, iterum dandis, ut supra clausis, ab omnibus Ordinariis, in quorum territoriis aliqua novae Religionis domus sita est, tum demum ex constitutionum codice, iterum S. Congregationi exhibendo.

11. Per hoc alterum decretum, de quo sermo est: « Sanctissimus « Dnus Noster *N*attenta ubertate salutarium fructuum, quos tulit « Congregatio religiosa *N...*, attentisque..., eam approbat et confirmat « sub regimine Moderatoris Generalis; salva Ordinariorum iurisdictione << ad normam sacrorum canonum ».

12. Quamvis inter decretum laudis et decretum approbationis congrui temporis decursus, ut supra dictum est (cf. art. 9), plerumque exigatur, nonnumquam tamen, licet raro, decretum definitivae approbationis con-

«editur, quin huic decretum laudis praecurrerit. Quod quidem fit, si conditiones in favorem novae Religionis, cum primum se sistit coram Sacram Congregationem, ita sunt numeris omnibus absolutae, ut nulla videatur ratio ulterius differendi definitivam approbationem.

CAPUT II

De *Congregationibus caute tantum, aut nullo modo laudandis et approbandis.*

13. Nullae fere, ni forte in missionum regionibus, laudandae approbandaeve erunt Congregationes, quae certo proprioque fine non praestituto, quaevis universae pietatis ac beneficentiae opera, etiamsi penitus inter se disiuncta, exercenda amplectuntur.

14. Cautissime procedendum est in approbandis novis Congregationibus, quae non vivunt nisi ex eleemosynis atque stipe ostiatim collecta. Approbatis inculcanda est fidelis observantia canonum 622, 623 et 624.

i 5. Nec facile approbandae sunt, praecipue cum votis perpetuis, novae Sororum religiosae Congregationes, quae sibi proponunt finem in privatorum domiciliis infirmos utriusque sexus diurna atque nocturna cura iuvandi, vel domesticum servitium quotidianum in familiis pauperum et operariorum exercendi. Si vero approbatio aliquando et ob iustas causas concedenda videatur, in constitutionibus prudenter praescribantur conditiones et cautelae, quibus Sorores a periculis liberentur.

16. Item non facile conceditur approbatio Sororum Sodalitiis, quae sibi constituant scopum specialem :

a) instituendi in suis domibus valetudinaria aut diversoria pro personis utriusque sexus;

b) instituendi hospitia pro sacerdotibus suscipiendis;

c) docendi in scholis adulescentulorum, aut in iis, quae mixtae dicuntur, in quibus scilicet pueri et puellae simul congregantur.

17. Multo minus approbantur Congregationes quae sibi assumendum proponerent curam immediatam puerulorum in cunis vagientium, vel mulierum parturientium in domibus, vulgo dictis *Maternitatis,* vel alia huiusmodi caritatis opera, quae virgines, Deo dicatas et habitu religioso indutas, dedecere videantur.

18. 'Demum animadvertendum est, nullam virorum Religionem, ad normam caii. 500 § 3, sine speciali privilegio, posse sibi subditas habere religiosas Congregationes mulierum, aut earum curam et directionem retinere sibi specialiter commendatam.

CAPUT III

De approbatione constitutionum

19. Pro obtinenda constitutionum approbatione supplex libellus, subsignatus a Moderatore supremo cum suis Assistentibus seu Consiliariis, Sacrae Congregationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae porrigendus est, una cum constitutionum codice, relatione et commendationis litteris, prout supra, in art. 8 *b),* c), *d)* et 10.

20. In approbandis vero constitutionibus Sacra Congregatio per hos fere gradus procedit:

a) Dilatio cum animadversionibus. Nimirum si, instituto examine, constat multis correctionibus constitutiones indigere, differtur ad opportunius tempus petita approbatio, atque interim communicantur animadversiones, quibus ea indicantur, quae praecipue in exhibitis constitutionibus corrigenda, reformanda, addenda vel demenda sint.

b) Approbatio ad experimentum. Si exhibitae constitutiones tempore et usu non satis comprobatae videantur, et ceteroquin nec plurimis nec gravibus animadversionibus obnoxiae sint, fit ex officio prima correctio in textu; et datur decretum quo SSmus constitutiones, prout in correcto exemplari continentur, ad certum tempus, ex. gr. ad septennium, per modum experimenti, approbat atque confirmat.

c) *Approbatio definitiva.* Cum denique sufficiens praecesserit experimentum, constitutionum codex, in paucis iam emendandus, absolute corrigitur, et datur decretum quo SSmus constitutiones definitive approbat atque confirmat.

21. Quae vero de approbatione constitutionum disiuncte hucusque descripta sunt, coniunctim saepissime cum approbatione Congregationis hac ratione procedunt:

a) cum decreto laudis Congregationis dantur interdum opportunae animadversiones in folio super constitutionibus, termino praestituto, intra quem constitutiones ipsae emendatae Sacrae Congregationi iterum exhibendae sunt; quae tamen, si multis indigeant emendationibus, communicantur Congregationi, antequam concedatur decretum laudis; ita ut, in utroque casu, omne ius constitutiones propria auctoritate immutandi, vel emendandi, ademptum censeatur, post obtentum decretum laudis;

b) regulariter approbatio Congregationis conceditur, una cum decreto, quo constitutiones in textu emendatae approbantur, saltem experimenti gratia ad certum tempus.

CAPUT IV

De excludendis a textu constitutionum

22. Excludenda sunt a textu constitutionum :

a) praefationes, introductiones, prooemia, notitiae historicae, litterae hortatoriae vel laudatoriae, exceptis decretis laudis et approbationis a Sancta Sede concessis;

b) citationes textuum Sacrae Scripturae, Conciliorum, sanctorum Patrum, theologorum et quorumvis librorum vel auctorum ;

c) citationes dispositionum, sive peculiaris directorii, sive privati caeremonialis aut manualis, sive cuiuscumque codicis consuetudinum vel usuum Congregationis, ne forte praefati libri aut codices approbati videantur; quamquam huiusmodi libros ad Sacram Congregationem mittere oportet, ut de eis opportune cognoscere possit;

d) quaevis mentio de legibus civilibus, de ordinationibus magistrarum civilium, de approbatione gubernii et similibus;

e) omnia ea quae respiciunt munera et officia Episcoporum et confessariorum: cum pro his non scribantur constitutiones, sed pro religiosis;

/) ordo studiorum et normae vivendi pro alumnis ac minute descripta horaria actuum diei pro domibus et operibus Congregationis;

g) quaestiones theologiae dogmaticae vel moralis, decisiones doctrinarum controversarum, praesertim in materia votorum;

h) termini iuris canonici qui Congregationibus religiosis applicari non possunt; verbi gratia, *Regula, Ordo, Monasterium, Moniales,* etc.; quorum loco respective dicendum est: *Constitutiones, Congregatio religiosa,* seu *Religio votorum simplicium, Domus, Sorores,* etc.

i) licet brevia spiritualis et religiosae vitae documenta sint opportuna, excludendae tamen sunt prolixiores instructiones asceticae, exhortationes spirituales ex professo, et mysticae considerationes, quae omnia aptius pertractantur in libris asceticis: cum constitutiones continere debeant tantum leges constitutivas Congregationis et directivas actuum communitatis, sive quod ad gubernium attinet, sive quod ad disciplinam et normam vitae;

k) minutissimae quaelibet praescriptiones circa secundaria et infima officia, quae respiciunt culinam, valetudinarium, vestimentorum cu-

ram, etc.: cum istae gravitatem textus constitutionum a Sancta Sede Apostolica approbandarum, minime deceant;

l) dispositiones denique cuiusvis generis, quae, sive explicite sive implicite, aliquid contra ius contineant.

CAPUT V

Generalia in constitutionibus requisita

23. Constitutionum codex continere debet ea quae respiciunt notiones et dispositiones:

a) de religiosae Congregationis natura, votis, membris et modo vivendi ;

b) de Congregationis gubernio, administratione et officiis.

24. Haec vero omnia distribui possunt in duas, tres vel quatuor partes, sed summopere commendatur brevitas, claritas et optimus ordo.

25. Constitutiones dividantur in partes, partes in capita, capita in articulos seu paragraphos; hisce praeponantur numeri ab initio ad finem progredientes.

CAPUT VI

Specialia de titulo

26. Titulus seu nomen Congregationis religiosae desumi potest vel a Dei attributis, vel a Sanctae nostrae Religionis mysteriis, vel a festis Domini et Beatissimae Virginis Mariae, vel a Sanctis, vel a fine speciali ipsius Congregationis.

27. Ne nomen seu titulus Religionis iam constitutae usurpent novae Congregationes, iam cautum est in canone 492 § 3. Ut igitur huic dispositioni satisfiat, debent novae religiosae Congregationes aliquid saltem titulo iam approbatarum addere, quo distinctio inter singulas satis appareat.

28. Cavendum insuper, ne tituli religiosarum Congregationum vel nimis artificiose compositi sint, vel quampiam devotionis speciem, a Sancta Sede Apostolica non probatam, exprimant aut innuant.

DECRETUM

Sanctissimus Dnus Noster Benedictus divina Providentia PP. XV, in audientia concessa die 6 martii 1921 R. P. D. Secretario Sacrae Congregationis de Religiosis, audito suffragio Eminentissimorum ac Reve-

rendissimorunr Patrum Cardinalium eidem Sacrae Congregationi praepositorum, suprascriptas Normas, ab eadem Sacra Congregatione servandas, approbavit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die 6 martii 1921.

TH. CARD. VALERE DI BONZO, *Praefectus.*

L. © S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

I

VARSAVIEN.

FACULTAS CATHOLICA SCIENTIARUM ECCLESIASTICARUM IN UNIVERSITATE VARSAVIENSI CANONICE ERIGITUR CUM IURE CONFERENDI TRIPLICEM LAUREAM.

DECRETUM

Academia ecclesiastica Varsaviensi, abhinc plures annos, ob temporum iniuriam abrogata, Archiepiscopus atque Episcopi eiusdem provinciae hoc praecipuis in votis habuerunt ut, ubi primum liceret, athenaeum scientiis ecclesiasticis tradendis in ipsa Varsaviae civitate institueretur. In conventu, igitur, diebus xn et xm ianuarii anno MCMXVI habito, Facultatem theologicam in civili Universitate Varsaviensi, tunc erecta, ex communi consilio condendam ip§i censuere; deinceps, Polonia suo iuri restituta, in coetu dierum xi et xn mensis decembris anno MCMXVII eadem de re egerunt; ac tandem, anno MCMXIX, ab Apostolica Sede postularunt ut praedicta Facultas, complectens sacram Theologiam, Ius canonicum et Philosophiam christianam canonice erigeretur, iisque gauderet privilegiis, quibus eiusmodi Instituta iure fruuntur. Quod quidem Sacra Congregatio Seminariis ac Studiorum Universitatibus praeposita, quo par erat studio perpendit, atque Emi eiusdem S. C. Patres Cardinales, in plenario coetu diei xxx martii MCMXX, Facultatem theologicam,

cui nomen esset *Facultas catholica scientiarum ecclesiasticarum* in Uni" versitate Varsaviensi canonice erigendam decrevere. Postridie autem hanc Emorum Patrum sententiam, referente infrascripto Sacrae Congregationis a secretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV approbavit et executioni mandari praecepit. Quamobrem praedicta Facultas catholica scientiarum ecclesiasticarum in Universitate Varsaviensi canonice, praesenti decreto, erigitur atque erecta declaratur, eiusque Decano in perpetuum tribuitur ius conferendi triplicem lauream, in sacra Theologia scilicet, in iure canonico et in Philosophia christiana, ea lege ut doctoratu nequeant donari nisi qui praevios gradus, doctrina legitimis experimentis periclitata, antea fuerint assecuti. Servatis omnino normis et praescriptionibus Sedis Apostolicae, quibus obtemperandum Archiepiscopus Varsaviensis curabit.

Datum Romae, e Secretaria Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die iv aprilis, in festo Resurrectionis Dominicae, anno MCMXX.

C. CARD. BFSLETI, *Praefectus.*

L. % S.

f I. Sinibaldi Ep. Tiberien., *a secretis.*

II

LUBLINEN.

CATHOLICA UNIVERSITAS LUBLINI CANONICE ERIGITUR EIUSDEMQUE STATUTA AD TRIENNIUM EXPERIMENTO ADHIBERI PERMITTUNTUR.

DECRETUM

Poloniae Episcopi omnes in conventibus dierum xxvi et xxvn iulii anni MCMXVIH catholicam Universitatem scientiis ecclesiasticis pereolendis, statim ac rerum adiuncta permitterent, Lublini excitandam constituere. Itaque ab Apostolica Sede postularunt ut Universitas catholica erigi posset, quae interea duabus exsisteret Facultatibus, sacrae Theologiae scilicet et Iuris canonici, eiusque scholae quamprimum alumnis paterent.

Re autem delata Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus, Emi Patres Cardinales, in conventu habito die prima aprilis anno MCMXFX Universitatem catholicam erigendam censuere, quae

duabus Facultatibus supradictis statim exsisteret, praeseribentes ut apta statuta cum ratione studiorum exararentur.

Quae quidem statuta Sacrae de Seminariis Congregationi nuperrime missa sunt, adiunctis precibus, ut Universitas catholica Lublinensis canonice erigeretur: atque in plenario conventu habito die xv iunii labentis anni MCMXX, iidem Emi Patres Universitatem catholicam Lublinensem canonice erigendam decrevere cum facultate gradus conferendi ad triennium: quoad statuta vero nihil obesse quominus, cum opportunis emendationibus, ad triennium et ad experimentum adhiberentur, constituerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, referente infrascripto S. Congregationis a secretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV approbavit et exsecutioni mandari iussit. Quamobrem Universitas catholica Lublinensis, duabus Facultatibus, sacrae Theologiae scilicet et Iuris canonici interim constans, praesenti decreto erigitur et erecta declaratur, cum omnibus privilegiis, quibus huiusmodi Instituta ab Apostolica Sede dependentia iure fruuntur, eiusque Cancellario tribuitur ius conferendi gradus et lauream sive in sacra Theologia, sive in Iure canonico, ea lege, ut doctoratu nequeant donari nisi qui praevios gradus, doctrina legitimis experimentis periclitata, antea fuerint assecuti. Servatis omnino normis et praescriptionibus Sedis Apostolicae.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die xxv iulii, in festo S. Iacobi, anno MCMXX.

C. CARD. BISLBTI, *Praefectus.*

L. © S.

f I. Sinibaldi, Ep. Tiberien., *a secretis.*

III

MEDIOLANEN.

UNIVERSITAS CATHOLICA QUAE A SS.MO CORDE IESU DENOMINATUR, MEDIOLANI CANONICE ERIGITUR.

DECRETUM

Mediolanensis archidioeceseos Antistes Andreas S. R. E. Card. Ferrari, litteris diei xxx mensis maii huius exeuntis anni, Sacram hanc de Seminariis et Universitatibus Congregationem certiorem reddidit, delectorum virorum coetum, Universitatis Catholicae excitandae causa, Me-

diolani constitutum fuisse, postulans ut Sedes Apostolica sua incoeptum auctoritate probaret. Quamobrem, in plenario conventu habito die iv augusti, Emi Sacrae huius Congregationis Patres Cardinales, et nobilissimum consilium merita prosecuti sunt laude, et decreverunt ut statuta ac regulae eidem Sacrae Congregationi probanda subiicerentur. Quod praestitit idem Emus Archiepiscopus Mediolanensis litteris datis die xvi proxime elapsi novembris. Deinde vero SSmus D. N. Benedictus PP. XV, re penitus cognita et mature perpensa, decretum erectionis iussit ab hac S. Congregatione edi quamprimum, ne piissimo Antistiti hoc supremum solatium deesset. Quamobrem Universitas catholica quae a Ssmo Corde Iesu auspicium sumit et nomen, et duabus Facultatibus modo constat, philosophica scilicet et iuridica, hoc decreto Mediolani erigitur et erecta declaratur, cum omnibus privilegiis quibus huiusmodi Instituta ab Apostolica Sede dependentia iure fruuntur. Servatis normis et praescriptionibus Sedis Apostolicae.

Datum Romae, e Secretaria Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die xxv decembris, in festo Nativitatis Domini, anno MCMXX.

C. CARD. BISLETI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† I. Sinibaldi, Ep. Tiberien., *a secretis.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Nella Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi avrà luogo il giorno 21 luglio prossimo, alle ore 8 antimeridiane, un concorso per esame scritto a due posti di ufficiali minori.

Coloro che volessero prendervi parte dovranno, entro un mese dalla data del presente avviso, esibire all'Emo sig. Cardinale Prefetto la domanda corredata dal *nulla osta* del proprio Ordinario e dell'Emo sig. Card. Vicario di Sua Santità, e inoltre dai documenti degli studi ecclesiastici compiuti e dei gradi accademici conseguiti, nonché di altri titoli.

Si terrà speciale conto della conoscenza delle lìngue straniere.

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi, 13 giugno 1921.

L. & S.

Mauro M. Serafini, Ab. O. S. B., *Segretario.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 31 maggio 1921 nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e Consultori Teologi, componenti la S. Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, fondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

25 maggio 1921. Monsig. Lorenzo Lauri, Arcivescovo titolare di Efeso, finora Nunzio Apostolico nel Perù, *Nunzio Apostolico in Polonia.*

>> » » Monsig. Tito Trocchi, Arcivescovo titolare di Lacedemonia, finora Delegato Apostolico di Cuba e Portorico, *Internuncio Apostolico in Bolivia.*

» » » Monsig. Francesco Moretti, Arcivescovo titolare di Laodicea, Uditore della Rev. Camera Apostolica, *Consultore della S. Congregazione del Concilio e della S. C. dei Seminari e delle Università degli Studi.*

27 » » Monsig. Giuseppe Petrelli, Arcivescovo titolare di Nisibi, finora Delegato Apostolico nelle Isole Filippine, *Nunzio Apostolico nel Perù.*

30 » » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Clarisse di Versailles* (attualmente a Spy, in diocesi di Namur).

» » » Monsig. Filippo Cortesi, *Nunzio Apostolico presso gli Stati Uniti del Venezuela.*

31 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore dell'Istituto delle Hermanas Terciarias Misioneras Franciscanas* di Cordoba (Argentina).

4 giugno » I RRmi PP. Edoardo Schröder S. I., Doroteo Gornelisse, 0. F. M., e Filippo Maroto dei Figli del Cuore Immacolato di Maria, *Consultori della S. Congregazione di Propaganda Fide.*

9 » » L'Emo sig. Card. Basilio Pompilj, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Misericordia.*

» » » Monsig. Aldo Laghi, *Segretario di Nunziatura di prima classe.*

il » » Monsig. Francesco Bracci, *Promotore di giustizia presso il Tribunale della S. B. Bota.*

15 » » L'Emo sig. Card. Vittorio Amedeo Ranuzzi de Bianchi, *Protettore dell'Istituto delle Dame Orsoline del Sacro Cuore.*

16 giugno 1921. Monsig. Pietro Fumasoni-Bioiidi, Areiv. tit. di Dioclea, *Segre* tario della S. Congregazione di Propaganda Fide.*
» » » Monsig. Riccardo Sanz de Sam per, *Maggiordomo di Sua Santità* e *Prefetto dei SacH Palazzi Apostolici.*
» » » Monsig. Gamillo Caccia-Dominioni, *Maestro di Camera di Sua Santità.*

SS. CONGREGAZIONI ASSEGNATE AGLI EMI CARDINALI

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di assegnare ai nuovi Emi e Rmi signori Cardinali, che nel Concistoro pubblico del 16 corrente hanno ricevuto il cappello cardinalizio, le seguenti Sacre Congregazioni:

All'Emo sig. Cardinale Francesco Ragonesi, le Sacre Congregazioni: del *Concilio,* dei *Religiosi,* degli *Affari Ecclesiastici Straordinari* e della *Rev. Fabbrica di S. Pietro.*

All'Eolo sig. Cardinale Giacomo Benlloch y Vivó,'le Sacre Congregazioni: dei *Sacramenti,* di *Propaganda Fide, Cerimoniale* e dei *Seminari e delle Università degli Studi.*

All'Emo sig. Cardinale Francesco Vidal y Barraquer, le Sacre Congregazioni: del *Concilio,* dei *Religiosi,* dei *Seminari e delle Università degli Studi* e della *Rev. Fabbrica di S. Pietro.*

All'Emo sig. Cardinale Giovanni Tacci, le Sacre Congregazioni: del *Concilio, Cerimoniale,* degli *Affari Ecclesiastici Straordinari* e *per la Chiesa Orientale.*

All'Emo sig. Cardinale Achille Ratti, le Sacre Congregazioni: dei *Sacramenti,* del *Concilio,* degli *Affari Ecclesiastici Straordinari* e dei *Seminari e delle Università degli Studi.*

All' Eöio sig. Cardinale Camillo Laurenti, le Sacre Congregazioni : dei *Religiósi,* di *Propaganda Fide,* dei *Riti* e dei *Seminari e delle Università dei Studi.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio:

22 maggio 1921. Monsig. Paolo Iacuzio, Arcivescovo di Sorrento.
24 » » Monsig. Gustavo Carlo Mutel, Vicario apostolico di Seoul in Corea.
8 giugno » Monsig. Pietro Luigi Muldoon, Vescovo di Rockford.

Protonotari apostolici ad instar participantium:

18 marzo Monsig. Francesco Saverio De La Durantaye, dell'archidiocesi di Montréal.
30 aprile Monsig. Angelo Ferrari, dell'archidiocesi di Ferrara.
17 maggio Monsig. Augusto Leweille, della diocesi di Meaux.
» » Monsig. Maurizio Alfonso Bléry, della medesima diocesi.
22 » Monsig. Ubaldo Marchand, della diocesi di Trois-Rivières.
22 » Monsig. Ludovico Chartier, della medesima diocesi.
26 Monsig. Emerico Pisapia, della diocesi di Ariano.
» » Monsig. Armando Mignon, della diocesi di Le Mans.
30 » Monsig. Augusto Boudinhon, di Roma.
2 giugno Monsig. Giovanni Meizlik, dell'archidiocesi di Gorizia.

Prelati Domestici di S. S.:

17 febbraio ¡1921. Monsig. Patrizio Francesco Farrelly, della diocesi di Sioux-City.
2 maggio » Monsig. Giuseppe Efrem Paquin, della diocesi di Trois-Rivières.
» » » Monsig. Giulio Massicatte, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Antonio Pudichery, del Vicariato apostolico di Trichur.
27 » » Monsig. Bernardo Giuseppe Eras, di Roma.
1 giugno » Monsig. Ermete Gini, della diocesi di Acquapendente.
2 » » Monsig. Antonio H. Stein, della diocesi di Newark.
8 » » Monsig. Nicola Santopaolo, di Roma.
9 » » Monsig. Enrico Ashmole, della diocesi di Northampton.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Placca dell'Ordine Piano:

12 maggio 1921. Al sig. conte Cesare Caterini, di Roma.

La Commenda dell'Ordine Piano:

1 giugno 1921. Al sig. conte Carlo Fiacchi, esente delle Guardie Nobili.
» » » Al sig. Francesco nob. Alessandroni Cermatori, esente delie Guardie Nobili.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 maggio 1921. Al sig. Giovanni Doulcet, Ministro plenipotenziario, incaricato di affari della Francia* presso la S. Sede.
10 » » Al sig. marchese Carlo Maria Pagani Planea Incoronati, di Roma.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 giugno 1921. Al sig. senatore Armando Casier, della diocesi di Gand.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 maggio 1921. Al sig. Ermanno Tibertelli, dell'archidiocesi di Ferrara.
18 » » Al sig. cav. Vittorio Scabbia, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Ludovico Filippo Normand, della diocesi di Trois-Rivières.
» » » Al sig. Carlo Numa De Blois, della medesima diocesi.
7 giugno » Al sig. Antonio Larue, dell'archidiocesi di Québec.
10 » » Al sig. Giovanni Battista Vigna, dell'archidiocesi di Genova.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

22 maggio 1921. Al sig. Giuseppe Barnard, della diocesi di Trois-Rivières.
25 » » Al sig. Ludovico Antonio Eguiguren, dell'archidiocesi di Lima.
26 » » Al sig. Massimo Reymond, della dioc. di Ginevra e Losanna.
» » » Al sig. Gaetano Ceola, della diocesi di Vicenza.
29 » » Al sig. Carlo Frencken, della diocesi di Breda.
2 giugno » Al sig. Enrico Goubet, dell'archidiocesi di Avignone.
» » » Al sig. Pietro Roux, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Federico de Bonnet d'Oléon, della medesima archidiocesi.
6 » » Al sig. Pietro Jamin, della diocesi di Harlem.
8 » » Al sig. Francesco Piatti, della diocesi di Ripatransone.
10 » » Al sig. avv. Giovanni Battista Borachià, della diocesi di Luni-Sarzana.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

7 giugno 1921. Al sig. capitano Patrizio Ugo Rice, della dioc. di Savannah.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 aprile 1921. Al sig. Angelo Bottazzi, della diocesi di Padova.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con. Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S S. :

18 maggio 1921. Monsig. Aurelio Motta, dell'archidiocesi di Vercelli.
25 » » Monsig. Angelo Piana, dell'archidiocesi di Genova.
30 » » Monsig. Raffaele Aubray Navarro, della diocesi di Cadice.
» » » Monsig. Giovanni Tolosano, dell'archidiocesi di Torino.
1 giugno » Monsig. Anselmo Rotzinger, del Vicariato Apostolico di Sassonia.
2 » » Monsig. Raffaello Maestrini, dell'archidiocesi di Firenze.
8 » » Monsig. Antonio da Rosa Marques, dell'archid, di Evora.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

12 aprile 1921. Il sig. conte Giovanni de Praschma, della dioc. di Breslavia.
» » » Il sig. Antonio de Magnis, della medesima diocesi.
3 maggio » Il sig. Cesareo Alvarez de la Rivera, della diocesi di Madrid.
9 giugno » 11 sig. conte Enrico Gurties, della diocesi di Northampton.
11 » » il sig. Ugo Herman, dell'archidiocesi di Colonia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

31 maggio 1921. Monsig. Domenico Tardini, di Roma:
2 giugno » Monsig. Filippo De Giorgi, dell'archidiocesi di Milano.

Cappellano Segreto d'onore di S. S. :

31 maggio 1921. Monsig. Luigi Capossela (Roma).

NECROLOGIO

3 giugno 1921. Monsig. Emanuele Giulio M. Marbeau, Vescovo di Meaux,
6 » » Monsig. Giacomo Schwebach, Vescovo di La Crosse.

Annus XIII - Vol. XIII 7 Iulii 1921 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES / DE DCC NATALI SANCTI DOMINICI CELEBRANDO.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Fausto appetente die, cum, abhinc septingentis annis, illud sanctitatis lumen, Dominicus, ex his miseriis excessit ad sedes beatorum, Nobis, qui iamdiu sumusinegentibus ipsius perstudiosis, maxime ex quo Ecclesiae Bononiensis, quae eius religiosissime custodit cineres, inivimus gubernationem, Nobis, inquimus, valde Libentibus contingit posse ex hac Cathedra Apostolica christianum populum hortari ad memoriam viri sanctissimi celebrandam : quo ipso non solium pietati Nostrae satisfacimus, verum etiam magno quodam grati animi officio erga et Patrem legiferum et inclytam eius familiam perfungi videmur.

Etenim ut is plane homo Dei verissimeque Dominicus, sic totus Ecclesiae sanctae fuit, quae invictissimum fidei propugnatorem ipsum habet : qui autem ab eo conditus est Ordo Praedicatorum, praeclarum semper Romanae Ecclesiae praesidium exstitit. Quamobrem non modo *in diebus*

suis corroborami templum [1], sed defensionis eius perpetuitati Dominicus consuluit : ut, quae Honorius III, ratum habens Ordinem, edixit : « ... attendentes fratres ordinis tui futuros púgiles fidei et vera mundi lumina », ea ut vates cecinisse videatur.

Profecto, ut omnes norunt, ad propagandum Dei regnum nullo alio instrumento usus est Iesus Christus, nisi praedicatione Evangelii, id est viva suorum voce praeconum, qui caelestem doctrinam usquequaque difunderen t : *Docete,* inquit, *omnes gentes* [2]. — *Praedicare Evangelium omni creaturae* [3]. Itaque ex Apostolorum, maximeque S. Pauli, praedicatione, quam Patrum deinceps Dootorumque institutio et disciplina est subsecuta, factum est, ut hominum mentes veritatis lumine illustrarentur animique virtutum omnium amorem conciperent. Hanc ipsam omnino rationem adhibens ad animarum salutem Dominicus, id sibi suisque proposuit, *tradere aliis contemplata;* ob eamque rem, una cum officio et paupertatem et vitae innocentiam et religiosam disciplinam colendi, sanctum et sollemne iussit esse suo Ordini, sedulo incumbere in studia doctrinae et in praedicationem veritatis.

Iam vero in dominicana praedicatione haec tria, tamquam insignia, eluxerunt : magna quaedam doctrinae soliditas, plenum fidelitatis erga Sedem Apostolicam obsequium, pietas in Virginem Matrem eximia.

Quamvis enim mature se Dominicus natum sentiret ad praedicandum, tamen non id muneris suscepit, nisi cum in Palentino Athenaeo philosophiae ac theologiae multam dedisset operam, diuque in sanctorum Patrum studio versatus, iis ducibus atque magistris, Scripturae sacrae divitias, praecipueque Pauli, in suum tamquam succum et sanguinem convertisset.

[1] Eccli. **L,** t.
[2] Matth. XXVIII, Í9.
[3] Marc. **XVI,** 15.

Quantum is rerum divinarum scientia valeret, non multo post perspici licuit, in eius disputationibus adversus haereticos ; quos quidem, ad oppugnanda Fidei dogmata omnibus artibus et falläeiis armatos, tamen mirabilie erat quam strenue convinceret ac refutaret. Idque Tolosae maxime apparuit, in urbe scilicet quae tum princeps et caput haeresum habebatur, quo doctissimus quisque adversariorum convenerat. Memoriae proditum est, ipsum cum primis sodalibus, opere atque sermone petentibus, insolentiae haereticorum invictum restitisse : quin eorum non solum cohibuisse vim, sed animos etiam eloquentia et caritate sic mitigasse, ut ingentem numerum in sinum Ecclesiae matris revocaret. Cui, pro Fide dimicanti, Deus ipse praesentissimus aderat ; ut cum, accepta, quam haeretici dederant, condicione ut suum quisque librum igni traderet, combustis ceteris, unus ipsius liber intactus a flamma inviolateque permansit. Ita, Dominici virtute, Europa Albigensium haeresis periculo liberata est.

Hac autem solidae doctrinae laude ipsos suos filios ornatos esse iussit. Etenim, vixdum approbato ab Apostolica Sede suo Ordine, ac nobili Praedicatorum appellatione eidem confirmata, is religiosas suas domos quam próximas celeberrimis studiorum Universitatibus condere instituit, quo et facilius eius alumni se omni disciplinarum genere excolerent, et plures ex bonarum artium studiosis novae huic familiae sese adiungerent. Itaque dominicanum institutum iam inde ab initio tamquam insignitam doctrinae notam praesetulit : eiusque hoc velut proprium opus munusque semper fuit variis errorum malis mederi et christianae fidei lumen diffundere, quandoquidem nihil tam obstat sempiternae saluti quam veritatis ignoratio opinionumque perversitas. Non mirum est' igitur, si omnium oculos animosque ad se convertit huius nova vis apostolatus, quae quum Evangelio doctrinisque Patrum niteretur, tum cognitionum omnis generis copia commendabatur.

Atque ipsa quidem Dei sapientia per dominicanos sodales loqui visa est, cum in eis magni illi christianae sapientiae praecones et defensores eminebant, Hyacinthus Polonus, Petrus Martyr, Vincentius Ferrerius, item homines ingeniis praestantes disciplinisque optimis eruditissimi, ut Albertus Magnus, ut Raymundus de Peñafort, ut Thomas Aquinas, quo maxime Dominici alumno vere Deus *Ecclesiam suam illuminare dignatus est.* Quare hic Ordo cum permiagni semper sit habitus ob magisterium veritatis, tum vero egregiam laudem adeptus est, cum Thomae doctrinam Ecclesia suam propriam edixit esse, eumdemque Doctorem, singularibus Pontificum praeconiis honestatum, magistrum scholis catholicis dedit et patronum.

Cum hoc autem tanto studio retinendae tuendaeque Fidei summum in Dominico cohaerebat obsequium erga Apostolicam Sedem. Sic enim accepimus provolutum ad pedes Innocentii III, eum se defensioni Romani Pontificatus devovisse, eidemque decessori Nostro, postera nocte, in somnis visum esse inclinatam Basilicae Lateranensis molem suis humeris animo sum sustinere. — Illud etiam, historia teste, scimus, cum primos disciplinae suae alumnos ad christianam perfectionem.informaret, cogitasse Dominicum de colligenda ex piis religiosisque laicis quadam sacra militia, quae simul Ecclesiae iura defenderet, simul haeresibus fortiter repugnare! Hinc ille profectus est dominicanorum Ordo Tertius, qui quidem, perfectioris vitae institutum in saecularibus vulgando, permagna paraturus erat Ecclesiae matri et ornamenta et praesidia.

Tradita autem a legifero Patre, venit ad filios tantae cum hac Cathedra coniunctionis hereditas. Quotiescumque igitur ob infatuatas erroribus mentes hominum factum est, ut vel populorum motibus vel principum iniuriis laboraret Ecclesia, habuit haec Apostolica Sedes in dominicanis sodalibus, qui, patrocinium et veritatis et iustitiae suscipientis, peropportuno sibi adiumento essent ad

suae conservandum splendorem auctoritatis. Nam quis ignorat quam se praeclare gesserit in hoc geneare dominicana illa virgo, Catharina Senensis, quae, urgente caritate Iesu Christi, difficultates incredibiles eluctata, Summo Pontifici persuasit - quod nemo alius potuerat - ut ad suam Romanam Sedem, LXX annorum intervallo, reverteretur ; quaeque deinde, dum Occidentalis Ecclesia diro schismate lacerabatur, magnum christifidelium numerum in fide et obsequio legitimi Pontificis retinuit ?

Atque, ut cetera omittamus, non est praetereundum ex dominicanis sodalibus Pontifices Romanos magni nominis exstitisse quattuor ; quorum postremus, sanctus Pius V, immortaliter de re christiana civilique meritus est; qui cum, magna instantia atque hortatu, catholicorum, principum arma sibi societate adiunxisset, apud Echinadas insulas. Turcarum opes in perpetuum profliga vit, auspice atque adiutrice Virgine Deipara, quam propterea *Auxilium Christianorum* deinceps salutari iussit.

In quo luculenter id etiam ostenditur, quod diximus exstare tertium in praedicatione dominicanorum : pietas erga magnam Dei Matrem! studiosissima. Naupactensem enim victoriam divinitus cognovisse Pontifex perhibetur eo temporis articulo fieri, dum per orbem catholicum piorum sodalitates Mariam sanctissimi Rosarii implorabant formlula, quam ipse Praedicatorum Parens invenerat, per suosque alumnos deinceps longe lateque propagandam curaverat. Etenim Virginem beatissimam cum matris loco diligeret, eius maxime patrocinio confisus, Dominicus ad Fidei causam agendam aggressus est. Itaque, adversus Albigenses haereticos, qui cum alia Fidei capita, tum divinam maternitatem virginitatemque Mariae omnibus contumeliis insequebantur, ille, horum dogmatum sanctitatem pro viribus tuendo, auxilium ipsius Virginis Matris invocabat, ea saepissime verba usurpans : « Dignare me laudare te, Virgo sacrata ; da mihi virtutem contra hostes tuos ».

Quam grate autem complexa sit caelorum Regina pientissimum servum, ex eo facile colligitur, quod huius ministerio usa est, ut sanctissimum Rosarium Ecclesiam, Filii sui Sponsam, edoceret : illam precationem scilicet quae cum simul voce et mente fiat - mysteriis religionis potissimis contemplandis, dum oratio dominica quindecies totidemque decades salutationum Mariae iterantur - accommodatissima est ad pietatem omnemque virtutem vulgo alendam et excitandam. Iure igitur suis alumnis praecepit Dominicus ut, Dei verbum populis tradentes, in hac orandi forma audientium animis inculcanda saepe studioseque versarentur, cuius exploratissimam haberet utilitatem. Probe enim noverat Mariam ex una parte quidem tantum auctoritate apud Filium divinum posse, ut is, quidquid gratiarum hominibus confert, illa semper administra et arbitra conferat, ex altera autem tam benignae clementisque esse naturae ut, cum ultro solita sit miseris succurrere, omnino nequeat opem postulantibus recusare. Itaque eam, qualem consuevit Ecclesia salutare *matrem gratiae matremque misericordiae,* talem semper, Rosario praesertim adhibito, experta est; qua re Romani Pontifices nullam umquam.occasionem usque adhuc omiserunt, quin Mariale Rosarium summis laudibus efferrent, atque Apostolicae Indulgentiae muneribus locupletarent.

Iam vero dominicam instituti - ut ipsi intelligitis, venerabiles fratres, - non minor est hoc tempore quam ipsius Auctoris aetate opportunitas. — Quam multi hodie sunt, qui pane vitae, id est caelesti doctrina, destituti, tamquam inedia consumuntur ; quam multi, quos, veri specie deceptos, magna errorum varietas avertit a Fide : quorum omnium necessitatibus ut congruenter sacerdotes, verbum Dei ministrando, subveniant, quantopere ipsos tum alienae salutis cupidos, tum vero solida rerum divinarum scientia instructos esse oportet. Quot etiam ingrati et immemores Ecclesiae filii, a Iesu Christi Vicario vel rerum ignoratione vel mala voluntate aversi sunt, quos ad com-

munis Parentis sinum opus est adduci. Ad ista vero aliaque omne genus mala huius saeculi sananda quantum materno Mariae patrocinio indigemus !

Habent igitur dominicam sodales paene immensum sibi campum, in quo utilissime pro communi salute contendant. Quare omnibus, quotquot huius disciplinae sunt, magnopere auctores sumus, ut in his sollemnibus saecularibus suos animos quodammodo renovent ad sanctissimi Conditoris exemplum, seque tali patre praestare instituant cotidie digniore». Ceteris nimirum in hoc antécédent, ut est consentaneum, filii eius ex primo Ordine, iique posthac vel alacriorem dabunt operam eiusmodi praedicationi divini verbi, unde in hominibus, cum obsequio erga beati Petri successorem ac pietate in Virginem Matrem, cognitio crescat tuitio - que veritatis Sed a Tertiariis quoque sodalibus dominicanis plurimum utilitatis exspectat Ecclesia, si quidem ad Patriarchae sui spiritum sese diligentius accommodare studuerunt, rudes videlicet imperitosque de plebe christianae doctrinae praeceptis instruendo. In quo ut multi illi assiduique sint, cupimus et optamus : res enim agitur maximi ad animarum bonum momenti. Denique universis Dominici Patris alumnis hoc volumus peculiari esse curae, ut usquequaque Mariali Rosario populus christianus assuescat ; quod quidem eum Nos, decessorum Nostrorum, in primisque fel. rec. Leonis XIII, vestigia persecuti, per occasionem hortati sumus, vehementerque, in his temporum acerbitatibus, hortamur : idque si feliciter evenerit, huius saecularis memoriae celebritatem satis fructuosam fuisse putabimus.

Auspicem interim divinorum munerum ac benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres, vestroque clero ac populo amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix iunii, in festo Apostolorum Principum, anno MCMXXI, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XT

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MARIANNENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIS BELLOHORIZONTJNAE

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoralis sollicitudo onus Nobis imponit diligentissime curandi ut catholici orbis regiminis distributio temporum et locorum necessitatibus apte respondeat. Nobis est propterea vigilandum ut variis in regionibus circumscriptionum ecclesiasticarum numerus augeatur, prout opportunitas ac praesertim spirituale christifidelium bonum exposcit.

: Cum itaque Mariannensem archidioecesim, quae extensione territorii et populorum frequentia inter maiores est connumeranda, partiri animarum bonum et regiminis ratio consulat, Nos id faciendum statuimus.

Quapropter, de consulto dilectarum liliorum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, qui S. Congregationi Consistoriali praepositi sunt, peractis omnibus, quae scitu ad rem necessaria erant, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, facultate quoque utentes Nobis et S. Sedi reservata in Apostolicis sub plumbo Litteris quarum initium « Ad universas orbis Ecclesias » datis Romae die vigesima septima mensis aprilis anni millesimi octingentesimi nonagesimi secundi, libere novam ineundi in Brasiliana Republica dioecesum dismembrationem, quoties id expedire videretur, de Apostolicae potestatis plenitudine, praedictam archidioecesim Mariannensem bifariam dividimus, eamque ad orientem versus coarctamus, et in occidentali parte novam dioecesim, *Bellohorizontinam* nuncupandam, erigimus.

Hisce autem novae dioecesi assignamus et attribuimus municipia vulgo *Prefectura de Bello Horizonte, Contagem, Santa Luzia, Sabara, Gaeté, Siete Lagoâs, Bomfim, Entre Bios, Santa Quiteria, Itauna, Para, Pequy, Pitanguy, Divinopolis, Itapecerica, Oliveira, Passatiempo, Campo-Bello, Perdoès, Boni Succeso* cum paroecia *Hitiruna* nuncupata.

Bellohorizontinae dioecesis ita limitibus definitae sedem et cathedram episcopalem in urbe « Bello-Horizonte », a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, erigimus ac instituimus, eamque idcirco ad civitatis episcopalis fastigium evehimus, una cum omnibus iuribus ac privilegiis, quibus ceterae civitates episcopales iure communi fruuntur et gaudent.

Ecclesiam autem ibidem exstantem et Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae dicatam ad Cathedralis statum et dignitatem evehimus et extollimus; simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales Ecclesiae ac eorum Antistites iure communi, vel legitima consuetudine, pollent ac fruuntur.

Quam cathedralem Ecclesiam suffraganeam constituimus metropöitanae Ecclesiae Mariannensis, illiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico praefati Mariannensis Archiepiscopi subiicimus; Nobis tamen et Apostolicae Sedi reservata facultate libere novam decernendi istius dioecesis dismembrationem, quoties opportunum in Domino videatur.

Quod vero attinet ad huius dioecesis administrationem et regimen, ad Capituli cathedralis vel consultorum collegii institutionem, ad Seminarii dioecesani erectionem, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris sede vacante, electionem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt.

Quod vero ad clerum spectat, statuimus ut, statim ac dismembratio archidioecesis Mariannensis, novaeque dioecesis Bellohorizontinae erectio effecta sit, eo ipso presbyteri illi Ecclesiae adscripti censeantur, in cuius territorio legitime exstant, vel animarum cura, vel aliquo ecclesiastico officio detenti.

Episcopalem autem mensam constituent Curiae episcopalis taxae aliaeque fidelium oblationes, in quorum bonum nova haec dioecesis erecta est.

Volumus praeterea ut huius dioecesis sumptibus duo delecti iuvenes bonae spei in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe non intermissa vice mittantur, ut ibi, sub ipsis fere oculis Romanorum Pontificum, ecclesiasticis disciplinis incumbant.

Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae hanc dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, quamprimum fieri poterit, a cancellaria archidioecesis Mariannensis tradantur cancellariae dioecesis Bellohorizontinae, ut in eius archivo custodiantur.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si quilibet, quorum interest vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in

controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Ad haec omnia, ut supra, exsecutioni mandanda deputa mus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem, in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidemque tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica, dignitate constitutum, et definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura ; facto insuper eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, infra sex menses, a data praesentium litterarum computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Mandamus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides tribuatur, quae hisce Nostris Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere vel contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die decima prima mensis februarii, Pontificatus Nostri anno septimo.

£g C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. Congr. Consist. Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *£fa* Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXIII, n. 5.

LITTERAE APOSTOLICAE

1

CATHEDRALE TEMPLUM SAMOGITIENSE TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS ORNATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cathedralis ecclesia Samogitiensis Deo sacra in honorem Ss. Petri et Pauli Apostolorum quae « Caünae » in Lituania exstat, tum antiquitate, tum structura, tum artis monumentis, tum germana populi religione praefulgens, iure meritoque inter potiora totius Lituaniae templa accensetur. Et re quidem vera sacra haec aedes ineunte saeculo xv cura Vytauti, Magni Ducis Lituaniae, gothico stylo exstructa, tanta molis amplitudine eminet, ut omnibus regionis ecclesiis antecellat. Ipsam postea Patribus Augustinianis donatam, per longam saeculorum seriem Lituaniae Antistites, proceres, nobiles et fideles novis continuo operibus auxerunt ac singularibus privilegiis ornarunt. Illud quidem memorare iuvat, ecclesiam ipsam, licet gravissimas iacturas perpessam, hostili manu a Suedis anno 1655 vastatam, et anno 1733 igni consumptam, nihilominus nunquam fuisse funditus deletam, sed brevi, favente Deo, ad pristinum decus rediisse. Singularibus artis monumentis et picturis potissimum ornata, et pretiosa quidem supellectili refecta, sacra eadem aedes pluribus beatorum Caelitum relliquiis nobilitatur. Adsunt in ea recentiorum Samogitiensium Antistitum sepulcra, nempe Matthiae III Valancius Episcopi de religione ac de re literaria in Lituania optime meriti, Pastoris et scriptoris eximia apud populum Lituanum fama florentis; Miecislai I Pallulon, fidei et libertatis ecclesiasticae intrepidi vindicis adversus impetus schismatici Russorum gubernii ac dioecesis egregii administratoris; et pii Antistitis Casparis Cirtautas, quo auspice, conrogata a civibus universis stipe, ecclesia cathedralis praeclare instructa est atque ornata. Iamvero hoc anno adventante mense septembri, venerabilis frater Franciscus Karevicius, Episcopus Samogitiensis retulit ad nos, occasione auspicatissima quinti iam elapsi saeculi ex quo, auctoritate et gratia Sanctae huius Sedis, condita primum est dioecesis Samogitiensis, sollemnia esse celebranda festa, sibique et clero populoque suo in votis admodum esse, ut ad maiorem Dei gloriam, ad pietatis christianae incrementum atque ad dioecesis eiusdem suae decus augendum, cathedrale templum ad Basilicae minoris dignitatem prove-

here dignemur: Nos autem, animo repetentes veteres praenobilis illius templi memorias, probe simul noscentes pro tempore urbem « Gaunam » factam esse civitatem principem et caput universae Lituaniae feliciter resurgentis, ibique constitutum fuisse supremi Reipublicae magistratus sedem, ideoque in ecclesia cathedrali etiam praecipuos civiles eventus fore sollemni religiosa pompa recolendos, votis his annuendum propensa voluntate existimavimus. Quae cum ita sint, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, cathedrale templum Samogitiense Deo sacrum in honorem Ss. Principum Apostolorum Petri et Pauli, ad Basilicae minoris gradum promovemus, illique privilegia omnia tribuimus quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a secretis Status.*

II ; *

PIA ASSOCIATIO SUB TITULO « EUCHARISTICI FOEDERIS » MEDIOLANI ERECTA, IN ARCHICONFRATERNITATEM SEU PRIMARIAM ASSOCIATIONEM PROMOVETUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. —- Procurator generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum refert ad Nos iam inde ab anno MDCCCLXXXXVI in ecclesia sub titulo « Corporis Domini » Ordinis ipsius Mediolanensi coenobio adnexa, Piam Associationem sub titulo « Eucharistici Foederis » fuisse rite institutam, ad finem praecipuum ut fideles prope sacrum Tabernaculum in sacram militiam coirent et Christi Iesu regnum in familiis et in universa civili societate promoverent, simulque per Sacramentum amoris a Deo impetrarent sanctae Matris Ecclesiae exarationem, dissidentium et schismaticorum ad veram fidem conversionem, ut unum fiat sub unico Pastore ovile. Addidit idem Procurator frugiferam hanc Societatem, ab Archiepiscopo Mediolanensi et a pluribus Antistitibus

probatam, favente Deo, brevi se effudisse et per Italiam et extra per universum fere orbem catholicum, et modo ingenti sodalium numero florere. Edocemur quidem hanc Associationem a Decessore Nostro Leone PP. XIII rec. me. pluribus fuisse indulgentiis et privilegiis auctam. Nunc autem cum memoratus Procurator supplici prece Nos flagitet, ut ipsam ad Primariae Associationis gradum, de Apostolica benignitate, evehere dignemur; Nos, id in Foederis ipsius, tot ac tantis nominibus optime de religione merentis, incrementum et bonum maxime cessurum rati, votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus praepositis Congregationi pro Tridentini Concilii decretis interpretandis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, Associationem sub titulo Foederis Eucharistici, canonice erectam Mediolani in ecclesia Ssmi Corporis Christi penes coenobium Carmelitarum Excalceatorum, in Archiconfraternitatem cum solitis privilegiis, sive in Primariam Associationem erigimus atque promovemus. Associationis autem enunciatae sic in Archisodalitatem sive Primariam per Nos erectae Moderatori generali et officialibus praesentibus et futuris, Apostolica Nostra auctoritate itemque perpetuo, veniam concedimus, ut ipsi, servatis forma constitutionis Clementis PP. VIII, Praedecessoris Nostri rec. me., aliisque Apostolicis ordinationibus desuper editis, omnes et singulas eiusdem tituli atque instituti Associationes, tam in Italia, quam extra per universum terrarum orbem erectas in praesens, sive erigendas in posterum, sibi aggregare possint, et cum illis indulgentias ac spirituales gratias communicare licite valeant ipsi Associationi sic in Primariam promotae a S. Sede concessas, quae tamen cum aliis communicari possint. , • •

Praeterea Foederis eiusdem statutum, ad finem exaratum definiendi et aptandi praesentium temporum adiunctis a sociis implenda pietatis opera, a bo. me. Cardinali Ferrari et ab aliis Italiae Ordinariis revisum et probatum, pro omnibus dioecesibus in quibus dictum Foedus exsistat, suprema Nostra auctoritate ratum habemus et sancimus.

Porro haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, dictaeque Associationi modo ad Primariae gradum evectae, nunc et in posterum perpetuo suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive" ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus, speciali licet

atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem-ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII ^aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

SODALIBUS NOSTRAE DOMINAE A BONA MORTE QUANDAM RECITANTIBUS PRECULAM ET SACRUM LITANDUM CURANTIBUS AD GRATIAM PII OBITUS SIBI ALIISVE IMPETRANDAM, INDULGENTIAE PLENARIAE ET PARTIALES CONCEDUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Sodalitatem Nostrae Dominae a Bona Morte nuncupatam, iam, anno MCMXVIII, Litteris Apostolicis die XXII mensis martii Piscatoris anulo obsignatis, vehementer commendavimus; at vero, quod ea sibi consilium proponit effectumque dare contendit, tanti momenti est, ut illud, et Apostolicae auctoritatis pondere firmare ac roborare denuo, et ampliore gratiarum concessione de caelesti Ecclesiae thesauro provehere non dubitemus. Quotquot enim in sodalium numerum adsciscuntur, eorum est veluti peculiare ac proprium, non modo cum sibi, tum ceteris, pretiosam in conspectu Domini mortem impetrare, sed etiam de ipsa morte, quae unicuique impendeat, assidue commentari, eamque cum precum bonorumque operum praesidio opperiri, secundum illud *Imitationis Christi:* « Sic te in omni facto et cogitato tenere deberes, quasi statim esses moriturus » ; qua profecto re num aliquam aliam graviorem magisque necessariam persequi liceat? Hoc sane salutis aeternae adipiscendae negotium, tanquam si christiano homini unum incumbat, Paulus Apostolus agendum inculcat, nec quisquam feliciter gerat ac perficiat, nisi et in vita sancte degenda perseveraverit et sancte de vita decesserit. Id utinam alte in christifidelium animis insideat, quod solet, proximo cum animae periculo, miserandum in modum oblitterari, hac praesertim aetate, cum videntur homines,, pecudum more, in terram confixos habere oculos, eosque, contemplatione caelestium posthabita ac despecta, unice ex fluxis pascere^

inanibusque rebus. Quamobrem Sodalitati Nostrae Dominae a Bona Morte haec haud mediocris, praeter alias, tribuenda laus est, quod, instituto ipsa suo, extremum illud temporis momentum, quo aeterna animae sors periclitatur, in memoriam hominum redigat, iisque continenter suadeat, magnum opus esse atque arduum in Dei gratia ad obitum usque perseverare, eaque de re, quemadmodum Tridentinum docet, *tametsi in Dei auxilio firmissimum spem collocare et reponere omnes debent, neminem sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceri posse;* propterea Paulum Apostolum edixisse, cum timore et tremore salutem esse nobis operandam. Quamvis autem *magnum* perseverantiae et sanctae in osculo Christi mortis *donum* iusto iure mereri nequeamus, cum gratuito detur, *suppliciter* tamen, teste Augustino, illud *emereri potest,* modo ut a Patre in nomine Christi talibus exposcatur obsecrationibus, quales Christus ipse certe auditum iri promisit. Quas quidem preces si, cum vitae christianae exercitatione coniunctas, sine ulla temporis intermissione feramus, consecuturura sine dubio, Dei misericordia, est, ut *in fide stabiles et in opere efficaces* inveniri, *ac demum* post *vitae huius varietates ad salutis portum pervenire* mereamur; cum *facienti quod in se est, Deus non deneget gratiam.* Interea sic dolemus, ut nihil supra, ex ingenti filiorum numero, quos, ob collatum Nobis divinitus Apostolicum munus, ad beatitatem sempiternam dirigendos adiuvandosque suscepimus, nimis paucos esse, qui de salute sua vivant solliciti et sic se, quemadmodum diximus, ad pie monendum parent. Verum ad gratiam eiusmodi asse quendam cum preces eo plus valeant, quo excellentiores sunt, liquet, quas Christus ipse, Mediator ac Sacerdos, in augusto Missae sacrificio, Patri obsecrationes adhibet, eas esse prorsus perfectas et gratas, ideoque omnium efficacissima s. Fideles igitur, qui pretiosum sibi spondere decessum tutumque reddere velint, quidni Sacrum ad hanc mentem fieri iubeant, cum in altari Christus sit *semper vivens ad interpellandi^ pro nobis,* ibique *thronum gratiae* constituerit, ad quem *adeamus cum fiducia ut misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in auxilio opportuno?* Praeterquam enim quod, ut Tridentini verbis utamur, *sacrificii oblatione placatus Dominus, gratiam et donum poenitentiae concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit,* poenasque culpae expiandae debitas condonai, solutionis pretium ex immenso satisfactionum Christi cumulo depromens, per ipsam praeterea Sacri litationem subsidia ea omnia impetrare licet necessaria atque opportuna, quibus non modo maculas devitemus conceptasque eruamus, sed etiam in Dei gratia amicitiaque sic perstemus ut mortem iustorum obeamus. In quo considerandum praecipue est, fructus, qui ex Sacro percipiuntur, hominibus

longe uberius vivis prodesse quam vita functis, cum iis, bene animatis ac dispositis, magis directo, certius atque abundantius, quam his, applicentur: unde efficitur, ut, cum perseverantiae dono, queamus nobis facultatem adhuc vivis comparare cum placandae Dei iustitiae, tum poenae, quae nos in Purgatorio igni maneret, vel tollendae omnino vel valde saltem imminuendae. Quodsi satis multi, obliviosi atque ingrati homines, id committere consueverunt, ut ad animas eorum piandas, quos habere carissimos videbantur, augustum offerri Sacrificium neglegant, sunt quidem maiore numero, qui, gravi cum spiritualium utiiitatum iactura, illud ignorent, profuturum sibi multo magis Missae sacrificium quod, se vivis, ipsimet, quam quod in ipsorum levamen defunctorum heredes, propinqui vel amici perlitari iusserint. Quam tot christifidelium ignorantiam cum dilectus filius Aristides Guibert, Presbyterorum a Sancta Maria vulgo *de Tinchébray* summus moderator, Nobiscum conquereretur die octavo superioris mensis, quo die eum coram admisimus, simulque Nobis aperiret, velle se, si quidem id probaturi essemus, sanctam quasi quandam *Gruciatam* inter sodales Nostrae Dominae a Bona Morte excitare, ut hi Sacra quam plurima curarent peragenda ad gratiam pii decessus sibi aliisque omnibus, si iiceret, impetrandam, non modo propositum Nobis perplacere diximus, sed etiam tam praeclarum eiusmodi studiosae caritatis opus Nosmet ipsos caelestium dispensatione thesaurorum esse locupletaturos. Quibus Nostris impulsus incitamentis,- haud ita multo post, idem dilectus filius supplicem ad Nos dedit libellum, dilecti filii Nostri Petri S. R. E. Presb. Card. Gasparri, Sodalitatis N. D. a Bona Morte Protectoris, amplissimo suffragio commendatum, quo certa quaedam precandi formula continebatur, flagitàvitque ut, qui eam recitarent sodales et ad eandem mentem Sacrum litari iuberent, iis plenarias ac partiales indulgentias largiremur. Quibus piis votis perlibenter obsecundantes, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, audito dilecto filio Nostro Cardinali Poenitentiario Maiore, omnibus ac singulis fidelibus Sodalitati Nostrae Dominae a Bona Morte tam adscriptis quam in posterum adscribendis, qui preculam *Pater Sancte,* ad exemplar Litteris hisce Nostris subiectum et in tabulario Cancellariae Brevium Apostolicorum asservandum, quovis idiomate, dummodo versio sit fidelis, recitaverint, indulgentiam quingentorum dierum *toties quoties* lucrandam concedimus; septem vero annorum totidemque quadragenarum, quotiescumque, Sacrum audiendo, eandem preculam effuderint; plenariam semel in hebdomada lucrandam, si, eadem oblationis formula cotidie recitata, sacramentis refecti Missae sacrificio semel diebus ferialibus adstiterint;

item plenariam, usitatis condicionibus, quocumque die Sacrum, secundum intentiones in ea ipsa oblationis formula relatas, perlitandum curaverint. Praeterea, ut omnibus et singulis fidelibus in eandem Sodalitatem tam adscitis quam in posterum adsciscendis indulgentiam plenariam usitatis condicionibus, quovis anno, die xxxi mensis maii* festo beatae Mariae Virginis Mediatricis omnium gratiarum, et sabbato post festum Ssmi Cordis Iesu, quo sabbato festum peragitur Purissimi Cordis B. M. V., lucrari liceat, misericorditer damus. Denique iisdem omnibus sodalibus fas esto plenariis ac partialibus indulgentiis, quas largiti sumus, vita functorum labes poenasque expiare. Interea in spem bonam laetamque erigimur fore, ut in Sodalitatem istam, per terrarum orbem late propagatam, christifideles cotidie plures cooptari se velint, non solum ut gratiis ab Apostolica Sede conlatis fruantur, verum etiam ut *bonae mortis apostolatum* ad Sodalitatis leges exerceant, id omni virium contentione efficiendo, ut qui in discrimine ultimo versantur, sacri Viatici et extremae Unctionis susceptionem ne eo usque remorentur cum sensum amissuri iam sunt, sed, contra, quemadmodum Ecclesia docet ac praecipit, iis roborentur Sacramentis vixdum, ingravescente morbo, prudens fiat de periculo mortis iudicium: qui ceterum apostolatus, sodalibus ipsis proximisque tam fructuosus, non sine peculiari divinae Providentiae consilio, videtur hisce temporibus eo celerius copiosiusque florescere ac vigere, quo magis oportet homines mansuras animi utilitates quaerere atque impensius saluberrimam mortis cogitationem secum agitare. Quo in genere sodales rem facturi sunt omni laude et caelesti remuneratione dignam, si, ad propositum quod supra dicendo adumbravimus, incruentum altaris Sacrificium creberrime curent peragendum, ut Redemptionis opus in socordibus vel impiis hominibus efficienter perpetuoque compleatur, aeternamque omnes, quoad fieri potest, salutem assequantur, cum pro omnibus divinum Iesus Christus sanguinem, animae suae prodigus, effuderit/

Porro decernimus praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, et illis ad quos spectant vel spectare poterunt in omnibus plenissime suffragari, sicque in praemissis definiri ac iudicari debere, atque irritum et inane fore si quidquam secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter aut ignoranter attentari contigerit. Praesentibus in perpetuum valituris, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die xxxi mensis maii, B. M. V. Mediatricis omnium gratiarum festo, anno MCMXXI, Pontificatus Nostri septimo.

Pro Dno Card. PETRO GASPARRI
N. Sebastiani, *a Brevibus Apostolicis.*

Precula et oblationis formula
ad gratiam bonae mortis impetrandam. -

Pater sancte, omnes et singulas Missas in universa Ecclesia hodie celebratas aut celebrandas tibi offero, ut per Iesu Filii tui sanguinem, beatae Mariae Virginis sub Cruce Perdolentis intercessione, iustis magnum perseverantiae donum, peccatoribus perfectae conversionis gratiam, et omnibus christifidelibus, praesertim mihi, propinquis et piae Sodalitati adscriptis, extremo vitae tempore, sacri Viatici refectionem, sancti olei Unctionem et pretiosam in conspectu tuo mortem elargiri digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

EPISTOLAE

I

AD R. P. ALEXIUM MARIAM LÉPICIER, EX ORDINE SERVORUM B. M. V., QUEM OB DUOS LIBROS NUPER EDITOS DE NOVISSIMIS AC DE SPIRITISMO DILAUDAT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.—Quod christianae professionis vigor vulgo sensim languescit, quod in communi vita atque in humani generis societate iustitiae leges violantur tam facile, quod homines fluxa bona sic appetunt ut nihil pensi habeant quin iis potiantur, haec et talia palam est non aliunde nasci, nisi ex oblivione eorum, quae omnibus mortalibus sunt post humanum exitum a iudice Deo vel speranda vel metuenda in sempiternum. Quoniam autem plerumque solet sanctissimae religionis negligentiam vel contemptum vanitas excipere superstitionum, videre licet non paucos iam esse qui temere cum arcanis spiritibus commercium habeant, seque imprudenter in laqueos induant diaboli. Itaque praeclarae cuiusdam opportunitatis sunt duo illi a te nuper editi libri: quorum in altero fuse de *novissimis* doctrinam catholicam, scholasticorum more institutoque, explicas, uberrimam praebens materiam concionatoribus sacris ad fidelium animos permovendos; in altero autem de *spiritismo* quae perhibentur, accurate theologiae tamquam trutina examinas, egregieque disputans, ex fidei principiis, qua sint condicione quidque agant animae corporum solutae vinculis, falladas *inimici hominis* convincis, tam hodie multis exitiosas. Quos equidem libros - ut cetera tua scripta, quibus et fidem tueri et pietatem in populo fovere iam pridem studes - accepimus perlibenter; eo magis quod in utroque, ut videmus, religiose, quemadmodum con-

suevisti, ducem et magistrum sequens Aquinatem. Quare de hoc duplici doctrinae sollertiae pietatisque tuae munere meritis te laudibus prosequimur^ atque ut inde optati fructus salutis animarum exsistant, auspicem caelestium bonorum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. CAESARIUM A TURONIBUS, SACERDOTEM EX ORDINE MINORUM CAPULATORUM, CUIUS LIBRUM COMMENDAT, QUI INSCRIBITUR « LA PERFECTION SÉRAPHIQUE D'APRÈS SAINT FRANÇOIS ».

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quo Nos munere affecisti, illo oblato tuo libro qui inscribitur *La Perfection Séraphique d'après saint François,* id profecto Nobis non potuit non gratum acceptumque esse. Nam, cum praecipue habeamus propositum, homines ad christiana instituta vulgo revocare ut humanae societati salutem quaeramus, percommode accidit hoc volumen, mirificam vitam exhibens Patriarchae Assisiensis, ad omnes virtutum eius gradus exactam, cui quidem tanta est tamque expressa cum ipso Iesu Christo similitudo. Etsi enim maxime tuorum sodalium causa, quos, religione votorum obstrictos, decet in primis legiferi Patris imitationi studere, is tibi susceptus est labor, tamen non est dubium quin idem omnibus Francisci alumnis, Tertiariis quoque, sit profuturus. Iam vero, ut in Encyclicis litteris « Sacra propediem » nuper declaravimus, ad excitandos privatim publice christianos spiritus videtur Nobis Tertius Franciscanum Ordo egregie posse valere, si quidem impressam ei a sanctissimo conditore formam studiose retineat. Quare, ut quam plurimis reapse tuum opus sit adiumento ad seraphicam animi perfectionem assequendam, cum vehementer optamus, tum enixe a Deo petimus. Tibi autem gratulantes quod rem fecisti non solum opportunitate, sed etiam doctrina, pietate studioque commendabilem, dilecte fili, auspicem divinorum munerum ac paternae Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die in mensis maii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO AD REV.MOS ORDINARIOS LOCORUM SUPER PROBATIONE STATUS LIBERI AC DENUNTIATIONE INITI MATRIMONII.

Iterum conquesti sunt haud pauci Ordinarii locorum quod parochi, praesertim in exteris dissitisque regionibus ad quas frequentes demigrant ex Europa opifices, horum aliquando matrimoniis assistant, quin praescripta iuris tum de statu libertatis tum de initi matrimonii denuntiatione rite serventur; ex quo fit ut non raro novum contra fas attentetur matrimonium ab iis qui adhuc priore vinculo adstringuntur.

Ad huiusmodi malum praecavendum, quo sacra familiae christianae iura pessumdantur, parentes vinculis damnationis illaqueantur, et filii perversionis periculo facile obiiciuntur, haec Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum die 6 mensis martii anni 1911 Instructionem Ordinariis dedit, quae in Commentario Officiali *Acta Apostolicae Sedis*, vol. III, pag. 102, sub die 15 eiusdem mensis evulgata est.

Verum ne quis, in negotio tam gravi, huic Instructioni aliquid a Codice iuris canonici derogatum esse putet, Emi Patres huius Sacrae Congregationis in generali conventu die 26 mensis iunii currentis anni habito, eam, ipsius Codicis praescriptionibus suffultam, Ordinariis iterum sequentis tenoris dandam censuerunt.

T. Ordinarii in parochorum memoriam revocare satagant haud licere ipsis adstare matrimonio, ne praetextu quidem et intentione avertendi fideles a turpi concubinatu, aut praecavendi scandalum coniugii, quod vocant, civilis, nisi constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de iure servandis (can. 1020 et 1097 § 1, n. 1. Cod. iur. can.), iidemque moneantur ne omittant, ad normam can. 1021, baptismi testimonium a contrahentibus exigere, si hic in alia paroecia fuerit illis collatus.

2. Vi can. 1103 § 2 parochus qui matrimonio interfuit, ad parochum baptismi transmittere festinet initi contractus denuntiationem, quae, ut

praescripta eiusdem canonis rite serventur, contineat oportet coniugum eorumque parentum nomina et agnomina, aetatem contrahentium, locum diemque nuptiarum, testium pariter nomina et agnomina, denique ipsum parochi nomen et agnomen una cum parochiali sigillo.

Accurate autem edoceatur de paroecia, de dioecesi, ac de baptismi coniugum loco; ceteraque alia serventur, quae ad scripta per publicos portitores tuto transmittenda pertinent.

3. Quo securius sive testimonium de statu libero a parocho nupturientium habeatur, sive denuntiatio de secuto matrimonio ad parochum baptismi perveniat, parochi haec documenta petant vel transmittant per cancellariam Ordinarii loci.

4. Id autem perpendant parochi oportet, aliqua huiusmodi opificum emigrantium matrimonia, quasi vagorum matrimonia habenda esse, quibus, iuxta can. 1032, *parochus assistere non debet nisi debitam licentiam assistendi ab Ordinario loci obtinuerit.* Quod si de vagis non agatur, tamen difficulter quoad alios emigrantes *abest dubium de existentia impedimenti,* ideoque, iuxta can. 1031 § 1 n. 3, parochus *eorum matrimonio assistere nequit inconsulto Ordinario ;* habito etiam prae oculis praescripto can. 1023 *§ 2. Hisce de causis haec Sacra Congregatio iubet et mandat ut parochi matrimoniis fidelium de quibus agitur in hac Instructione non assistant, excepto casu necessitatis seu potissimum periculo mortis, inconsulto Ordinario loci.

5. Si forte accidat ut, adhibitis etiam cautelis de quibus in n. 1, baptismi parochus in recipienda denuntiatione matrimonii comperiat alterutrum contrahentium aliis nuptiis iam esse alligatum, rem quantocius significabit, per cancellariam Ordinarii, parocho contra fas attentati matrimonii.

6. Ordinarii sedulo advigilent ut haec praescripta religiose serventur, horumque violatores, si quos repererint, curent ad officium revocare, adhibitis etiam, si opus sit, canonicis sanctionibus.

SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV in audientia habita ab infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis die 26 iunii 1921 hanc Instructionem approbavit et confirmavit, eamque ab omnibus quibus spectat servari mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. C. de Sacramentis, die 4 iulii 1921.

M. CARD. LEGA, *Praefectus.*

L. « S.

t A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACEA CONGREGATIO CONCILII

• *i*

DIOECESIS iii. ET ALIARUM

TAXARUM CURIAE

Die 11 decembris 1920

SPECIES FACTI. - Ordinarius *M.* ad hanc S. G. transmittens, ad normam can. 1507, pro necessaria recognitione indicem taxarum in singulis dioecesibus provinciae ecclesiasticae *N.* ad quam pertinet adhibendarum, prout confectus et approbatus fuerat in novissimo conventu Episcoporum eiusdem regionis, animadvertebat mirum esse non debere si, pro quolibet titulo, *duplex* proponebatur taxa, altera nempe maxima, altera minima; quum, ob nimiam discrepantiam quae in hac re viget in singulis dioecesibus praefatae regionis, satius visum esset in communi taxatio approbando assumere tum minimam tum maximam taxam quae in propositis indicibus occurrebat, idcirco postulabat, nomine suorum suffraganeorum, ut singulis Curiis liceret quae opportunior censéretur taxam eligere, dummodo inter utrosque terminos, a tax ario praefinitas, contineretur. - Tum ob rei novitatem, tum quia vel prima facie apparebat quasdam taxas supprimendas vel saltem minuendas esse, visum est universum negotium subiicere Emorum Patrum iudicio, proposito dubio:

An et quomodo approbandae sint taxae Curiarum regionis N. *in casu.*

ANIMADVERSIONES. - I. Enimvero notum cuique est universum hoc de taxis curialibus negotium normam sumpsisse ex litteris Innocentii XI, *Essendosi avuto* d. 8 oct. 1678 (cfr. textum in extenso ap. Ferraris, s. v. *Taxa)* quarum plures dispositiones decreto huius Sacrae Congregationis d. d. iunii 1896 iterum inculcatae fuere, ad hoc definite propositum « ut « norma haberetur *uniformis* in exactionibus pro variis actibus iuris- « dictionis ecclesiasticae non contentiosae, ac immodicarum taxarum « onus, pluriumque controversiarum occasio tolleretur ». Hanc vero uniformitatem, non tantum in eadem dioecesi, sed in universa provincia seu regione esse statuendam, conceptis verbis edicit eiusdem S. Congregationis praescriptum, ubi, ad II quaesitum: « An generalibus editis « normis, specifica taxatio *in singulis dioecesibus,* Ordinariorum arbitrio

« sit relinquenda; an potius praescribendum ut hac de re agatur in synodis « provincialibus... sub lege nempe *ni uniformis taxa in singulis pro- «vinciisseu* regionibus, quoad fieri possit, statuatur » responsum est: *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam. - Hinc etiam liquet idem praescriptum contineri can. 1507 1 Codicis iuris canonici, ubi pariter statuitur praefinitionem taxarum fieri debere in Concilio provinciali, vel in conventu Episcoporum provinciae. Ceterum per se clara sunt verba Codicis: « Praefinire taxas pro variis actibus iurisdictionis « voluntariae, vel pro exsecutione rescriptorum Sedis Apostolicae, vel « occasione ministrationis Sacramentorum vel Sacramentalium *in tota « ecclesiastica provincia solvendas,* est Concilii provincialis, aut conven- ís tus Episcoporum provinciae»; quae verba etiam magis palmaria, si fieri potest, efficiuntur comparatione can. 1234 (qui explicite a limine reservatur verbis: «salvo can. 1234» ubi ex adverso legitur: « Locorum «Ordinarii indicem funeralium taxarum seu eleemosynarum, si non «existat, *pro suo territorio,* de consensu Capituli cathedralis. . . . confi- « ciant ». Quibus consideratis satis superque elucet contrarium esse legi datae taxas ita praefinire, ut liceat in una dioecesi diversas ab iis quae in altera vigent constituere, etsi intra maximum et minimum praefinitum terminum contineatur: quia nimirum ita evanescit causa *uniformitatis* quam legislator prudentissime quidem prae oculis habuit. - Nec ceterum ulla subesse videtur ratio ita statuendi: enimvero si operam et expensas cancellariae his taxis compensandas attendis, non facile dixeris cur hae in eodem negotio in tali civitate aestimari debeant v. g. libellarum quinque, in finitima vero viginti; immo hac ratione admiratio et scandalum fidelium, quod legislator summopere cavere contendit (cfr. v. g. can. 1234, § 1), incaute fovetur; non enim facile v.g. sponsus sibi explicabit cur pro status liberi attestatione solvere debeat quindecim libellas, dum sponsa, ex finitima dioecesi, duas tantum rependit. - Idcirco concludendum est duplicem quantitatem taxae pro quovis titulo, ut in schemate proponitur, approbandam non videri.

II. Ad singulos autem titulos deveniendo, haec animadvertenda videntur. Quum litteris Innocentianis et consecutivis declarationibus S. Sedis vetitum sit quidquam accipere sive ratione *scripturae,* sive *laboris* pro facultate exercendi Ordines sive maiores, sive minores, sive sacros in quocumque loco; pro licentia administrandi Sacramenta et deserviendi beneficiis, multoque minus pro renunciatione; pro potestate concionandi; pro licentia transferendi et sepeliendi defunctorum corpora; pro licentia colligendi eleemosynas; pro mandato publicationum ad ordines, etc.; sequitur in his omnibus nonnisi licere exigere quidquid pro *expensis*

ratione materiae comparandae erogatum est: ideo non explicatur cur in singulis hisce vocibus in taxario proposito tanta comperiatur differentia; Nec etiam rectum sapere videtur, quod pro sacerdotibus extradioecesanis gravior in casu taxa semper adhibeatur.

Delenda praeterea sunt quae in collatione beneficiorum titulo « mance » pro « sala » seu familia Episcopi, leguntur exigenda, utpote quae e regione adversentur explicitae prohibitioni pluries in litteris Innocentianis contentae. Esto quod improbam consuetudinem in praxi eradicare facile non detur: nulla tamen subest ratio eamdem veluti edictali lege consecrandi!

Quod demum attinet ad dispensationes matrimoniales, constat iam ex can. 1056 nullum emolumentum pro his exigi debere, « nisi haec facultas a S. Sede eis (Episcopis) *expresse* data fuerit»; itaque e schemate voces huc attinentes delendae sunt, atque in peculiarem ad Apostolicam Sedem postulationem, si casus ferat, transferendae.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - S. Congregatio Concilii in plenario Emorum ac Reve-, rendissimorum Patrum conventu diei 11 decembris 1920 rescribendum censuit: Dilata et *ad mentem. Mens est:* « Che, escluso il doppio tassano, « in una prossima conferenza si faccia una tassa unica, tenendo conto, «oltre che della Bolla Innocenziana, delle prescrizioni del *Codice* e del « decreto di questa Sacra Congregazione, 10 giugno 1896; e che nell'im- « posizione delle tasse si osservi una certa discrezione ».

Quam resolutionem, referente postridie infrascripto S. C. Secretario, Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV approbare et confirmare dignatus est.

i. MORI, *Secretarius.*

II

GATANEN., PANORMITANO ET ALIARUM IN SICILIA

AD E.MUM P. D. CAIETANUM S. R. E. CARD. DE LAI, EPISCOPUM SABINEN., LEGATUM A LATERE SS.MI, LITTERAE RECOGNITIONIS CONCILII PLENARII SICULI.

Eminentissime ac Revme Domine Mi Obsme. — Quum Concilium plenarium Siculum, cui Eminentia Vestra tamquam Legatum a latere Sanctitatis Suae scite ac sollerter praefuit, ad felicem exitum, Deo favente, perductum fuerit anno MCMXX exeunte, idemque pro canonica revisione

ac recognitione iuxta praescriptum can. 291 § t Codicis iuris canonici ipsa Eminentia Vestra iudicio huius S. Congregationis Concilii submiserit, eiusdem Concilii plenarii acta et decreta ab Emis huius S. C. Patribus, diligenti quo par erat instituto examine, perpensa fuerunt; atque, nonnullis haud magni momenti tantummodo exceptis, non solum ad normam vigentis Codicis iuris canonici reperta et recognita sunt, sed etiam digna habita quae promeritis laudibus honestarentur. Opus quidem valde iaudandum et commendandum, quod Emi Archiepiscopi Catanensis et Panormitanus aliique Episcopi et Ordinarii Siciliae, Eminentia Vestra praeside, primi inter omnes post ecclesiasticum promulgatum Codicem alacri libentique animo aggressi sunt, quodque constitutionibus, quae fidei catholicae provehendae, morum disciplinae firmandae, cultui divino augendo bonisque ecclesiasticis tuendis, quam maxime conferunt, salutis animarum zelo non minus ac sacrorum canonum peritia perfecerunt. Faxit itaque Deus omnipotens ut acta et decreta huius Concilii plenarii, quae peculiaribus Siciliae necessitatibus accommodata praeterea videntur, in maius cleri populique ipsius regionis bonum ac profectum sint cessura!

Quum vero haec Ssmus D. N. Benedictus div. Prov. Pp. XV, cui relata sunt, confirmare et approbare dignatus sit atque de iisdem vehementer sit gavisus, aequum sane est ut Eminentia Vestra memoratos sacrorum Antistites Siculos de omnibus certiores reddat, insimulque acta laudati Concilii plenarii Siculi, habita ratione animadversionum quae adnectuntur, ad normam can. 291 in vulgus edenda ac promulganda curet.

Dum interim Eminentiae Vestrae manus humillime deosculor, impenso animi studio et obsequio me profiteor

Eminentiae Vestrae

Datum Romae, die 9 maii 1921.

Humillimum addmum famulum verum

D. CARD. SBARRETTI, *Praef.*

SACEA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

1

DECRETUM

QUO CONGREGATIO MISSIONARIORUM IMM. CORDIS B. MARIAE VIRG. DE SCHEUT OBNOXIA FIT IURISDICTIONI S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE.

Quo expeditius Congregatio Religiosa Missionariorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis de Scheut ad fidem apud paganos populos propagandam instituta, finem suum consequi valeat, opportunum visum est ut idem Institutum obnoxium fiat, etiam in iis quae spectant ad internam religiosam disciplinam, iurisdictioni huius S. C. de Propaganda Fide.

Qua de re ab infrascripto eiusdem S. C. de Propaganda Fide Cardinali Praefecto, facta relatione Ssrño Dno Nostro Benedicto PP. XV, die 17 vertentis mensis, Sanctitas Sua, omnibus perpensis, benigne adnuit, ac praesens decretum edii ussit; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 18 martii 1921.

G. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

DECRETUM

E.MUS P. D. LUDOVICUS NAZARIUS CARD. BÉGIN, ARCHIEPISCOPUS QUEBECENSIS, PRAESES PRO CANADENSI DITIONE CONSTITUITUR PIAE UNIONIS CLERI A MISSIONIBUS.

Optimo sane consilio Canadensis nationis sollertissimi Antistites, desideriis Summi Pontificis, ut opera pro missionibus exteris magis magisque ubique foveantur, obsecundare cupientes, illud sibi curandum censuerunt ut Piae Unionis Cleri a Missionibus, quae in pluribus iam

nationibus uberrimorum fructuum foecunditate maxime floret, sodalitates instituerentur etiam in eadem Canadensi regione. -

Quapropter Sacra haec Congregatio Christiano Nomini Propagando, ut praedictae Piae Consociationis felicia sint exordia atque amplissima habeantur quam primum, in bonum missionum, incrementa, per praesens decretum Praesidem eiusdem generalem pro universa regione Canadensi Emum ac Rmum D. Card. Ludovicum Nazarium Bégin, Archiepiscopum Quebecensem, constituit atque nominat, cum omnibus iuribus ac privilegiis tali muneri adnexis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 31 martii 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius,*

III

DECRETUM

A VICARIATU APOSTOLICO LEOPOLDOPOLITANO PARS TERRITORII SEPARATUR ET PINITIMAE PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE MATADI ADIICITUR.

Cum Apostolica Praefectura de Matadi in colonia Congi Belgici decem fere abhinc annis erecta, laetos, favente Deo, progressus habuerit, opportunum visum est, eius territorium, nunc plus aequo angustum, ad maiorem amplitudinem extenderé, ut operariis evangelicis uberior et largior apostolicorum laborum campus pateret.

Quapropter in plenariis comitiis diei 23 vertentis mensis habitis Emi Patres huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando decernendum censuerunt ut pars septentrip-orientalis regionis de Mayomba a Vicariatu Apostolico Leopoldopolitano, ad quem nunc pertinet, separaretur atque praedictae Praefecturae Apostolicae de Matadi adnecteretur, ita ut memoratum Vicariatum et Praefecturam novus limes dividat, qui proficiscendo a flumine Congo intra Borna et Kionzo usque ad finem Congi Gallici procedat, salvis ulterioribus magis specificis determinationibus ab hac S. C. adprobandis.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam Ssmo D. N. Benedicto div. Prov. Pp. XV in audientia eiusdem diei et anni ab infrascripto Sacrae

huius Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua benigne adprobare ratamque habere dignata est, et praesens in re decretum expediri iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 31 maii anni 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

IV

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

26 maii 1921. — *Vicarius Apostolicus Galiforniae Inferioris in Mexico,* R. D. Silvinus Ramírez, e clero Mexicano.

— *Vicarius Apostolicus S. Leonis de Amazonis,* R. P. Söterns Redondo Herrero, ex Ordine Eremitarum S. Augustini.

V

DESIGNATIONES ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 3, Codicis iuris canonici:

Vicarius Apostolicus de Antofogasta designavit pro appellatione Archiepiscopum S. Iacobi de Chile.

Item Vicarius Apostolicus de Tarapacà eundem Archiepiscopum S. Iacobi de Chile.

Quas designationes Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, die 2 iunii 1921, adprobare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

MECHLINIEN, SEU MASSILIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE A IESU DELUIL-MAR-T1NY, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS FILIARUM CORDIS IESU.

Inter subsidia quibus providentissimus Deus Ecclesiam catholicam exaltat et roborat, illi Servi eius recensentur, viri ac mulieres, fortes et misericordes, quorum egregiae virtutes, in Dei gloriam et salutem animarum exercitae, fama et laude perenni celebrantur. Saeculo proxime elapso inter huiusmodi mulieres emicuit Maria a Iesu Deluil-Martiny, fundatrix Societatis Filiarum Cordis Iesu. Huius Instituti domus in loco *Berchem,* prope Antuerpiam, intra fines Mechliniensis archidioeceseos, ab ipsa pia muliere fuit exstructa, una cum adnexa ecclesia, quae, ipsi Sanctissimo Cordi Iesu dicata, Basilicae minoris titulo ac dignitate condecoratur. Massiliae, e coniugibus nobili genere et christiana pietate claris, Paulo advocato Deluil-Martiny et Anna Maria Francisca de Solliers, prima ex quinque filiis, die 28 maii 1841 ortum duxit infantula, cui in sacro baptismi lavacro imposita fuerunt nomina Maria, Carola, Philumena. Octennis in primo Màssiliensi coenobio Ordinis Visitationis Beatae Mariae Virginis instituenda collocatur, ibique parentum ac monialium votis et curis perfecte respondit atque optimum ingenii ac studii specimen dedit. Triennio post, die nempe 22 decembris anni 1852, ad mensam Eucharisticam admitti meruit, bene disposita ad hoc sacrum Convivium et valde propensa ad religionis et pietatis exercitia. Quum eius soror Amelia in Lugdunense monasterium Sororum a Sacro Corde Iesu deduceretur a parentibus, et ipsa petiit atque obtinuit aliquo tempore ibidem commorari ad suam institutionem prosequendam, quam post duos annos absolvit cum scientiae et virtutis profectu atque Sororum et aequalium aedificatione. Massiliam reversura, prius oppidum *Ars* petiit, vehementer cupiens sanctum parochum Ioannem Baptistam Vianney invisere, eiusque consilium de suo statu ad superna vocatione quaerere, audire et exsequi. Voti compos effecta sanctisque viri monitis recreata, in paternam domum regreditur, ubi, rei familiari addicta, dum paren-

tibus adiutricem operam praebet, fratrem et sorores, ipsa maior et magistra, custodit et instruit ad bonos mores congruasque disciplinas, eisque praelucet exemplo. Hisce occupationibus intenta, ob suas corporis animique dotes et progeniem atque cerisum, ad honestas nobilesque nuptias contrahendas videbatur destinata. Sed quum intimo sensu ad religiosam vitam amplectendam attraheretur, ab aliorum consilio, hortata et auctoritate secedens, orationi instabat, ut clara lux et tuta via ad voluntatem Dei exsequendam appareret. Insimul sancto studio et zelo instituere ac propagare sategit Opus quod ab excubiis ad honorem Christi Iesu *Garde d'honneur* nuncupatur. De huiusmodi fiorente associatione, Dei Famula per epistolam refert quod primo triennio Opus ita auctum et extensum fuit, ut plus quam septuaginta Episcopi eidem adscripti exstiterint et plures indulgentiae ad fovendam diffusionem elargitae. Praeterea erectiones canonicae in vigintiquinque dioecesibus et sodales nonaginta et octo millia enumerabantur, atque fructus salutares et consolatorii in permultis paroeciis et communitatibus religiosis percipiebantur. Unde ipsa relationem concludit: « Haec omnia testantur « Deum benedicere has Excubias honoris, ipsumque Cor Iesu earum« dem progressus dirigere ». Persentiens autem se ad statum religiosum vocari suaviterque trahi, alteri ex patribus Societatis Iesu, Ioanni Calage, rem aperuit, eiusque directioni et obedientiae se totam subiecit. Tunc temporis, nec ulli religiosae familiae nomen dedit, atque anceps adhuc exstitit de speciali sua vocatione et electione; promptum tamen et ala-r crem servavit animum ad caeleste lumen impetrandum et recipiendum. Anno autem 1867 in finem vergente, die festo Immaculatae Mariae Virginis Conceptioni sacro, superna quadam luce ac vi illustrata et mota, praehabito sui moderatoris consensu, perpetuae castitatis **Toto** se obstrinxit. Deinceps, divina voluntate magis in dies clarescente et ipso moderatore suadente, Dei Famula novum Opus instituendum sibi proposuit; ideoque Antuerpiam petiit, ut a Mechliniensi Archiepiscopo obedientiam reciperet. Opus erat fundatio instituti sororum virginum quae ad culpas a fidelibus, et ab iis praecipue qui sal terrae esse debent, Deo illatas reparandas, continua immolatione victimas caelesti Sponso se offerrent. Institutum feliciter exortum sub titulo: « Congregatio Filiarum Cordis « Iesu » ab eodem Archiepiscopo Mechliniensi auctoritate ordinaria fuit approbatum, die 9 decembris anni 1872. Prima eiusdem domus in pago *Berchem-les-Anvers* erecta fuit, altera in civitate Aquensi, tertia prope Massiliam in vico *La Servianne,* in quam Sorores Aquenses, ob religiosam persecutionem, anno 1882 se confugerunt. Deinde aliae domus, post obitum fundatricis, constitutae sunt, potissimum Romana quae

sedes ac domicilium princeps Instituti legitime recognoscitur. Definitiva regularum approbatio, superatis haud levibus obstaculis, ab Apostolica Sede felici successu obtenta et sancita est, die 2 februarii anni 1902. Ab Emo Archiepiscopo Mechliniensi novae Societati regendae praeposita fuit Dei Famula, reluctans simul et obediens, quae prudentiam et caritatem suam ostendit in negotiis temporalibus et spiritual libus Instituti expediendis, dum sodales ac filias suas ad regularum observantiam et ad vitae perfectionem tam verbo et exemplo quam timore et amore solerter excitabat. Contigit autem, ut Ludo vicus quidam Chave in Massiliensi domo ab anno 1883 in finem vergente ad agri culturam assumptus, ob eius socordiam et pertinaciam pluries dimitti deberet. Quum vero veniam peteret et emendationem promitteret, ex benigna indulgentia et tolerantia in auxilio cultoris viridarii retinebatur. Verum anno 1884 die 27 februarii ipse repentinus irrupit in agrum ubi Sorores post meridiem deambulabant et, duplici ictu globi ab ignea balista explosi, Mariam a Iesu antistitam crudeliter percussit et ob copiosam sanguinis effusionem ad imminens mortis periculum reduxit; dum furorem suum successive in assistentem generalem convertit eamque semimortuam relinquit. Confessarius Pater Calage statim accitus et occurrens, Dei Famulae morienti sacramenta ministravit, eique adstitit usque ad obitum, excipiens postrema victimae verba divinae voluntati perfectae submissionis et plenae homicidae criminis remissionis. Quae immolatio a fundatrice Deo oblata fuit etiam ad utilitatem et incrementum sui Operis et Instituti Filiarum Cordis Iesu. In ecclesia parochiali funere solemniter absoluto, cum ingenti concursu et devotione fidelium, corpus Servae Dei tumulatum fuit apud coemeterium S. Petri, in sepulcreto familiae Deluil-Martiny et die 11 novembris 1899 in novo sepulcreto Filiarum Cordis Iesu. Quum vero Communitates religiosae in Gallia suppressae fuissent, pretiosae exuviae Servae Dei in Belgium translatae et die 29 augusti anni 1907 rite recognitae et integrae repertae in oppido *Berchem,* sub umbra Basilicae Sanctissimi Cordi Iesu, in pace quiescunt. Interim fama sanctitatis, speciatim pietatis in Deum, caritatis in proximum, poenitentiae et satisfactionis reparatricis, Mariae a Iesu Deluil-Martiny, in vita et post obitum magis in dies ciarescens et perseverans ad haec usque tempora, viam aperuit Processui Informativo Mechliniensi, aliisque Rogatorialibus Inquisitionibus, Massiliensi, Taurinensi, Lugdunensi, super eadem fama conficiendis. Quibus expletis et Romam ad Sacram Rituum Congregationem transmissis, quum, servato iuris ordine, omnia in promptu sint, ut ad ulteriora procedi possit, instante Rmo P. Iulio Saubat, e presbyteris Sacri Cordis Iesu de Bethar-

ram, huius Causae postulatore, attentisque litteris, pro signatura Commissionis introductionis eiusdem Causae, postulatoriis Regalium Celsitudinum, Emorum S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Superiorum Ordinum, Congregationum ac Societatum utriusque sexus, praeeunte Instituto Filiarum Cordis Iesu, aliorumque illustrium virorum ac mulierum, Emus et Rfîius Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Collegii Decanus et huiusce Causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, fidei Promotore generali, omnibus diligenter discussis ac perpensis, rescribere rati sunt: *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 24 maii anno 1921.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae a Iesu Deluih-Martiny, fundatricis Congregationis Filiarum Cordis Iesu. Die 25, eisdem mense et anno.

* A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

COCINCINEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVAE DEI DAN SEU GTAN IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, INTEREMPTAE.

Medio saeculo elapso, in oppido Binh-Cang, provinciae meridionalis Khanh-hoa regni Annamitici, e regione Nha-Trang Cocincinae Orientalis, ex honestis et christianis coniugibus valde pauperibus, orta est Dei Famula Dan seu Gian, cuius obedientia, respectus et amor in

parentes non minus quam indoles suavis et fortis a testibus oculatis maxime laudantur. In impia et crudeli persecutione qua Tu-duc rex ab anno 1858 ad annum 1862 illam provinciam devastavi!, admirabilis apparuit ista puella, tunc tredecim annos agens, quae, in carcerem coniecta, ceteris concaptivis ipsiusque parentibus fidem catholicam deserentibus, mansit invicta et in sancta religione constans. Per duos annos et ultra tentata ut ab instituto descisceret, sed in religioso proposito firmissima, plura et longa sustinere debuit tormenta, carcerem, vincula, famem, opprobria et flagella, quae, semel aut bis in hebdomada novata et iterata, eius corpus effecerunt unam totamque plagam sanguinolentam vermibusque scatentem. Ethnicis atque amicis et parentibus, desertoribus apostasiam suadentibus, ipsa, forti et christiano more, respondebat se fidem Christo datam numquam esse deserturam. Quidam laicus christianus et christianorum loci de Cho-moi caput, una cum aliis eiusdem confessionis, admiratione et commiseratione obstupefactus, quaesivit a Dei Famula quomodo tot tantisque virgarum idibus, qui eius carnem dilaniabant, in tenera aetate, in fragili sexu et in corpúsculo aerumnis exhausto cruciatibusque debilitato posset resistere ? Puella Dan responsum dedit, se per assiduam orationem et Christi gratiam omnia sibi adversantia superare: haec verba illi suggerente eodem Sancto Spiritu qui in persona et per vocem Pauli Apostoli dixit: « Omnia possum in eo qui me confortât ». Oratio autem, quam Dei Ancilla eo tempore et certamine frequenter adhibebat et a *persecutione* nuncupabat, iuxta versionem gallicam textus originalis continet symbolum et actus Fidei, Spei et Caritatis in Deum unum et trinum, creatorem caeli et terrae et in Unigenitum Dei Filium Iesum Christum Redemptorem nostrum, cuius sanctissima merita et mysteria grato animo et prolata voce orans recolit et ab eo peccatorum remissionem plenamque misericordiam implorat. Tandem a divina Maiestate suppliciter efflagitat vim naturae et gratiae, firmumque robur in illo discrimine, ut, fidelis et constans usque ad mortem inventa et iudicata, hanc vitam brevem et amaram, apostasia nunquam contaminatam, cum sempiterna et beata commutet. Quod nec mora nec tarditas diutius distulit : puella enim omni supplicio excruciata, innocentem et religiosum spiritum reddidit Deo copiosa mercede in caelis eius merita remuneranti. Corpus autem Servae Dei, post exequias magno fidelium concursu et devotione rite celebratas, non statim dignum habuit sepulcrum, sed nonnullis post annis a sacerdote indigena Vân eius ossa collecta et coniuncta cum aliis octo heroum, qui in eadem persecutione occubuerant, in coemeterio de Cho-moi honorate sepulta sunt. Ex his erat Ioseph

Huu, cuius causa penes Sacram Rituum Congregationem nuper introducta est. Neque hic silentio praetereunda est divina ulti o in persecutorum castigationem. Praecipuus enim ac crudelis tyrannus, nomine An-Thuong, impio regi Antiocho in sacra Macchabaeorum historia descripto eomparatus, haud multo post, repentino gravique morbo perculsus, ob membra et viscera corrupta, putida ac verminosa, a familiaribus segregatus, mortem oppetiit ignominiosam. Eius corpus, etsi sericis pannis involutum et nobili solidaque capsa custoditum, cunctos tamen propinquos et extraneos odoris intolerabili foeditate depellebat. In navi depositum fuit, ut ad locum Hué deferretur et in sepulcreto familiae tumularetur, sed accidit, ut navis a portu discesserit, sed neque redierit, neque appulerit ad litus et locum destinatum : nam in medio mari naufragium fecit cum corpore defuncti ceterisque personis et rebus navigationis. Spectaculum, monitum et exemplum divinae indignationis et vindictae in impios et crudeles tyrannos ac persecutores verae religionis .et sanctae Ecclesiae! Interim fama sanctitatis et martyrii, magis in dies clara et per illam provinciam et regionem diffusa, excitavit Vicarium Apostolicum Cocincinae Orientalis ad Processum informativum super ea conficiendum, tum ad supplendam omissionem quae in praecedenti Processu evenerat super Causa Coreana et Cocincinensi Servorum Dei Simeonis Berneux, episcopi Capsensis et Vicarii Apostolici Coreae, Pauli Chau, eorumque Sociorum, quae iam introducta fuit, per decretum Sacrae Rituum Congregationis, die 13 novembris 1918, tum ad obtinendum, summario iuris ordine, aggregationem puellae Dan ceteris viginti heroibus Cocincinensibus, qui-ad praefatam Causam pertinent. Itaque, actis processualibus informativis, vigore decreti Sacrae Rituum Congregationis diei 6 martii 1920, in forma summaria et servata instructione Promotoris generalis fidei, in vicariatu apostolico Cocincinae Orientalis confectis et ad ipsam Sacram Congregationem transmissis, ex his documentis authenticis notitiae praemissae de ortu, vita et gestis Servae Dei desumptae sunt. Quum vero omnia in promptu sint ut ad ulteriora procedatur, instante Rmo P. Eugenio Garnier, Causae postulatore et universae Societatis Parisiensis missionum ad exteros vota depromente, attentisque litteris postulatoriis nonnullorum Emorum S. R. E. Cardinalium, Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Superiorum generalium Congregationis Missionis, Societatis Mariae, Presbyterorum sancti Sulpitii ac Moderatorum Seminarii Parisiensis missionum ad exteros, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Ianuarius Granito-Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanensis et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu,

subsignata die ad Vaticanas aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositis post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, fidei Promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis Causae beatificationis seu declarationis martyrii, si Sanctissimo placuerit.* Die 24 maii 1921.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis seu declarationis martyrii Servae Dei Dan seu Gian, in odium fidei ab idololatris, uti fertur, interemptae. Die 25, eisdem mense et anno.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

ROMANA

PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE PRIVILEGIUM DE MISSIS SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI EXTENDITUR.

Ad humillimas preces Rmi Capituli Vaticanae Basilicae Sancti Petri de Urbe, amplissimo Emi Dñi Cardinalis Archipresbyteri consensu communitas, et ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatas, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, eximiam antecessorum Pontificum munificentiam aemulatus et pietatem in Beatissimum Petrum Apostolorum Principem et Christi Vicarium, per quem pastorem ovium eiusque successores Pontifices et Sanctam Sedem Roma caput orbis effecta, religione divina latissime patet et praesidet, singulare privilegium ex litteris in forma Brevis datis 17 iunii 1836 et decreto S. R. C. diei 9 februarii 1838 elargitum Missae de Ss. Apostolis Petro et Paulo eidem Basilicae ad ipsorum Altare in

hypogeo erectum quod Maiori Pontificio Altari subest, propensa voluntate et Apostolica auctoritate ita moderari et amplificare dignatus est; nimirum :

I. Ut in Missis de Ss. Apostolis Petro et Paulo quae in supradicto Altari cryptae celebrantur, non solum eorum die festo et per octavam, sed etiam in aliis Missis, quae de die octava vi iulii ibi permittuntur toto anni tempore, exceptis diebus Epiphaniae, Dominica Palmarum, Maioris Hebdomadae, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes Ssmae Trinitatis, Ssmi Corporis Christi, Nativitatis D. N. I. C. et Assumptionis B. M. V., omnibus et singulis sacerdotibus celebrantibus liceat addere *Gloria* et *Credo.*

II. Ut privilegium huiusmodi Missae de Ss. Apostolis Petro et Paulo cum *Gloria* et *Credo* extendatur ad tria Altaria eiusdem Basilicae, nempe Cathedrae S. Petri Ap., Ss. Simonis et Iudae App. et Ss. Processi et Martiniani Mm., ita tamen ut eo frui valeant tantum: 1) Emi S. R. E. Cardinales ; 2) Archiepiscopi et Episcopi aliique Ordinarii locorum qui, iuxta canonum Codicis iuris canonici praescripta, ad Urbem, SS. Apostolorum Petri et Pauli sepulcra veneraturi, accedunt et Romano Pontifici se sistunt; 3) Sacerdotes peregrini in ecclesiastica dignitate constituti, et duces peregrinorum ad Basilicam visitandam turmatim confluentium et 4) Neopresbyteri intra quindecim dies a sacra ordinatione suscepta computandos.

III. Quod extensionis privilegium adhiberi poterit singulis anni diebus, exceptis tamen festis duplicibus I et II classis, Dominicis aliisque Festis de praecepto servandis, necnon Feriis, Vigiliis et Octavis I et II ordinis, quae sint ex privilegiatis. Servatis demum Rubricis aliisque servandis.

Praesenti decreto in perpetuum valituro. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Die 22 iunii 1921.

* A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. * S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM **ROMANAE CURIAE**

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 21 giugno 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Eoli e Rmi signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Andrea Uberto Fournet, Sacerdote secolare, Fondatore della Congregazione delle Figlie della Croce, dette volgarmente «Sorelle di S. Andrea ».

Martedì 28 giugno 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Particolare* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi signori Cardinali ed i Rmi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie :

1) intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia di Torino sopra tre miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Ven. Giuseppe Cafasso, Sacerdote secolare, direttore del Collegio Ecclesiastico di Torino;

2) intorno alla validità di tutti i Processi Apostolici ed Ordinari della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Filippina Duchesne, della Società delle Suore del Sacro Cuore di Gesù;

3) intorno alla validità di tutti i Processi Apostolici ed Ordinarii della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Bernarda Soubirous, delle Suore della Carità ed Istruzione Cristiana di Né vers;

4) intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Verona sopra la fama di santità in genere del Ven. Gaspare Bertoni, Sacerdote secolare, Fondatore della Congregazione dei Preti delle Sacre Stimmate di N. S. Gesù Cristo;

5) intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Aix sopra la fama di santità in genere della Serva di Dio Paolina Luisa De Pinczon, Fondatrice delia Congregazione delle Suore di Nostra Signora della grazia, dette di S. Tommaso di Villanova;

6) intorno alla validità dei tre Processi Apostolici costruiti, l'uno nella Curia di Arras, l'altro in quella di Parigi ed il terzo in quella di Bajona, sopra miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Serva di Dio Teresa del Bambin Gesù, delle Carmelitane scalze del Monastero di Lisieux;

7) intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII non mai prestato al Servo di Dio Andrea Filomeno Garcia Acosta, Laico professo dell'Ordine dei Frati Minori; e finalmente

8) intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Gioacchina De Vedruna De Mas, Fondatrice della Congregazione delle Suore Carmelitane della Carità.

DATARIA APOSTOLICA*

US. Padre, con Biglietto dell' Emo Suo Cardinale Datario, del 14 marzo 1921, si è benignamente degnato di nominare il Revmo Prof. P. M. Enrico Buonpensiere, 0. P., *Teologo della Dataria Apostolica.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

20 giugno 192Î. Il Rev. P. Luigi Copéré, della Società di Maria, *Consultore della S. Congregazione Concistoriale.*

24 » » L'Errio sig. Card. Aidano Gasquet, *Protettore delle Suore dei Sacri Cuori di Gesù e Maria, di Chigweil.*

25 » » Monsig. Pietro FumasonirBiondi, Arcivescovo tit. di Dioclea e Segretario della S. Congregazione di Propaganda Fide, e Monsig. Giuseppe Pizzardo, Sostituto della Segreteria di Stato, *Consultori della Suprema S. Congregazione del S. Offizio.*

26 » » L'Emo sig. Card. Camillo Laurenti, *Protettore della Società delle Missioni Africane di Lione.*

28 » » Monsig. Francesco Borgongini-Duca, *Pro-Segretario della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

5 luglio » *V* Emo sig. Card. Giovanni Tacci, *Protettore delle Suore delle Scuole Cristiane della Misericordia di Saint-Sauveur-le-Vicomte (Coutances).*

> » » Il Rev. P. Giacomo Garcia, dell'Ordine degli Agostiniani, *Consultore della S. Congregazione dei Sacramenti.*

* Da sostituire al relativo tratto della pag. 276.

COD, Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

1 giugno 1921. Monsig. Giuseppe di Biase, della diocesi di Boiano.
6 » » Monsig. Amedeo Bussi, della diocesi di Tivoli.
7 » » Monsig. Carlo Parozzi, della diocesi di Massa Carrara.
9 » » Monsig. Giuseppe M. da Cruz Simeäo, dell'archidiocesi di Evora.
j(5 » » Monsig. Francesco Hilber, della diocesi di Bressanone.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

fi Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 aprile 1921. Al sig. Ernesto Cartiaux, della diocesi di Namur.
15 » » Al sig. Nicola Perrano, della diocesi di Chiavari.
18 » » Al sig. dott. Carlo Carletti, di Roma.
21 »- » Al sig. Bernardo Me. Poland, della diocesi di Liverpool.
22 giugno » Al sig. Enrico Kuijpers, della diocesi di Harlem.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 giugno 1921. Al sig. cav. Vincenzo Antonelli, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 giugno 1921. Al sig. Francesco Quadrani, di Roma.
15 » » Al sig. Giovanni Daverio, dell'archidiocesi di Milano.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

19 ottobre 1920. Monsig. Emeterio Arratia, Pro-Vicario generale Castrense ' della Repubblica del Chili.
2 giugno 1921. Monsig. Emilio'Valeri, della diocesi di Tivoli.

11 giugno 1921. Monsig. Guido Poletti, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Amedeo Bernardini, di Roma.
» » » Monsig. Giuseppe Massari-Elia, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Monsig. Giuseppe Mutschlechner, della dioc. di Bressanone.
» » » Monsig. Francesco Tschann, della medesima diocesi.
23 » » Monsig. Pietro Weber, della diocesi di Treviri.
» » » Monsig. Giulio Chiavom* (Roma).
» » > Monsig. Costantino Aiuti (Roma).

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

6 maggio 1921. Il sig. barone Camillo de Warenghien, dell'archidiocesi di Parigi.
11 giugno » Il sig. comm. Domenico Silvestri, dell'archid. di Perugia.
» » » Il sig. conte Fabio Carducci Artenisio, dell'archidiocesi di Taranto.
» » » Il sig. Luigi M. Gabello Lapiedra, della diocesi di Madrid.
» » » Il sig. conte Bandino Ugurgieri della Berardenga, dell'archidiocesi di Siena.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

11 giugno 1921. Il sig. cav. Francesco Zonghi Lotti, della dioc. di Fabriano.
» » » Il sig. Leone Klecki, dell'archidiocesi di Varsavia.
» » » 11 sig. Tullio Gualdi, di Roma.

NECROLOGIO

17 giugno 1921. Monsig. Gaetano Pizzi, Vescovo di S. Severo.
18 » » Monsig. Anselmo Evangelista Sansoni, Vescovo di Cefalù.

Attnus XIII - Vol. XIII 1 Augusti 1921 Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PR XV

CHIROGRAPHUS

EXHIBENS ET INDULGENTIIS D1TANS PRECULAM AD IMPETRANDAM ITALORUM GENTI PAGIS ET CONCORDIAE RECONCILIATIONEM.

PREGHIERA

O Dio di bontà e di perdono, col cuore trafitto ci stringiamo intorno ai vostri altari ed imploriamo misericordia.

Dopo gli orrori della guerra, il flagello più grande è quest'odio feroce per cui gli uomini di una stessa famiglia s'inseguono e si uccidono per fazioni di parte. La terra, in cui più ha sorriso la pietà cristiana e che è stata la culla di ogni gentilezza, sta per divenire un campo cruento di lotte civili.

Misericordia, o Signore! Voi, che avete rivelato nella legge nuova il perdono delle offese e l'amore dei nemici, fate che si riabbraccino coloro che non sono nemici ma fratelli; fate che, deposte le armi che sanguinano, tutti possano ripetere nella dolce lingua comune la preghiera che ci avete insegnato: *Padre nostro, che sei ne' cieli,* e che, vedendo il vostro Figlio aprire il cuore e le braccia ai suoi crocifissori, sentano inondarsi l'anima della carità più viva per ripetere con umile confidenza : *Rimetti a noi i nostri débiti, come noi U rimettiamo ai nostri debitori.*

Vergine Immacolata, Regina dei cuori, scendete in mezzo ai vostri figli e fate sentire la vostra voce di Madre: Voi sola potete, con la

vostra intercessione, riconciliarli con Dio e riconciliarli tra loro: Voi sola potete far loro gustare la dolcezza di quella pace, che è preludio della vita eterna, e così sia.

Concediamo a tutti i fedeli, per ogni volta che reciteranno la presente preghiera, l'indulgensa di 300 giorni, e a quelli che l'avranno recitata ogni giorno, la plenaria una volta al mese alle consuete condizioni.

Dal Vaticano, nel giorno del Nostro onomastico, 25 luglio 1921.

BENEDICTUS PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MONTESERRATO FLUMINIS IANUARII

PRAELATURA NULLIUS DE RIO BRANCO ABBATIAE BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MONTESERRATO FLUMINIS IANUARII AGGREGATUR.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontifices praedecessores Nostri precibus a Sancti Benedicti Ordine sibi delatis benignas semper porrexerunt aures, cum pro certo haberent monachorum Benedictinorum optata et Ecclesiae gloriae et civilis societatis bono profutura.

Cum autem Administrator Apostolicus Congregationis Brasiliensis Ordinis Sancti Benedicti, ab hac Apostolica Sede nuper postulasset ut praelatura *nullius* de Rio Branco tribueretur abbatiae Beatae Mariae Virginis de Monteserrato in civitate Fluminis Ianuarii, ita ut Abbas pro tempore eiusdem abbatiae administrationem memoratae praelaturae susciperet, quin ad ibidem residendum obstringeretur, ea tamen lege ut per Vicarium aliosque idoneos religiosos viros illius loci regimen et curam animarum assumeret, Nos, praedecessorum Nostrorum vestigiis

inhaerentes, rebus omnibus mature perpensis et attento favorabili voto Apostolici Nuntii in Brasiliana ditione ac Abbatis Primatis Ordinis Sancti Benedicti, oblatis precibus annuendum „censuimus.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, praelaturam, seu territorium *nullius* de Rio Branco nuncupatum, cum omnibus et singulis ibi exsistentibus et commorantibus, abbatiae Beatae Mariae Virginis de Monteserrato Fluminis Ianuarii aggregamus et addicimus.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere; et si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem, in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eique tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere eidem imposito infra sex menses, a data praesentium Litterarum computandos, ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Non obstantibus regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur, in iudicio et extra illud, eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce Litteris Nostris aggregationis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae statuta sunt infringere vel eis ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare

praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die decima tertia mensis maii, Pontificatus Nostri anno septimo.

* C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XXIII, n. 31.

LITTERAE APOSTOLICAE

1

ÒPERA APOSTOLICA A IESU CHRISTO OPERARIO, GENEVAE INSTITUTA, ERIGITUR IN PERPETUUM IN PRIMARIAM SIVE CENTRALEM, CUM FACULTATE AGGREGANDI EIUSDEM NOMfNIS SOCIETATES UBIQUE TERRARUM.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum usu institutoque receptum est ut piae societates ad pietatis et caritatis opera exercenda institutae, quo propositum sibi finem uberius consequi valeant, singularibus decorentur honoribus et privilegiis opportunis muniantur. Iam vero perspectum .Nobis est frugiferas has inter societates merito accensendam esse illam a dilecto filio Iulio Schuh, presbytero parocho, fundatam in curiali aede ad Sanctae Clotildis, Genevensis urbis, sub titulo « Operae apostolicae a Iesu Christo Operario ». Hoc pium opus, anno MCMXVI, probante Ordinario, conditum est pro salute et sanctificatione operariorum curanda et provehenda potissimum per merita et exempla absconditae vitae D. N. Iesu Christi in oppido Nazareth. Nosque, quibus nihil antiquius est, quam ut opificum, qui manuum labore victum sibi comparant, etiam spiritualibus necessitatibus consultum sit, operis eiusdem coeptis favendum ultro existimavimus. Idcirco non sine laetitia comperimus apostolicam ipsam Ope-

iram, a pluribus Episcopis amplissimis verbis laudatam, brevi in universam Europam sese effudisse et longinquas quoque Americae regiones pervasisse; cumque in praesens Moderator dictae Operae enixis Nos precibus flagitaverit,"ut ipsam ad Primariae gradum evehere dignemur, Nos votis bis annuendum libenti quidem animo censuimus. Quare, omni-» bus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro Tridentini Concilii decretis interpretandis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, Operam apostolicam a Iesu Christo Operario, canonice institutam in ecclesia paroeciali ad Sanctae Clotildis in urbe Genevensi, in Primariam sive Centralem cum consuetis privilegiis, perpetuum in modum, erigimus atque instituimus. Operae autem enunciatae, sic in Primariam sive Centralem, per Nos erectae Moderatori atque officialibus hodiernis ac futuris, Apostolica pariter auctoritate, largimur ut ipsi, servata forma constitutionis rec. mem. Clementis Pp. VIII Nostri praedecessoris, aliisque Apostolicis ordinationibus desuper editis, alia eiusdem nominis atque instituti opera ubique terrarum, tam erecta quam erigenda, sibi aggregare possint et cum illis communicare valeant indulgentias et spirituales gratias omnes et singulas, eidem apostolicae Operae ab hac Sede concessas, quae tamen cum aliis communicari queant.

Decernentes praesentes Literas firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, eidemque Operae apostolicae, sic in Primariam seu Centralem per Nos erectae, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus, licet speciali atque individuali mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

^ERIGITUR NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE TIERRADENTRO », IN COLUMBIA, PARTE TERRITORII DISTRACTA EX ARCHIDIOECESI POPAYANENSI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Cum in archidioecesi Popayanensi, Reipublicae Columbianae in America meridionali, pars vulgo *Tierradentro* nuncupata ac sodalibus Congregationis Missionis ad populos indigenas spirituali ope destitutos excolendos commissa, peculiari indigeat itemque sollicita cura, ut suscepti iam fructus augeantur feliciter, opportunum visum est consilium eandem praedictae archidioecesis partem in distinctam missionem erigere. Quare, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infrascripta sunt statuenda existimavimus. Nimirum Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, ab archidioecesi Popayanensi territorium de *Tierradentro* nuncupatum separamus sive distrahimus; atque in eo independentem erigimus Apostolicam Praefecturam, quam *de Tierradentro* appellari volumus, quamque sodalibus Congregationis Missionis commissam permanere edicimus. Novae autem Praefecturae confinia haec sunto: ducendo initium a confluvio fluminis *Paez* cum *Rio Negro de Narvaez* (apud 2° 44' latitudinis borealis et I°28' longitudinis occidentalis a meridiano de Bogota) limes cursum huius fluminis sequatur, usque eo ubi septentrionalis pars incipit montium quibus nomen *Cordillera Central:* hinc, per hanc lineam montium, limes ad austrum dirigatur, usque ad punctum ubi Cordillera Centralis dirimitur ab ea quae orientem versus procedit; inde confinia sectentur montium seriem qui divortium aquarum constituunt inter annuentes fluminis de Piata et afluientes fluminis Paez (2° 3' latitudinis borealis et 3° longitudinis occidentalis) atque per hanc montium catenam limes procedat usque ad scaturigines torrentis *Quebrada de Buenos aires; inde* per cursum eiusdem torrentis procedat usque ad eius confluvium in flumen Paez exindeque cursum huius fluminis descendat usque ad eius ostium in Rio Negro de Narvaez, unde initium est ductum.

Haec praecipimus et statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, tuosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos per-

tinent, sive pertinere poterunt, nunc et pro tempore amplissime suffragari; sicque rite-iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc «tinane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII maii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

ECCLESIA SANCTI DOMINICI, VULGO « MAGGIORE », NEAPOLI EXSTANS, TITULO ET HONORIBUS BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam.— Vetustissima ecclesia cum adnexo coenobio Ordinis Praedicatorum Neapoli erecta in honorem sancti Patriarchae Dominici Confessoris, a decessore nostro Alexandro Pp. IV primum consecrata, molis amplitudine praestans simulque egregiis artis operibus et Regum nobiliumque familiarum mausolaeis decora, iure meritoque inter sacras aedes ad Ordinem Praedicatorum pertinentes excellit. Frequens eiusdem Ordinis familia, tum chorali officio, tum Missa conventuali, tum sacris ritibus et pompis in eodem templo divini cultus decori piissime consulit. Insignes ibidem relliquiae antiqua populi christiani religione asservantur; duo praesertim corpora, alterum sancti Tarcisii Martyris Christi sive Ssmae Eucharistiae, alterum beati Raymundi a Gapua Confessoris, nec non brachium divi Thomae Aquinatis Confessoris et Ecclesiae Doctoris, qui plures per annos continenti in coenobio et in cella, dein in sacellum conversa, commoratus est, sifisque confratribus pretiosa suae doctrinae et sanctimoniae pignora reliquit, ipsumque Ssmum Crucifixum, qui eum prodigiose alloquutus est. Hisce perpensis, cum dilecti filii Dominicus Ruggiero, religiosae provinciae Neapolitanae Praepositus, et Pius Ciuti, coenobiticae familiae Prior, suorum quoque sodalium ferventia vota depromentes, ad perennandam etiam memoriam septimi centenarii a beato transitu sancti Patriarchae fundatoris Ordinis Praedicatorum atque enunciatae ecclesiae titularis, Nos suppliciter deprecati sint ut praefatam sacram aedem titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestare dignaremur, hasque preces cumulet et ornet tum Archie-

piscopi Neapolitani, tum Procuratoris generalis Ordinis Praedicatorum gravissimum suffragium, votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam Sancti Dominici, vulgo « San Domenico Maggiore » nuncupatam, in civitate Neapolitana erectam, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus, cum omnibus et singulis honorificentiis et privilegiis quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Literas Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xjrv maii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status,*

IV

VICARIATUS APOSTOLICUS SAHARENSIS IN DUPLICEM VICARIATUM DE BAMAKO ET DE OUAGHADOUGOU, UTERQUE IN SUDAN GALLICO, DIVIDITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex officio supremi Apostolatus, quo divinitus in terris fungimur, in omnes catholici orbis regiones oculos mentis Nostrae convertimus et quae christiano nomini provehendo aeternaeque fidelium saluti procurandae conducant, sollicito quidem studio decernere satagimus. Iamvero cum dilectus filius Leo Livinhac, Superior generalis Societatis Missionariorum Africae, quibus spiritualis cura Vicariatus Apostolici Saharensis commissa est, instanter Nos flagitaverit, ut idem Vicariatus, magnitudine amplissimus et ob locorum distantias imperviasque semitas nimis difficilis, in duplicem missionem divideretur, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis mature perpensis, ut, aucto pastorum numero, gregis dominici securitate satius

consultum sit, praelaudata Superioris generalis vota benigne excipienda existimavimus. Quae cum ita sint, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, Vicariatum Saharensem in duas distinctas regiones dividentes, per lineam quae incipiendo a septentrionali parte a meridiano quinto ad occidentem Lutetiae Parisiorum, prosequitur usque ad lacus, qui ad meridiem fluminis *Niger* et civitatis *Tombouctou* sunt, et ab hoc loco, a limite administrativo civili *Bandiagara, Dedougou* et *Bobodioulasso,* decernimus ut territorium ad occidentem praedictae lineae constituat novum Vicariatum Apostolicum « de Bamako in Sudan Gallico » appellandum, territorium vero ad orientem ipsius lineae constituat alium novum Vicariatum Apostolicum « de Ouaghadougou in Sudan Gallico » ^nominandum, inclusis tamen in hoc secundo Vicariatu territoriis trium provinciarum civilis administrationis de Bandiagara, Dedougou et Bobodioulasso. Utrumque autem Vicariatum curis committimus Instituti Missionariorum Africae.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant vel spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n iulii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD R. P. BEDAM JARRETT, O. P., PRAEPOSITUM ANGLIAE PROVINCIAE, DE NOVO SODALIUM ORDINIS ET STUDIORUM DOMICILIO OXONIAE PROPEDIEM EXCITANDO GRATULATUR

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Aedificandi novi Oxoniensis monasterii, quod in veteris memoriam spemque fructuum dudum cogitas, iam te prope esse in limine non mediocri cum laetitia accepimus. Ad Angliae enim populos praecipua quadam caritate ac desiderio respicimus et ea est dominicana familia, quae ad conciliandos catholicae veritati animos possit plurimum simul exemplo

disciplinae sanctae, simul studio divinae gloriae. Amplissimique utilitatis facis spem spedando in nova domo non perfectionem solum religiosae vitae, qua dominicani sodales *Christi bonus odor sint,* sed etiam eorum operam agitationemque proximis fructuosiorem excolendis vulgandisque humanis divinisque doctrinis. Hoc proposito consilium iniisti addendi monasterio scholas, in quibus cum domesticis tum externis auditoribus tradantur, principio quidem, philosophia ac theologia, Aquinate, ut sollemne vobis est, duce; tum dein, cum facultas tulerit, ea varietas et copia disciplinarum, quibus parva initia in magnam efflorescant studiorum universitatem.

Quid postulent tempora, quid a religiosis viris, nunc maxime, Ecclesia desideret, ©ptime nosti. Et est cur confidamus, te auspice, vetus illud pietatis doctrinaeque domicilium, quod Oxoniae flebilium casuum vis iamdiu sustulit, esse brevi ad vitam revocandum et ad decus pristinum, magno cum emolumento Ecclesiae ac civitatis. Bonum interim omen vel ex hoc sumere licet quod, ut nuntiatum est, novae domus excitandae initium incidet die xv proximi augusti; quae dies, sacra Virgini, in caelum assumptae, septem abhinc saecula, dominicanis sodalibus initium fuit Oxoniensis commorationis.

Nos, ut par erat, et gratulati tibi iam animo sumus operis consilium, cum illud significatum primum Nobis est, et hisce nunc litteris iterum vehementiusque gratulamur opus idem iam prope effectum reddendum, probantibus, imo etiam hortantibus civibus ex omni ordine iisque liberalitate praeeuntibus non exigua. Libet his omnibus testari benevolentiam Nostram, laudes impertiri, auctores esse ut coepta optima omni studio prosequantur. Et ut coepta eadem felicem ad exitum deducantur, tibi, dilecte fili, viris illis quos supra memoravimus, religiosis sodalibus tuis iisque omnibus qui operi auspicando intererunt, caelestium conciliatricem munerum, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x iunii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

CIRCA PROPONENDOS AD EPISCOPALE MINISTERIUM IN MEXICANA REPUBLICA

Quo expeditiori utiliorique Ecclesiarum vacantium provisioni consuleretur, Mexicanae Reipublicae Ordinarii nuper ab Apostolica Sede petierunt, ut, quae de eligendis Episcopis in Canadensi dominio et Terrae Novae insulis statuta sunt, ad ipsorum quoque Ecclesiam extenderentur. Quorum vota benigne excipiens SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV, hoc consistoriali decreto quae sequuntur, hac super re, praescribit.

1. Pro proponendis sacerdotibus ad episcopale ministerium idoneis ac dignis, conventus Episcoporum fiet singulis trienniis aut saltem singulis quinquenniis, tempore infra assignato.

2. Conventus erunt provinciales, hoc est, omnes et singuli Ordinarii dioecesium uniuscuiusque provinciae convenient simul, nisi forte pro aliquibus provinciis paucas dioeceses complectentibus duas provincias simul convenire decernatur: quod quidem iidem Episcopi proponere poterunt.

3. Vicarii vero Apostolici, si tempus et negotia permiserint, conventibus Episcoporum provinciae suae interesse curabunt, iisdem cum iuribus ac ceteri.

4 *Quolibet triennio* aut *quinquennio,* ut supra dictum est, sub initium Quadragesimae, incipiendo ab anno 1922, omnes et singuli Episcopi Metropolitano suo vel seniori Archiepiscopo (si duae ecclesiasticae provinciae simul conveniant) sacerdotum nomina iudicabunt, quos dignos episcopali ministerio existimabunt. Nil autem vetat quominus, hos inter, alterius etiam dioecesis vel provinciae sacerdotes proponantur; *sub gravi* tamen exigitur, ut, qui proponitur, personaliter et ex diuturna conversatione a proponente cognoscatur.

5. Una cum nomine, aetatem quoque designabunt candidati, eius originis et actualis commorationis locum, et officium quo principaliter fungitur.

6. Antequam determinent quos proponant, tam Archiepiscopi quam Episcopi poterunt a viris ecclesiasticis prudentibus necessarias notitias inquirere, ita tamen ut finis huius inquisitionis omnino lateat. Notitias vero quas receperint nemini patefacient, nisi forte in Episcoporum conventu, de quo inferius.

7. Nomina quae Episcopi iuxta art. 4um proponent, nemini prorsus aperiant, nisi Metropolitano suo vel seniori Archiepiscopo.

8. Metropolitanus vel senior Archiepiscopus habitis a ceteris Praesulibus candidatorum nominibus sua adiiciat: omnium indicem ordine alphabetico conficiat, et, reticitis proponentibus, hanc notulam transmittat singulis suis Suffraganeis sive Antistitibus, ut hi opportunas investigationes peragere valeant de qualitatibus eorum quos personaliter et certa scientia non cognoscant.

9. Investigationes huiusmodi, earumque causa, maxima secreti cautela peragendae erunt, ut supra, num. **6,** dictum est. Quod si Episcopus vereatur rem palam evasuram, ab ulterioribus inquisitionibus abstineat.

.10. Post Pascha, die et loco a Metropolitano vel a seniore Archiepiscopo determinandis, quae coincidere poterunt etiam cum loco et diebus assignatis pro ordinariis conferentiis episcopalibus, omnes Episcopi convenient ad seligendos eos qui S. Sedi pro episcopali ministerio proponi debeant. Convenient autem absque ulla solemnitate, quasi ad familiarem congressum, ut attentio quaelibet, praesertim diariorum et ephemeridum, et omne curiositate studium vitentur.

11. In conventu, invocato divino auxilio, praestandum erit a singulis, Archiepiscopo non excepto, tactis SS. Evangeliis, iusiurandum de secreto servando, ut sacratius fiat vinculum quo omnes adstringuntur: post hoc regulae ad electionem faciendam legendae erunt.

12. Deinde unus ex Episcopis praesentibus in secretarium eligetur.

13. His peractis, ad disceptationem Praesules venient, ut, inter tot exhibitos, digniores et aptiores seligant, id tamen veluti Christo praesente fiet et sub Eius^obtutu, omni humana consideratione postposita, cum discretione et caritate, supremo Ecclesiae bono divinaque gloria et animarum salute unice ob oculos habitis.

14. Candidati maturae, sed non nimium provectae aetatis esse debent; prudentia praediti in agendis, quae sit ex ministeriorum exercitio comprobata; sanissima et non communi doctrina exornati, quae cum debita erga Apostolicam Sedem devotione coniungatur; maxime vero sint honestate

vitae et pietate insignes. Attendendum insuper erit ad capacitatem candidati quoad temporalem bonorum administrationem, ad conditionem eius familiarem, necnon ad eius indolem et valetudinem. Uno verbo, videndum utrum omnibus iis qualitatibus polleat, quae in optimo pastore requiruntur, ut cum fructu et aedificatione populum Dei regere queat.

15. Discussione peracta, fiet hac ratione scrutinium:

••*a)* Qui omnium Episcoporum sententia, quavis demum de causa, visi fuerint in disceptatione ex numero proponendorum expungendi, ii in suffragium non vocabuntur; de ceteris, *etiam probatissimis,* suffragium feretur.

b) Candidati singuli ordine alphabetico ad suffragium proponentur: suffragia secreta erunt.

c) Episcopi omnes, Metropolitano non excepto, pro singulis candidatis tribus utentur taxillis seu calculis, albo scilicet, nigro, tertioque alterius cuiuscumque coloris: primum ad approbandum, alterum ad reprobandum, tertium ad abstensionem indicandam.

..ii)-Singuli Antistites, praeeunte Archiepiscopo, in urna ad hunc finem disposita taxillum déponent, quo dignum, *coram Deo et graviter onerata conscientia,* sacerdotem aestimarunt qui in suffragium vocatur : reliquos taxillos binos in urna alia, pariter secreto, déponent.

e) Suffragiis expletis, Archiepiscopus,_adstante Episcopo secretario, taxillos et eorum speciem coram omnibus numerabit,scriptoque adnotabit.

16. Scrutinio de omnibus peracto, liberum erit Episcopis, si id ipsis placeat, aut aliquis eorum postulet, ut inter approbatos plenis aut paribus suffragiis novo scrutinio designetur quinam sit praeferendus. Ad hunc finem singuli suffragatores nomen praeferendi in schedula adnotabunt, eamque in urna déponent: schedularum autem examen fiet, ut supra num. 15, litt. e, decernitur.

17. Quamvis vero Summus Pontifex sibi reservet, dioecesi vel archidioecesi aliqua vacante, per Delegatum Apostolicum, aliove modo, opportuna consilia ab Episcopis vel Archiepiscopis requirere, ut personam eligat quae inter approbatas magis idonea videatur dioecesi illi regendae; nihilominus fas erit Episcopis in eodem conventu indicare, generali saltem ratione, cuinam dioecesi hunc aliumve candidatum magis idoneum censeant; ex. gr. utrum exiguae, ordinatae ac tranquillae dioecesi, an maioris vel difficilioris momenti, vel in qua plura sint ordinanda aut creanda; utrum dioecesi mitioris aëris et facilis commeatus, et alia huiusmodi.

18. Episcopus a secretis, discussione durante, diligenter adnotabit quae de singulis candidatis a singulis suffragatoribus exponentur, quaenam discussionis fuerit conclusio; quinam tum in primo scrutinio

tum in secundo (si fiat) fuerit exitus, et quidnam specialius iuxta art. 17 fuerit dictum.

19. Antistites a conventu ne discedant, antequam ab Episcopo secretario lecta fuerit relatio ab eodem confecta circa nomina proposita, candidatorum qualitates et obtenta suffragia, eamque probaverint.

20. Actorum exemplar ab Archiepiscopo, a Praesule a secretis et a ceteris Episcopis praesentibus subsignatum, quam tutissime ad Sacram hanc Congregationem per Delegatum Apostolicum mittetur. Acta vero ipsa penes Archiepiscopum in archivo secretissimo S. Officii servabuntur, destruenda tamen post annum, vel etiam prius, si periculum violationis secreti immineat.

21.JDenique, fas semper erit Episcopis, tum occasione propositionis candidati tum vacationis alicuius sedis, praesertim maioris momenti, litteras Sacrae huic Congregationi vel ipsi SSmo Domino conscribere,, quibus mentem suam circa personarum qualitates sive absolute, sive relate ad provisionem dictae sedis, patefaciant.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 aprilis 1921.

'Çg C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. |J| S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

II

INSULENSIS ET ATREBATENSIS

DE COMMUTATIONE PARTICULAE TERRITORII IN CONFINIIS DIOECESUM

DECRETUM

Postulantibus Episcopis Insulensi et Atrebatensi ut respectivis dioecesibus perpetuo aggregaretur quaedam territorii particula, quam inde ab anno 1809 parochus *de Fromelles,* modo Insulensis dioecesis, et parochus *de Fleurbaix,* Atrebatensis dioecesis, sibi invicem commutarunt in eaque usque ad praesens, consentientibus Ordinariis, curam animarum exercuerunt; Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV oblatis precibus annuendum esse censuit. Quamobrem de Apostolicae potestatis plenitudine ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, per praesens Consistoriale decretum statuit ut memorata territorii particula ita iam distracta cuique dioecesi Insulensi et Atrebatensi respective unita atque aggregata in perpetuum maneat. Atque ad haec exsecutioni mandanda deputavit R. P. D. Raphaë-

lem Quilliet, Episcopum Insulensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto eidem onere intra tres menses a data praesentium computandos, ad hanc S. G. mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Concistorialis, die 8 iulii 1921.

ffc C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas pastore providit, nimirum:

28 iunii 1921. — Cathedrali Ecclesiae Alexandrinae in Ontario praefecit R. P. D. Felicem Couturier, hactenus Episcopum titularem Myriophytensem.

8 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bullensi, R. D. Iulium Girard, Vicarium Apostolicum Deltae Nili.

— Titulari episcopali Ecclesiae Uticensi, R. D. Aemilium Fernandum Sauvant, Vicarium Apostolicum de Bamako in Sudan Gallico.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sitifensi, R. D. Ioannem Thevenoud, Vicarium. Apostolicum de Ouaghadougou in Sudan Gallico.

18 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Almeriensi, R. P. Bernardum Martínez Noval, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, Magistrum in sacra theologia.

22 iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sardicensi, R. D. Ernestum Filippi, deputatum in Delegatum Apostolicum in Republica Mexicana.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caesareensi, R. D. Antonium Micozzi, deputatum in suffraganeum Emi ac Revmi P. D. Caietani S. R. E. Card. De Lai, Episcopi Sabinensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hieropolitanae, R. D. Celsum Costantini, Administratorem Apostolicum civitatis *Fiume* et suburbiorum.

IV

DEPUTATIO IN AUXILIARIEM

Item Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV, decreto S. C. Consistorialis diei 22 iunii 1921, deputavit in *Auxiliarem* R. P. D. Crescentis Errázuriz y Valdivieso, Archiepiscopi Sancti iacobi de Chile, R. P. D. Raphaelem Edwards Salas, Episcopum titularem Dodonensem et Vicarium generalem castrensem Reipublicae Chilenae.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, Ssrnus Dnus Noster Benedictus PP. XV:

8 maii 1921. — Instituti Sororum a Sancto Ioseph nuncupati, cuius domus princeps Augustae Taurinorum sita est, *Constitutiones definitive approbavit.*

17 iulii. — Institutum Sororum vulgo « Missionarie Zelatrici dei Sacro Cuore » nuncupatum, cuius domus princeps in Urbe sita est, *laudavit.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

NOVA APPROBATIONE DEFINITIVE CONFIRMANTUR CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS FILIORUM SS. CORDIS IESU PRO AFRICANIS MISSIONIBUS, VERONAE INSTITUTAE.

Cum Jnstitutum opera illustris Praesulis Danielis Comboni olim Veronae pro Africanis Missionibus primum erectum ac postea in religiosam familiam anno 1885 adunatum sub nomine Congregationis Filiorum Ss. Cordis Iesu, uberes protulisset in missionibus sibi commissis salutis fructus atque tum alumnorum numero, tum regulari disciplina

floreat, opportunum visum est eius constitutiones, quamvis iam inde ab anno 1910 definitive adprobatas, ad tramitem Codicis iuris canonici nuper promulgati denuo expendere, ut eae inducerentur modificationes, quae praedicto Codici aptius responderent, atque ad finem praeclari Instituti melius conducerent.

Quapropter in plenaria Congregatione diei 20 decembris 1920 Emi Patres huius Sacri Consilii christiano nomini propagando, praefatis constitutionibus in examen adductis, easdem cum modificationibus in adnexo exemplari exhibitis nova approbatione confirmare definitive censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam Ssmo D. N. Benedicto Div. Prov. PP. XV in audientia diei 21 eiusdem mensis ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario relatam, eadem Sanctitas Sua adprobare ratamque habere dignata est, ac praesens hac super re decretum confici iussit.

Datum Romae ex aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 6 ianuarii, in festo Epiphaniae D. N. I. C, anno 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

DECRETUM

APPROBANTUR DEFINITIVE CONSTITUTIONES SOCIETATIS MISSIONARIORUM AFRICAE AD NORMAM CODICIS REVISAE.

Cum Societas missionariorum Africae ab Emo Cardinali Carolo Martiali Lavigerie ad fidem in Africa propagandam anno 1868 primitus fundata uberes protulisset salutis fructus, iam inde ab anno 1908 per decretum Sacrae huius Congregationis definitive suas constitutiones approbatas habuit.

Postremis autem annis actuosa eiusdem Instituti opera adeo impense in missionibus per Africani provehendis incubuit, ut novis erga Ecclesiam meritis fulserit. Ut igitur praedictae constitutiones, ad missionarios efformandos atque in bono continendos sapientissime excogitatae, ad Codicis iuris canonici nuper promulgati praescripta adamussim responderent, opportunum visum est nonnullas modificationes inducere* ut in aliis etiam Institutis passim factum est.

Quapropter in plenario horum Emorum Patrum conventu die 4 vertentis aprilis habito, res in examen adducta fuit, iidemque EE. PP. dictas constitutiones, cum modificationibus in adnexo exemplari exhibitis, nova ac definitiva approbatione confirmandas censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam Ssmo D. N. Benedicto Div. Prov. PP. XV ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario in audientia diei 11 eiusdem mensis relatam, Sanctitas Sua benigne approbare dignata est ac praesens ea super re decretum confici atque expediri iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 21 aprilis 1921.

Gr. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. ✠ S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

III

DECRETUM

INSTITUTUM A BETHLEHEM NUNCUPATUM PROPE « IMMENSEE », DIOECESIS CURIENSIS, IN SEMINARIUM HELVETICUM PRO EXTERIS MISSIONIBUS ERIGITUR.

Ut ad fidem per orbem latius propagandam etiam ex nobilissima Helvetiorum gente idonei missionarii mitti possint, opportunum visum est Institutum quod a Bethlehem nuncupatur in loco vulgo *Imrnensee,* dioecesis Curiae Rhaetorum exsistens, quod iam pluribus abhinc annis alumnis atque disciplina floret, in Seminarium Helveticum pro exteris missionibus erigere sub iurisdictione huius Sacrae Congregationis christiano nomini et fidei propagandae.

Quo quidem super consilio, cui Episcopi Curiensis aliorumque in Helvetia Antistitum sententia enixe favet, ab infrascripto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecto, facta relatione Sanctissimo Domino Nostro divina Providentia Papae Benedicto XV, in audientia diei 19 huius mensis, Sanctitas Sua rem magnopere adprobavit, praedictamque erectionem ratam habuit et confirmavit, atque praesens ea super re decretum edi iussit, una statuens ut praedictum Seminarium peculiari statuto ac legibus ab hac S. C. adprobandis, in futurum regatur.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 30 maii 1921.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

C. Laurenti, *Secretarius..*

IV

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

1 iunii 1921. — *Vicarius Apostolicus de Kuang-tong Occidentali et Hainan,* R. D. Augustus Gauthier, e Societate Parisiensi pro Exteris Missionibus.

28 iunii. — *Vicarius Apostolicus Deltae Nili,* R. D. Iulius Girard, e Societate Lugdunensi Missionum ad Afros.

5 iulii. — *Vicarius Apostolicus de Bamako in Sudan Gallico,* R. D. Aemilius Fernandus Sauvant, ex Instituto Missionariorum Africae.

— *Vicarius Apostolicus de Quaghadougou in Sudan Gallico,* R. D. Ioannes Thevenoud, ex eodem Instituto Missionariorum Africae.

10 iulii. — *Episcopus Coadiutor cum iure futurae successionis Archiepiscopi Calcuttensis in Indiis Orientalibus,* R. D. Ferdinandus Perier, e Societate Iesu.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

PICTAVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANDREAE HÜBERTI FOURNET, FUNDATORIS CONGREGATIONIS FILIARUM CRUCIS, VULGO SORORUM S. ANDREAE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Vixdum venerabilis Dei Servus Andreas Hubertus Fournet, operum non minus quam dierum plenus, anno millesimo octingentesimo trigesimo quarto, qui suae aetatis secundus supra octogesimum annus erat, a mortali hac statione recessit, quotquot praefatum pernoverant Dei

Pamulum sanctaeque eiusdem conversationis exstiterant testes, omnes heroicarum ab eo exercitarum virtutum perinsignes facti sunt praecones, ipsomet praeeunte Pictaviensis ecclesiae pastore. Nihilominus, cum, iam plenum abhinc decennium, eisdem super virtutibus inita fuit disceptatio, multis variisque eadem obnoxia facta est animadversionibus, quae exinde potissimum ducebantur, quod non solum e superiore vitae Servi Dei parte, quae priores triginta complectitur annos, aliquid adiumenti capere nequiret necessaria de virtutum heroicitate apparanda et accuranda probatio, verum et neque ad hoc satis fructuosum illud adinveniretur, quod quinquaginta circiter annorum, ad obitum usque, proxime subsecutum est reliquum vitae spatium, utpote quod aeque et ipsum neque defectibus vacuum maculisque omnino expers. Quae quidem semel oppositae quum urgerentur animadversiones grave in discrimen causam adducere sunt minitatae, donec ex angustiis, quibus versabatur, eam eripere, industri experrectaque sui Patroni opera, pro viribus connisi sunt actores; quodque acri adsiduoque studio proposuerant sibi, prospero assecuti sunt successu, ad quaedam capita scite apteque redigendo et colligando quaecumque illuc usque obiecta ex adverso fuerant ; ista siquidem numero multa, genere et gravitate disparia arduam sane planeque incommodam propositam reddiderant quaestionem.

In primis namque, singulae, per ista continentia capita, ex ordine resumuntur difficultates ; mox facta, unde obiiciendi prompta fuerat materies, naviter studioseque investigantur et perpenduntur, una cum peculiaribus suis adiunctis, prout reapse acciderunt; quemadmodum scilicet sacramenti religione obstricti maximique momenti oculari scientia persaepe instructi enarrarunt et descripserunt testes. Ita, positis prius certoque firmatis quae in facto consistunt, quonam in censu ipsa habenda essent facta, seu quanti existimanda essent quae, dum vixit, egit operatusque fuit venerabilis Dei Famulus, id probe addiscere iustaque lance pensitare ex eis necesse fuit, quae iuris sunt, quaeque interdum nonnisi sanae critices recteque disserendi praecepta exstiterunt, ut plurimum autem, principia et doctrinae, quorum ope de bonitate aut malitia actúe,[1] nec non de virtutum heroicitate deque diverso heroicitátis gradu discernere licuit atque diiudicare. Hanc complanatam satis simulque certam atque tutam ingressi emensique quum fuerint viam, quo constituerant sibi, eo advenisse dicendi sunt actores; quae namque sive in facto sive in iure, iuste copioseque prolata fuerunt in iudicio, eiusmodi profecto sunt aperteque se probant, quibus vir prudens aequusque rerum aestimator assentiri ferme cogitur eisque subscribere.

Constitit sane, si quid in priore aetatis suae periodo, quoad honestae vitae commoda, domesticae supellectilis instructum ^aliaque generis eiusdem, sibi indulgere visus fuerit venerabilis Andreas, hoc omne plene cumulateque redemisse illum atque expiasse vivendi agendique suimet ratione, quam iugiter costanterque eum postea servasse liquet in altero, - quod successit, vitae stadio, potiori quidem atque diuturniori, quum dimidium aequaverit saeculum. Illuc procul dubio illae spectarunt, maxime erga seipsum, austeritates, quibus, post suipsius, uti vocant, ad Deum conversionem, nimis deditus venerabilis Dei Famulus adparuit; eisque quin eximiarum virtutum, quibus ornatus ille fuit, apparatus, quemdam veluti per excessum, nonnihil detrimenti acciperet, inde potius maiorem ipse nactus est firmitatem atque pulchritudinem ; quandoquidem ita se gerens venerabilis Andreas, eo maius generosae virtutis sibi adeptus fuit meritum, quo ad semetipsum trahere sibique accommodare fuit sollicitus hoc tam sapiens tamque providum sancti Gregorii Magni monitum : « Per hoc ergo - *facite dignos fructus poenitentiae* - unius- « cuiusque conscientia convenitur, ut tanto maiora quaerat bonorum « operum lucra per poenitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per « culpam » *(Honiil. 20 in Evangel.).*

Neque ex eo quod universa, qua longe lateque patuit, series vitae Servi Dei non aeque renideat sanctitate, ullum sumere fas est, quod contra faciat, argumentum; idque si quis fortasse autumaret, hic profecto, quae proprie vereque sit virtus heroica, quibusque elementis constet et conficiatur, se probe non tenere ostenderet. Nam, si quando de Servis Dei praesertim agitur in ultima senectute defunctis, insigniter opinione sua falleretur, qui in praedictis Dei Famulis omnia heroica qualitate praedita vellet invenire; obstat enim, quod, una dumtaxat excepta beata Virgine Maria, augusta Dei Genitrice, quot sunt ex Adamo progeniti, nascendo, contrahunt peccatum, quodque, etsi sacro baptismate deletum, Stirpes tamen post se relinquit pravas atque distortas, infecto tamquam semine inclusas. Ex quo fit, ut, cum Servorum Dei perquirantur virtutes, eorum quidem integra pervestiganda erit vita singulaeque explorandae erunt actiones; ast, si de iis praecipue res est, qui grandiori obierint aetate, contentos esse oportet, si virtutum, quae ipsorum Dei Servorum conditioni seu statui consentaneae sunt, heroicus praesto sit solideque demonstretur ascensus, isque maxime nîtescat eo potissimum tempore, quod vitae fuit extremum, quin tamen, generali quadam norma, statui ac definiri queat, hoc extremum vitae tempus quot annorum ambitu comprehensum et circumscriptum esse debeat, sicut hanc magni momenti magnique ponderis quaestionem e

proposito expendit, eamque, suam interponens auctoritatem atque diuturnum, quem adquisierat, usum, dirimit absolvitque Benedictus XIV. Cunctis quippe, quae ad rem facere valuissent, in medium allatis, sententiae, quam professus non ita pridem fuerat, firmius adhaerescit, ab eaque se non discedere gravibus hisce declarat verbis: « A proposita « sententia non recedo, quae diuturnam exposcit quidem heroicitatem^ « absque ulla tamen temporis definitione: ideoque, ubi casus contingat, « unusquisque in causa suffragaturus, perpenso antecedentis vitae Servi « Dei cursu, videre debebit, an vel diuturni ratione temporis, quo heroice « vixit, vel ratione qualitatis actuum, quos breviori tempore exercuit, « ille inter heroas possit adscribi et inter sanctos in Ecclesia colendos « recenseri » (lib. III, cap. XXXIX, n. 5).

Quae sane omnia ad hanc transferre causam eique congruenter aptare idem profecto fuit atque facilem expeditamque causae ipsius efficere diiudicationem, quemadmodum in altera, quae anno elapso habita est, praeparatoria Congregatione dignosci potuit ita, ut ad ulteriora postmodum progredi licuerit, ad generalem nempe Congregationem, quae, die vigesima prima superioris mensis iunii, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV coacta fuit. Ih qua a Reverendissimo Cardinali Vincentio Vannutelli, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An constet de virtutibus theolo gatibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Bei Andreae Huberti Fournet, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque suffragia ediderunt, quae tamen Sanctissimus Dominus noster intento admodum persecutus quum fuisset animo, supremum iudicium Suum de more prorogandum duxit, praesidium et lumen a Patre luminum, fervidis interea communibusque fusis precibus, enixe exoraturus. Quum autem mentem Suam patefacere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam octavam post Pentecosten; ideoque, sacris Mysteriis devotissime celebratis, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi*

Dei Andreae Huberti Fournet, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.

Hoc Decretum publici iuris fieri, et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit sexto idus iulias anno MCMXXI.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

L, © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

/

II

DUBIUM

CIRCA MISSAM VOTIVAM SACRATISSIMI CORDIS IESU PRIMA FERIA VI MENSIS

Sacrorum Rituum Congregationi propositum est dubium: « An feria «sexta post Octavam Ascensionis, si iuxta Rubricas fiat Officium et « Missa de ea, et simul occurrat prima feria sexta mensis, celebrari « valeat una Missa Sacratissimo Cordis Iesu, tamquam votiva solemnis, « iis in ecclesiis in quibus mane peraguntur devota exercitia in hono- « rem eiusdem Sacratissimi Cordis Iesu? ».

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, re sedulo perpensa, ita rescribendum censuit:

« Attentis Rubricis Missalis nuper editi tit. II, n. 8, atque Decretis « S. R. C. 4084 Vallisvidonis diei 29 novembris 1901 et 4093 Romana « diei 26 martii 1902 ad 3, Missa in casu erit dicenda de feria sexta « post Octavam Ascensionis, quae aequiparatur Festo Christi Domini, « cum iisdem tamen privilegiis Missae votivae solemnis, cum cantu vel « lectae, de Sacratissimo Corde Iesu, pro re gravi, iuxta declarationem « seu Decretum S. R. C. 4271 Baionen, diei 8 iunii 1911, ad II ». Atque ita rescripsit ac declaravit.

Die 8 iulii 1921.

© A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. E. G. Praefectus.

L. « S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

SANCTI ANGELI DE LOMBARDIS

IURIUM

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus dominationis suae anno sexto, die 16 iulii 1920, BR. PP. DB. Ioannes Prior, Ponens, *Iulius Grazioli et Franciscus Parrillo, Auditores de Turno, in causa* S. Angeli de Lombardis - Iurium, *inter Archipresbyterum* Victorium Novia, *actorem appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Thomam Ambrosetti, advocatum, et* Clerum ecclesiae receptitiae *oppidi « Vallata », repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, interveniente et disceptante in causa Promotore iustitiae huius S. Tribunalis, sequentem tulerunt in gradu appellationis definitivam sententiam^*

In oppido *Vallata* dioecesis S. Angeli de Lombardis exstat ecclesia curata receptitia, quae communem subiit sortem aliarum huius generis ecclesiarum, in Neapolitano Regno usque ad secundam medietatem elapsi saeculi florentium: si quidem, lege gubernii italici diei 15 augusti 1867 omnia bona praefatarum ecclesiarum, reservata unica quota earumdem parochis, compilata fuerunt atque tradita administrationi vulgo dictae *Fondo pél Culto* per legem superioris anni institutae. Ex facta spoliatione, reditus defecerant pro divini cultus expensis, et cum ad eosdem recuperandos recursus parocho pateret penes civilia tribunalia contra praedictam administrationem, tamquam heredem bonorum praefatis ecclesiis subtractorum, hanc viam delegit hodiernus parochus loci *Vallata,* sac. Victorius Novia, atque duplici sententia conformi eadem administratio *del Fondo Culto* damnata fuit ad quotannis rependendam parocho eiusdem ecclesiae summam libell. 1482,75 pro cultus expensis, una cum annua summa lib. 300 pro ecclesiae manutentione, nec non ad eidem parocho reiiciendas summas in eadem mensura annuali pro cultu iam expensas a die possessionis beneficii usque ad litis initium, sexdecim videlicet annis: et libell. 2000 pro una tantum, vice, titulo factarum expensarum pro sacris utensilibus.

Super summa pro retroactö tempore percepta a parocho Novia, in libell. 27.809,80, lis orta est inter praefatum parochum et clerum receptitium praetendentem partem sibi deberi, sive quia et ipse in cultus expensas pro rata contribuii, sive quia pecunia vindicata, ex bonis sibi a fisco arreptis proveniebat.

Vicarius generalis de Episcopi mandato, studuit rem de bono et aequo componere inter partes, schemate quodam compositionis proposito ; at, refragante Archipresbytero, controversia per Episcopi decretum diei 21 iulii 1912 fuit drempta, cuius vi Clero concessae fuerunt lib. 6000, Episcopo pro cathedratico et taxa Seminarii libell. 1000, et reliqua summa lib. 20.809,80, Archipresbytero adiudicata fuit.

Archipresbyter Ordinarii decreto non acquievit, sed recursum fecit ad S. Sedem, atque, obtenta commissione pontificia, causa delata fuit ad h. S. Ordinem in prima instantia iudicanda. Duo dubia ad rem proposita fuerunt nempe:

1. *An et quae reparatio facienda sit summae lib. 27.809,80 quam Arch. Novia percepit ab Administratione, vulgo* Fondo per il culto.

2. *Quomodo erogari et a quo administrari débeat annua assignatio ab eadem Administratione in posterum solvenda in casu.*

Responderunt iudices rotales primi gradus, prout constat ex decisione relata in Comm. Off. *Acta Ap. Sedis,* vol. XII, p. 94:

Ad I. *Affirmative* quoad primam partem; quoad alteram partem vero: Repartitio fiat ut in decreto Episcopi diei 21 iulii 1912, detractis tamen de parte assignata clero, libellis mille septingentis quinquaginta duabus (L. 1752), Archipresbytero adiudicandis.

Ad II. Standum decreto Episcopi.

Appellante autem Archipresbytero Novia ad alium turnum rotalem, quaestio nobis dirimenda proponitur sub dubio consueto: *An sententia rotalis diei 28 februarii 1919 sit confirmanda vel infirmanda, in casu.*

IN IURE. - Ante omnia determinanda est conditio iuridica partium. Iuxta statuta capitularia ecclesiae receptitiae oppidi Vallata, ab Ordinario dioecesis S. Angeli de Lombardis et Bisacien. Revmo D. Antonio Manerba, anno 1749, approbata, Clerus receptitius curam habitualem habet, Archipresbyter autem curam actualem. Ita legitur cap. 2: « Ad esso Arciprete « appartiene la cura delle anime, all'aiuto delle quali sono tenute le altre « Dignità e i Partecipanti: alla cura attuale, però è tenuto detto Arci- « prete, e gli altri alla cura abituale ». Unde clerus receptitius, qui curam habitualem habet, ad normam iuris communis, rector est ecclesiae : ad illum itaque, spectat illius administratio, defensio iurium ipsius,

onus reparandi eamdem, etc. Ait Pignatellus,*Consult 150,* n. 8, tom. IX: « Quod vero ad regimen et administrationem ecclesiae, Capitulum pariter « fundat suam intentionem in eo quod est rector sive parochus, et sic «regendi et administrandi cura ad ipsum de iure pertinet, ut per « Rotam etc.... quam sequitur Lotterius ». Qui curam actualem tantummodo habet, non est rector ecclesiae, sed, uti tenet Rota, decis. 316, n. 2, par. 4, tom. 2. inter *Recentior.,* est rector curae animarum, vel, ut ait Pichler in tit. *De Off. Vic,* n. 15, est rector animarum. Iuri communi in casu consonant statuta generalia ecclesiarum receptitiarum ad normam exemplaris a congregatione Episcoporum regni Neapolitani redacta, et iussu regis Ferdinandi 1 ad omnes Ordinarios eiusdem regni missa anno 1824, prout ex auctore Salzano *(Lezioni di Diritto Canonico,* vol. 2, p. 232 seq.) notatur in sententia appellata. Iuxta eadem statuta partes etiam suas habet Ordinarius in administratione redituum ecclesiae. Sub num. 2 legitur: « Il Clero amministrerà in massa comune e non già divi« sámente le rendite di qualunque natura esse siano per mezzo di un « Partecipante eletto dal Clero istesso, che eserciterà tutte le funzioni di « Procuratore, e ne assumerà il titolo ». Sequuntur aliae dispositiones ad rem nostram spectantes, n. 5: « Se poi vi sarà accidentale accresci**le** mento di rendita, anche per causa di porzioni vuote, alla fine dell'anno, «secondo il Reale Rescritto del 19 nov. 1823, il Procuratore ne darà « piena cognizione all'Ordinario, il quale ordinerà una eguale partizione « tra tutti i partecipanti; oppure, richiedendolo il bisogno, disporrà che «tutti o parte degli avanzi, si applichino a beneficio della Chiesa, o « riparazioni di fabbriche, o migliorie dei fondi o sacri arredi, o altro « secondo il bisogno di essa... 8. Al Procuratore sarà permesso di ero« gare tutte le somme, che bisognano, senz'altra autorizzazione per « soddisfare ai pesi pubblici maturati, o alle porzioni dei partecipanti. « Per le spese poi di Chiesa... come anche per l'introduzione delle liti, « debba esserne autorizzato dal Clero per mezzo di regolare commis« sione... 9. Ogni introito sarà percepito dal solo Procuratore; chiunque « dei partecipanti introiterà somma qualunque appartenente alla somma « comune, col suo ricevo non sarà liberato il debitore ».

Hisce normis generalibus conformia sunt statuta particularia ecclesiae receptitiae S. Bartholomaei, quibus ordinatur ut quovis anno e gremio cleri receptitii eligantur duo procuratores, unus Capituli, alter ecclesiae, qui ex mandato eiusdem cleri bona respective Capituli et ecclesiae administrare debeant et iura tueri.

Ecclesiae receptitiae bonis fuerunt ditatae quorum reditus massam communem confiaban t, et ex iis congrua portio curata praelevari debe-

bat, Archipresbytero tribuenda, nisi aliunde ipse eam haberet, et ex reliqua summa tot portiones faciendae, quot Episcopus sufficientes existimant pro animarum curae adiumento ac cultus servitio. Expensae cultui necessariae ex eadem massa ut plurimum desumebantur, nisi peculiares essent reditus, qui licet a massa distincti, una tamen cum massa ecclesiae patrimonium constituebant.

Haec vero iura immutata manent etiam post leges eversivas anni 1867, quibus bona ecclesiae et Capituli ad dominium Status devoluta sunt. Civilis enim potestas legem ecclesiasticam abrogare nequit. In facto, utique, evenit mutatio, cum, deficientibus bonis ecclesiae patrimonium constituentibus, administratio Capituli ut plurimum ad bona adventicia restringitur. Numquam tamen cessavit ecclesiastica auctoritas ius Capitulorum vindicare ad illa bona quae fiscus sibi iniuste adscivit, ceu videre est in litteris S. C. Concilii *Ad dirimendas,* et in Instructionibus S. Poenitentiariae *De compositionibus* faciendis ab illis qui proprietatem huiusmodi bonorum a fisco acquisierint. Suppressio ab auctoritate civili decreta, facta videlicet mutavit, non iura.

Vi legis italicae diei 15 augusti 1867 art. 1 suppressa fuerunt: « I « Capitoli delle Chiese Collegiate, le chiese ricettizie, le communie, ecc. « salvo per quelle tra esse che abbiano cura di anime, un solo benefició « curato, od una quota curata di massa per congrua parrocchiale ». In sequelam vero decretae suppressionis omnia bona a fisco compilata sunt: art. 2. « Tutti i beni di qualunque specie, appartenenti agli anzi- « detti enti morali soppressi, sono devoluti al demanio dello Stato »; eademque, eiusdem eversivae legis dispositione, Administrationi vulgo dictae *Fondoper il Culto,* demandata. Heres igitur talium bonorum facta fuit praedicta civilis administratio, quae, prout in iuribus praefatarum ecclesiarum successit, sic et onera iis inhaerentia hereditavit. Verum, cum onera quae collegio vel communitati incumbebant, simul cum ipsa communitatum suppressione, iuxta legem civilem, cessaverint, nihil pro his dicta civilis administratio refundere statuit, exceptione facta, ad effectum pensionis, pro his, qui tempore legis promulgatae beneficio vel portione legitime erant investiti.

At pro cultus expensis et manutentione ecclesiarum, quae una cum indole receptitia curam animarum adnexam retinebant, etiam civiliter tenetur Administratio « del Fondo Culto », easdem rependere, ex illarum ecclesiarum patrimonio sibi in hereditatem obvento, et iuxta ipsius patrimonii vires. In art. 30 legis 7 iulii 1861 haec ad rem habentur. « Pei « pagamenti dei debiti, degli oneri e di qualsiasi altra passività degli « enti o corpi morali soppressi, il Fondo per il Culto non sarà tenuto

« ad un ammontare maggiore di quello risultante o dalla rendita netta « accertata definitivamente nella presa di possesso, o dal capitale for* «maio dal cento per cinque della rendita medesima».

Ex iuridica partium conditione, ad normam iuris ecclesiastici, sequitur primo, quod Archipresbyter nonnisi de mandato cleri receptitii actionem intentare potuit contra civilem administrationem, quae « Fondo per il « culto » vulgo audit, ad expensas cultus et reparationis ecclesiae recuperandas. Huiusmodi mandatum generale a clero tacite illi collatum fuit ut rite concludit sententia appellata, et ad omnes expensas necessarias et ordinarias in lite promovenda sufficiebat: non autem ad *extraordinarias,* ad quas faciendas requirebatur, iuxta Capituli statuta, speciale mandatum. Sequitur, in secundo loco, quod, quidquid ex actione intentata obtinuerit, non sibi sed ecclesiae acquisivit, a cuius rectore, seu a clero receptitio, administrandum erat, interveniente quoque Ordinario in iis, quae ipsi, iuxta statuta, competunt.

AD FACTUM QUOD SPECTAT. Imprimis notandum est quod in dubiis concordatis nulla fit quaestio de pecunia a tribunali concessa pro expensis toleratis vel in posterum tolerandis in ecclesia reparanda : de illa igitur nobis non erit agendum.

Quod ad repartitionem spectat summae libellarum 27.809,80 de quo agitur sub primo dubio, ex illa imprimis refundendae sunt Archipresbytero Novia expensae litis in foro civili motae. Ipse contendit se dimidiam partem integrae summae vindicatae, cumulate pro honorariis et expensis in lite promovenda, ex pacto inito advocato civili solvisse, cui nihil solvere deberet si ipsum in lite succumbere contigisset. Haec conventio vero admitti nequit. Huiusmodi conclusionem autem DD. Auditores non fundant in ratione ab appellata sententia allegata, nempe quod obligatio impendendi expensas nullimode, ne indirecte quidem, oriri potest ex emptione litis, utpote reprobata a lege positiva, sive canonica (can. 1615 Cod. I. C), sive civili, tum moderna (Cod. Civ. It., art. 1458) tum Romana (1. *Sumptus,* ff. *de pactis* et 1. *Solarium* ff. *mandati),* quia communior Doctorum opinio, tenet quod, licet pactum non solum *extrinsece,* seu vi legis positivae, sed etiam *intrinsece* turpe sit, ac proin de iure naturae nullum, tamen, si pars contrahens actionem illicitam vel turpem in pactum deductam vere praestiterit, pretium conventum solvendum est: quia, nimirum, ex actione illicita vel turpi completa, oritur novus contractus innominatus « facio ut des » qui a priori conventione pendet, non secundum speciem suam essentialem, sed tantummodo secundum pretii determinationem : quae pretii determinatio

in se non erat invalida nec peccaminosa. Cf. Lehmkuhl, vol. I, n. 1248 sq., ed. 12; Génicot, vol. I, n. 584, ed. 7 et alios ab hisce auctoribus citatos. Defensionis opera ab advocato praestita non erat in se illicita, sed a lege prohibita tantummodo uti pars integra contractus vetiti: opera autem feliciter completa, non iniuste exigere potuit laboris simul ac periculi praemium antea determinatum, licet ad illud repetendum nulla ipsi concessa sit actio civilis. Praeterea dubitari licet num iura quae prohibent quominus patroni litem emant vel de immodica rei litigiosae parte sibi rependenda paciscantur, in peculiaribus causae actualis adiunctis locum habeant: nam agebatur de re quae sua indole aleae plena erat, de actione nimirum contra potentem Administrationem, quae vel sola sui opinione valet parochos a suis iuribus prosequendis deterrere, ita ut, excluso eiusmodi pacto, fere nulla spes parocho remaneret vel partem bonorum suae ecclesiae pertinentium vindicanda

Unde, si, in facto, Archipresbyter Novia sufficienti mandato Cleri receptitii instructus fuisset ad hoc medium extraordinarium adhibendum, et medietatem pecuniae recuperatae advocato revera se rependisse probasset, haec inter expensas Archipresbytero refundendas procul dubio enumeranda esset.

At Archipresbyter Novia id non probavit. Imprimis de tali pacto inito ex actis non constat. Actor epistolam exhibet advocati, in qua emptio litis in dictis terminis *proponitur,* sed ex nullo documento constat ipsum Archipresbyterum proposito adhaesisse. Porro, etiamsi exstiterit pactum, nullatenus constat Archipresbyterum pacto stetisse et dimidiam partem pecuniae obtentae advocato reapse solvisse: rogatus enim per decretum D. Ponentis in prima instantia diei 18 iunii anni 1918, ut probationes solutionis tribunali exhiberet, per quinque hebdomadas nullum dedit responsum: edito autem altero decreto Ponentis peremptorio, die 27 iulii 1918, ut dictas probationes intra quindecim dierum spatium afferret, pariter nihil respondit. Reiecta itaque infundata contentione actoris, remanet ut summa ex aequo determinetur pro expensis litis et occasione litis ab ipso toleratis: et DD. Auditores talem summam rite definitam esse censuerunt a Pro-Vicario Episcopi in mensura quartae partis integrae summae de manu Administrationis vulgo « Fondo per il Culto » recuperatae.

Secundo loco rependendae sunt expensae sive ab Archipresbytero sive a clero ab anno 1895 factae pro supellectili ecclesiae et divino cultu. Huiusmodi summae, allegatis omnibus perpensis, in aequa mensura determinatae sunt in schemate Pro-Vicarii Episcopi in decreto ab Ordinario approbato. Neque de aliqua possibili iniuria sibi facta Archi-

presbyter queri potest, ex eo quod infundatae eius computationes reiectae fuerunt, cum, ut ait De Luca, *De tutoribus et curatoribus,* n. 55, « administrator nec debitor nec creditor dici possit ante redditam rei «gestae rationem». Archipresbyter Novia autem de administratione bonorum ecclesiae ab ipso gesta adaequatam rationem non reddidit, sive Ordinario dioecesis, sive in duplici iudicio causae coram N. S. Tribunali agitatae.

Tertio loco assignandae sunt Ordinario summae pro taxa Seminarii et cathedratico, quas ad mille libellas reductas, ipse acceptavit: siquidem numeratae fuerunt inter expensas *divini* cultus in sententia tribunalis civilis et ceteroquin Ordinarius ius habet easdem ab ecclesiis suae dioecesis exigendi.

Quaestio dein oritur an clero assignari possit compensatio pro servitio ecclesiae per sexdecim annos praecedentes gratis peracto. - DD. Auditores *affirmative* respondent, quia, solutis omnibus expensis, id quod remanet indolem habet reditus adventicia de quo est sermo in quinto articulo statutorum, quae supra citata sunt. Assignatio videlicet, iuxta dictum articulum, pendet a prudenti arbitrio Episcopi. Id eo magis in casti dicendum est, quod reapse agitur de partiali restitutione bonorum, quae ad collegium receptitium pertinent (ut patet ex art. 30, Leg. it., 7 iulii 1866 supra citato), quorum pars olim destinata fuit ad servitium a clero praestitum compensandum: in portione, nimirum, cuique ex massa communi proveniente. Gerte non obstat factum, quod in sententia iudicis civilis nihil pro servitio a clero praestito assignatum fuit: nam sive parochus actor requirere, et vicissim civilis iudex damnare non poterat administrationem « del Fondo Culto » nisi ad eas tantum expensas reiiciendas vel subministrandas, quae cultui ecclesiae erant necessariae. Nulla etenim actio adversus talem administrationem concessa est ad ea bona recuperanda, quae ecclesiae servitium a clero receptitio praestitum directe respiciunt, quum huiusmodi bona in Status dominium translata fuerunt. Exinde nec iudex civilis sententia sua damnare, nec administratio restituere poterat aliquid quod praefatum ecclesiae servitium respiceret; unde immerito ex sententiae civilis tenore et ex rei restitutae indole, ea summa a priori sententia rotali clero abiudicata fuit, quam pro tali ecclesiae servitio Episcopus adiudicavit. Res enim non ad sententiarum civilium tramitem dirimenda est, sed ad iuris generalis normam nec non particularis ecclesiarum receptitiarum. Siquidem qui plus ab aliquo accepit, quod sibi non est debitum, tenetur domino suo restituere: cum nemo possit alterius iactura locupletare At dominus in casu certe non est administratio civilis « dei

Fondo Culto » èuius patrimonium ex bonis ab Ecclesia arreptis constat, et in summis pro cultu erogandis haud eam mensuram superare potest, quae vires hereditatis sibi delatae excedit. Dominus igitur est ipsa ecclesia receptitia, cuius patrimonium lege eversiva fuit compilatum, et ipsi consequenter restituendus est summae excessus, qui, expensis pro cultu solutis, manet, arbitrio Episcopi applicandus ad normam art. 5 exemplaris statuti anno 1824 confecti. Episcopus vero talem summae excessum clero pro praedicto servitio adiudicavit, et cum iure suo sit usus, eius agendi ratio etiam in hac parte probanda est.

Simili modo, pro arbitrio Episcopi, vi articuli quinti citati statuti exemplaris, determinari potest compensatio Archipresbytero tribuenda pro laboribus in beneficium ecclesiae S. Bartholomaei tam feliciter expletis. Iure suo, videlicet, utebatur Ordinarius in decreto 21 iulii 1912, quo, omnibus hinc inde perpensis, summae libellarum 20.809,80 et libellarum 6000 respective Archipresbytero Novia et clero receptitio assignatae fuerunt.

Quoad erogationem et administrationem pecuniae quotannis in posterum ab administratione, vulgo « Fondo per il Culto » solvendae de quo sub dubio secundo agitur, eadem criteria adhiberi debent ac illa quae applicata sunt respectu summae liquidae, quae pro retroacto tempore, vi sententiae civilis, Archipresbytero soluta fuit: eadem enim est indoles pecuniae, ad eumdem scopum destinatae, sive pro tempore praeterito sive pro futuro collata fuerit. Reditus enim adventicius est Ecclesiae receptitiae, qui proinde, ad normam quinti articuli statuti exemplaris superius citati, pro arbitrio Episcopi hoc vel illo modo erogandus est et administran dus. Ideoque, quod ad secundum dubium spectat, censuerunt DD. Auditores decreto Ordinarii esse standum.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes decernimus, declaramus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondentes: *«Affirmative,* iuxta modum, ad primam partem: *Negative* ad secundam » seu « sententiam rotalem diei 28 februarii esse confirmandam iuxta modum qui sequitur:

«Ad I: *Affirmative:* quoad primam partem. Quoad alteram vero: repartitionem controversae summae faciendam esse in omnibus ut in decreto Episcopi diei 21 iulii 1912 ».

« Ad II. Standum esse eidem decreto Episcopi »; statuentes praeterea, expensas omnes iudiciales ab actore Archipresbytero Novia esse solvendas.

Quare mandamus Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam ad tramitem tituli XVII Cod. iur. can., et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trid. et can. 1924 Cod. I.C, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae in sede Tribunalis S. R. Rotae die 16 iulii 1920.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Iulius Grazioli.
Franciscus Parrillo.

Ex Cancellaria 12 octobris 1920.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 12 luglio 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi signori Cardinali e con il voto dei Rmi Prelati e Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Maria Maddalena Postel, Vergine, Fondatrice dell'Istituto delle Suore delle Scuole Cristiane della Misericordia; i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì 19 luglio 1921, nei Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Anna Maria Antigo, Monaca professa delle Clarisse, in Perpignano.

2) Conferma del culto da tempo immemorabile prestato al Servo di Dio Angelo de Scarpetti, dei Romitani di Sant'Agostino, chiamato Beato.

3) Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa e dell'Elogio da inserire nel Martirologio dei Frati Minori, in onore della Beata Margherita di Lorena, Monaca professa del II Ordine di San Francesco, nella diocesi di Séez.

4) Infine intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Suor Maria della Passione di Nostro Signore Gesù Cristo, dell'Istituto delle Crocefisse Adoratrici del Ssmo Sacramento della Eucarestia.

S. CONGREGAZIONE «PRO ECCLESIA ORIENTALI»

NOTIFICAZIONE

Si notifica che il signor Malik Pira, originario caldeo della Persia, è un semplice laico e non un Missionario Cattolico. Egli non deve ritenersi facoltizzato dall'autorità della Chiesa Cattolica a questuare per i suoi connazionali.

Gli Eccmi Ordinari e i Revmi Superiori Religiosi, tanto in riguardo al signor Malik Pira, quanto in riguardo di altri questuanti, dovranno attenersi alle disposizioni della Circolare N. 29642, emanata dalla Sacra Congregazione de Propaganda Fide per gli Affari di Rito Orientale, il I° gennaio 1912 *(Acta Apostolicae Sedis,* IV, 1912, p. 532).

fi. PAPADOPOULOS, *Assessore.*

S. PENITENZIERIA APOSTOLICA

Con Biglietto dell'Emo signor Cardinale Penitenziere Maggiore, in data I° luglio 1921, il Santo Padre si è degnato nominare Monsig. Silvio Fagiolo, *Segretario della Penitenzieria Apostolica.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

14 luglio 1921. L'Eflio sig. Card. Giovanni Tacci, *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Educazione Cristiana.*

20 » » Monsig. Francesco Guglielmi, *Prelato Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

» » » Il Rev. Sac. Umberto Kaldewey, *Segretario di Nunziatura di seconda classe.*

22 » » Monsig. Pietro Bene4etti, Arcivescovo tit. di Tiro, *Delegato Apostolico di Cuba e Portorico.*

» » » Monsig. Ernesto Filippi, Arcivescovo tit. eletto di Sardica, *Delegato Apostolico del Messico.*

25 » » Monsig. Francesco Borgongini-Duca, Pro-Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari, *Consultore della Suprema Congregazione del S. Officio.*

27 » » Monsig. Pietro Fumasoni Biondi, Arcivescovo tit. di Dioclea e Segretario della Sacra Congregazione di Propaganda Fide, *Consultore della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

» » » Monsig. Francesco Borgongini-Duca, *Consultore della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

7 maggio 1921. Monsig. Francesco Maria Kersuzan, Vesc. di Capo Haitiano.

9 luglio » Monsig. Giorgio Schmid de Grüneck, Vescovo di Coirà.

22 » » Monsig. Giuseppe Francesco Re, Vescovo di Alba.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

3 luglio 1921. Monsig. Enrico Luigi Odelin, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Monsig. Giulio Lapalme, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gustavo Pietro Lefebre, della medesima archid.
6 » » Monsig. Massimino Lillo, della diocesi di Monopoli.
9 » » Monsig. Enrico I. Grosch, della diocesi di Nottingham.
18 » » Monsig. Gaetano Grimaldi, dell'archidiocesi di Bari.
22 » » Monsig. Ferdinando Paulikowski, Cappellano maggiore nell'esercito Austriaco.

Prelati Domestici di S. S. :

20 febbraio 1918. Monsig. Giovanni Jeremicli, del Patriarcato di Venezia.
6 aprile 1921. Monsig. Almas Larouche, della diocesi di Chicoutimi.
10 giugno » Monsig. Giuseppe Luyo, dell'archidiocesi di Lima.
23 » » Monsig. Leonardo Sion, dell'archidiocesi di Gorizia.
25 » » Monsig. Paolo Borroni, dell'archidiocesi di Milano.
29 » » Monsig. Emanuele Vassallo, della diocesi di Malta.
30 » » Monsig. Ermenegildo Martínez y Marco, dell'archidiocesi di Burgos.
2 luglio » Monsig. Francesco Petich, del Patriarcato di Venezia.
6 » » Monsig. Ugo Descuffi., di Roma.
7 - » » Monsig. Francesco Borgongini-Duca, di Roma.
8 » » Monsig. Raffaele Caserta, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Monsig. Cipriano Dousset, della diocesi di Cahors.
13 » » Monsig. Paolo Velia Mangion, della diocesi di Malta.
» » » Monsig. Michele Hourigan, dell'archidiocesi di Adelaide.
» » » Monsig. Michele Maher, della medesima archidiocesi.
22 » » S. A. R. Monsig. Massimiliano di Sassonia.
» » » Monsig. Luigi Lauletta, dell'archidiocesi di Santa Sevèrina.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

16 luglio 1921. Al sig. conte Sutemi Chinda, membro del Consiglio Privato di S. M. l'Imperatore del Giappone.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

26 giugno 1921. Al sig. colonnello Giulio Répond, già comandante della Guardia Svizzera Pontificia.

La Commenda dell' Ordine Piano :

29 giugno 1921. Al sig. conte Paolo d'Artet, della diocesi di Liegi.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

13 giugno 1921, Al sig. dott. Costantino Madias, di Chio.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 giugno 1921. Al sig. marchese Claudio Lagergreen del Vicariato Apostolico di Svezia.
15 luglio » Al sig. Alberto Salomon, Ministro degli Affari Esteri dèi Perù.
. » » » Al sig. Oscar Barros, Ministro del Culto nel Perù.
» » » Al sig. Pedro Iosè Rada y Gamio, Ministro del *Fomento* nel Perù.
16 » » Al sig. prof. Kinnosuke Murra, della Università di Tokio.
» » » Al sig. visconte Tamemori Iriye, Gran Ciambellano di Sua ¡ Altezza imperiale il Principe Ereditario del Giappone.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

16 luglio 1921. Al sig. Isam Takeshita, Vice Ammiraglio della Marina Giapponese.
» » » Al sig. Takeji Nara, Generale di Divisione, Primo Aiutante di campo di S. A. I. il Principe Ereditario del Giappone.
20 » » Al sig. generale Enrico Gouraud, Alto Commissario della , Repubblica Francese in Siria.
- *25* » » A S. E. il sig. Giuseppe Wierusz Kowalski, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Polonia presso la Santa Sede.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 luglio 1921. Al sig. Guglielmo Olaechea, dell' archidiocesi di Lima.
16 » » Al sig. Shutoku Matsui, Maestro di Corte di S. A. I. il Principe Kan-in.
» » » Al sig. Hachiro Saionji, Maestro di Cérémonie di S. M. T Imperatore del Giappone.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 giugno 1921. Al sig. Francesco Van Gardinge, della dioc. di Bois-le-Duc.
2 luglio » Al sig. Giovanni Me Cormack, dell'archid. di Nuova York.

16 luglio 1921. Al sig. visconte Masanao Tsuchiya, Ciambellano di S. A. I. il Principe Ereditario del Giappone.
» » » Al sig. Ujihide Toda, Segretario della Casa di S, A. I. il Principe Ereditario del Giappone^
» » » Al sig. Setsuzp Sawada, Segretario nel Ministero degli Affari Esteri del Giappone.
19 » » Al sig. Giacomo Curreno, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. Gian Luigi Andreis, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Fernando Roca de Togores y Caballero, marchese de TorneroSj Cavallerizzo di Campo di Sua Maestà Cattolica.
28 » » Al sig. Riccardo Rey y Boza, Incaricato di Affari del Perù presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

22 giugno 1921. Al sig. Edoardo F. Benedetto Charlton, Vice-Am miraglio della Marina Britannica.
6 luglio » Al sig. Luigi Hirschbühl,« Comandante della Guardia Svizzera Pontificia.
16 » » Al sig. colonnello Yoshiya Fukuda, Aiutante di Campo di S. A. 1. il Principe Kan-in.
» » » Al sig. capitano Koshiro Oikawa, Aiutante di Campo di S. A. I. il Principe Ereditario del Giappone.
» » » Al sig. Giulio Cesare Carletti, già Tenente dell'Esercito Pontificio.
25 » » Al sig. Conte Paolo Datti, aiutante della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. conte Francesco Antamoro, cadetto della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. marchese Alfonso Serlupi, cadetto della Guardia Nobile Pontifìcia.
» » » Al sig. marchese Giuseppe Nannerini, cadetto della Guardia Nobile .Pontificia.
» » » Al sig. conte Odoardo Aluffi, cadetto della Guardia Nobile Pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

6 giugno 1921. Al sig. Sebastiano Fernando, dell'archidiocesi di Colombo.
2 luglio » Al sig. Paolo C. Luiz, dell'archidiocesi di Verapoli.
8 » » Al sig. Annibale Viti Mariani, di Roma.
» » » Al sig. Emmanuele Andrea Giulio de Martineng, della diocesi di Fréjus.
» » » Al sig. Onorato Luigi Francesco Si van, della medesima dioc.

15 luglio 1921. Al sig. H. Ludovico Huvey, della diocesi di Chartres.
16 » » Al sig. dott. Zennoshin Hatta, medico di S. A. I. il Principe Ereditario del Giappone.
» » > Al sig. conte Yoshinori Futara, segretario del Ministero della Casa Imperiale del Giappone.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

8 luglio 1921. Al sig. Alfonso Renaud, già Zuavo Pontificio, dell'archidiocesi di Montreal.
13 » » Al sig. Lesmes Dehesa Abriat, Alfiere del R. Corpo degli Alabardieri di Spagna.
» » » Al sig. Gioacchino Cabeza de Vaca y Santos Suarez, Alfiere della Scorta Reale di Spagna.
16 » » Al sig. Comandante Toyoki Hamada, Aiutante di Campo di S. A. I. il Principe Ereditario del Giappone.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

19 luglio 1921. Al sig. Emanuele Perez-Seoane y Roca De Togores, Conte de Velie, Primo introduttore degli Ambasciatori presso la R. Corte di Spagna.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

5 luglio 1921. Al sig. Fortunato Federici, dell'archidiocesi di Aquila.
13 » » AI sig. Acacio Moscoso Alhado, Comandante del R. Corpo degli Alabardieri di Spagna.
» » » Al sig. Carlo Nieulant y Erro, Comandante della Scorta Reale di Spagna.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

5 luglio 1921. Al sig. Giovanni Hallenbarten, della Guardia Svizzera Pontificia.
7 » » Al sig. dott. Giuseppe Mueller, della diocesi di Losanna.
9 > » Al sig. Giovanni Herbaut, dell'archidiocesi di Parigi.
13 » » Al sig. Giuseppe Morales Correa, Corriere di Gabinetto di S. M. Cattolica.
15 » » Al sig. Teodoro Favre, già Ufficiale nell'Esercito Pontificio.
» » » Al sig. Alfonso Gualtieri, già Ufficiale nell'Esercito Pontificio.
» » » Al sig. avv. Lizardo Velazco, dell'archidiocesi di Lima.
» » » Al sig. avv. Gonzalo Herrera, della medesima archidiocesi.
19 » » AI sig. Nicola Massaruti (Roma).
20 » » Al sig. avv. Angelo Cassinis (Roma).

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

14 febbraio 1921. Monsig. Giacomo Giuseppe Redmond, della diocesi di Liverpool.
11 giugno » Monsig. Abdon Melibeu de Lima, dell'archid. di Parahiba.
» » » Monsig. Emidio Gardoso, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Vitelli, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Monsig. Salvatore Raia, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Teodoro Innitzer, dell'archidiocesi di Vienna.
1 luglio - » Monsig. Chiaffredo Gosso, della diocesi di Saluzzo.
4 » » Monsig. Giovanni Romagnoli (Roma).
6 » » Monsig. Valerio Valeri (Roma).
8 » » Monsig. Francesco Fornara, della diocesi di Novara.
12 » » Monsig. Asdrubale Betti, della diocesi di Osimo e Cingoli.
» » » Monsig. Oddone Sabbatini, della medesima diocesi.
15 » » Monsig. Alessandro Sobaux, della diocesi di Luçon.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

11 giugno 1921. Il sig. conte Arbeno Attems, dell'archidiocesi di Gorizia.
6 luglio >v II sig. Giuseppe Mª Gamazo y Garcia de los Rios, della diocesi di Madrid.
» » » Il sig. conte Cristiano D'Elbee, della diocesi di Rayonne.
22 » » Il sig. conte Leone Colonna Czosnowski (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

11 giugno 1921. Monsig. Antonio Vecchi, della diocesi di Nusco.
18 » » Monsig. Giuseppe Pagella, della diocesi di Alessandria.
1 luglio » Monsig. Enrico Perez Capetillo, dell'archidiocesi di Yucatán (Messico).
4 » » Monsig. Alessandro Evreinow (Roma).
12 » » Monsig. Giuseppe Trikál, dell' archidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Cristiano Gohr, della diocesi di Breslavia.
15 » » Monsig. Francesco Bayer, della diocesi di Seckau.
26 » » Monsig. Umberto Kaldewey (Roma);

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

4 *luglio* ***1921.*** Il sig. Valeriano Stawiarski, della diocesi di Premislia.
8 » » Il sig. Giuseppe Casanova Dalfó, delParchid. di Valencia.

Cappellano Segreto d'onore di S. S. :

19 *luglio* ***1921.*** Monsig. Licinio Refice (Roma).

NECROLOGIO

12 *luglio* ***1921.*** Monsig. Giuseppe Maria Koudelka, Vescovo di Superior.
lo *»* » Monsig. Paolo Soninosi, Arcivescovo tit. di Marcianopoli.

Annus XIII - Vol. XIII 1 Septembris 1921 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SUPPRESSIS VICARIATU APOSTOLICO SAXONIAE ET PRAEFECTURA APOSTOLICA LUSATIAJB, EORUM TERRITORIO RESTITUITUR DIOECESIS MISNENSIS.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitudo omnium Ecclesiarum, quae Romano Pontifici incumbit, id exigit, ut quae ad religionis incrementum et ad meliorem fidelium gubernationem maxime conducunt, sedulo praestentur.

Cum itaque canonici ecclesiae collegiatae Sancti Petri in *Bautzen,* septimo iam exeunte centenario ab eiusdem Capituli canonica constitutione, supplices preces Apostolicae Sedi porrexerint, ut ex territorio tam praefecturae apostolicae de Lusatia, quam vicariatus apostolici Saxoniae antiqua dioecesis Misnensis, aliquot abhinc saeculis exstincta, restitueretur; Nos, in propagationem christiani nominis et in bonum ecclesiastici regiminis id cessurum cementes, atque prae oculis habentes praelaudati Capituli tum singularem erga Sedem Apostolicam fidelitatem ac devotionem, tum eximia in catholicam religionem merita, praehabito voto dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, benigne libenterque oblatis precibus annuendum censuimus.

Quam ob causam, Apostolicae potestatis plenitudine, et suppleto quorum interest vel sua interesse praesumant consensu, per praesentes Litteras statuimus, ut territorium memoratae praefecturae apostolicae

Lusatiaë et vicariatus apostolici Saxoniae, suppressis in perpetuum praefectura et vicariatu, in dioecesim erigatur *Misnensem* nuncupandam, quae Sanctae Sedi immediate erit subiecta et S. Congregationis Consistorialis iurisdictioni submissa.

Huius dioecesis sedem et cathedram episcopalem in urbe *Bautzen* in Lusatia constituimus, quam proinde ad civitatis episcopalis gradum et honorem extollimus cum omnibus privilegiis et iuribus, quibus ceterae civitates episcopales iure communi fruuntur. Ecclesia vero collegiata Sancti Petri loci *Bautzen* ad statum et dignitatem Cathedralis evehimus, simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales ac earum pro tempore Antistites iure, vel legitima consuetudine gaudent.

Mandamus insuper ut Capitulum collegiale a S. Petro in *Bautzen* in Capitulum cathedrale dioecesis Misnensis erigatur; in eiusque gratiam et favorem volumus ut firma maneant et confirmentur, iuxta novissima Codicis iuris canonici decreta, propria statuta capitularia, nec non omnia privilegia et iura, quae hactenus legitime obtinuit, firma tamen electione canonicorum et Dignitatum Capituli ad tramitem iuris communis, atque adempta in posterum Decano eiusdem Capituli qualibet in fideles ecclesiastica iurisdictione.

Iubemus quoque ut, quod attinet ad Seminarii dioecesani institutionem, ad Vicarii Capitularis sede vacante electionem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, rite serventur quae sacri canones de his rebus praescribunt.

Quousque autem haec nova dioecesis de proprio pastore provideatur, eiusdem regimen dilecto filio Iacobo Skala, hodierno Decano capitulari, tamquam Administratori Apostolico, committimus, ipsi tribuentes facultates ac iura omnia, quae huic -muneri competunt.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si quilibet, quorum interest vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, deputamus venerabilem fratrem Eugenium Pacelli, Archiepiscopum titularem Sardianum, Nuntium Apostolicum in Germania, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, infra sex menses a praesentibus Litteris datis, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Mandamus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce Nostris Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis; specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo has Litteras Nostras suppressionis, electionis, seu restitutionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die vigesima quarta mensis iunii, Pontificatus Nostri anno septimo.

j$l C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.
S. C. Cornisi. Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*
Leopoldus Capitani, *Subst. Reg. ex spec. deleg.*

Loco ^ plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. XXIII, n. 50.

LITTERAE APOSTOLICAE

1

TITULUS BASILICAE MINORIS CONFERTUR ARCHIPRESBYTERALI ET COLLEGIATAE ECCLESIAE SANCTI STEPHANI CIVITATÍS LAVANIENSIS, IN DIOECESI CLAVARENSI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sacras aedes quibus Lavania civitas, Clavarensis dioecesis intra fines posita, nobilitatur, antiquitate ac molis amplitudine praestat collegiata ac paroecialis ecclesia Sancti Stephani, quae mirificis artis operibus, pictis tabulis, affabre sculptis statuis et marmoreis monumentis renidet, simulque praedivite et copiosa sacra supellectili pollet, atque etiam sacerdotum ministerio, tam sacris caeremoniis et divino cultui, quam fidelium pietati digne satisfacere non desinit. Nec praeteriri potest ecclesiam eandem paucis abhinc annis splendide instauratam et ornatam fuisse, conlata stipe canonicorum et cleri, civium divitiis abundantium, ceterorumque fidelium, praesertim Lavaniensium, qui omnes et singuli ecclesiae suae matricis decorem pio ac munifico studio certatim dilexerunt. Illustrant quoque civitatem Lavaniam monumenta sacra et civilia, vetusta quidem ac recentiora, potissimum avita virtus ac religio civium, quos inter viri ac mulieres exstiterunt armis, scientiis, Uteris, dignitate ac vitae sanctimonia praestantes. In primis recensentur Innocentius IV et Adrianus IV Summi Pontifices praedecessores Nostri, septuaginta duo purpurati Patres Cardinales, et trecentum sexaginta circiter Dignitates atque infulati e lovaniensi clero sacerdotes: nec omittenda est sancta illa matrona Catharina Füsca Adurna contemptu mundi et caritate in Deum insignis. Quae cum ita sint, cum Capitulum, clerus et aediles eiusdem ecclesiae archipresbyteralis et collegiatae. Sancti Stephani, necnon municipii Rector et municipes atque optimates Lavaniensis civitatis enixas Nobis preces humiliter adhibuerint ut praedictam ecclesiam titulo et dignitate Basilicae minoris cohonestare velimus; Nos, animo repetentes inclytas tum templi illius, tum civitatis memorias, cumque preces easdem cumulet atque ornet amplissimum suffragium Episcopi Clavarensis, votis his annuendum libenti quidem animo existimavimus. Quare, collatis etiam consiliis cum VV. FF. NN. S. R, E. Cardinalibus Sacrorum Rituum Con-

gregationi praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, archipresbyteralem et collegiatam ecclesiam Deo sacram in honorem sancti Stephani, civitatis Lavaniensis, Clavarensis dioecesis, provinciae Genuensis, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus, cum omnibus honorificentiis et privilegiis, quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Literas Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI maii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

METROPOLITANUM TEMPLUM LIMANUM AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM PROMOVETUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat Nobis metropolitanum templum Limanum universae Peruvianae regionis primatiale, antiquitate, molis amplitudine et artis operum magnificentia, ceteris sacris aedibus Americae Meridionalis antecellere. Traditum enim memoriae est Franciscum Pizarro, qui Peruvianas oras primus invisit, Limamque urbem fundavit, primum quidem posuisse illius templi lapidem, quod anno MDXLI Paulus Pp. III rec. mem. praedecessor Noster ad cathedralis primum, dein, anno MDXLV, ad metropolitani decus provexit; cuiusque Patronum divum Ioannem Evangelistam designavit. Primis illis annis Limana Ecclesia amplissimas complexa est regiones, et Nicaraguae, Columbiae, Aequatorii, Cilae, Boliviaeque sedes episcopales illi fuerunt suffraganeae; ideoque eam iure meritoque sanctus praedecessor Noster Pius V anno MDLXXI Primatialis Ecclesiae titulo decoravit. In Peruvianae autem regionis urbe principe Lima christiana res continuo eonvaluit; Religio-

sae ad eam quasi certatim familiae confluxerunt: Praedicatores, Fratres Minores, Mercedarii, Eremitae Augustiniani, clerici regulares Societatis Iesu, Minimi, infirmis Ministrantes, Benedictini Ordinis monachi, pluribus itemque celeberrimis coenobiis ac templis urbem ditarunt. Ecclesia autem Limana, quae, ex vetustissima traditione a priscis aborigenis recepta, primum Evangelii praeconem Thomam apostolum habuit, piis semper floruit Pastoribus, quos inter divum Torribium memorare iuvat, qui Concilia provincialia instituit decimo sexto saeculo labente, et territorii amplitudine catholici orbis per illud temporis maximam archidioecesim sanctissime moderatus est. Peruviana etiam *regio,* unica in America universa, viros ac mulieres edidit caelitum honore insignes, nimirum sanctam Rosam a Lima, sanctum Franciscum Solano, beatum Martinum de Porres, beatum Ioannem Macias, aliosque venerabiles, qui sanctimonia vitae et heroicarum virtutum exemplo patriam terram illustrarunt. Quocirca Romani Pontifices Peruvianam nationem et metropolitanam potissimum Limanam Ecclesiam singulari iugiter dilectione prosecuti sunt; cumque praesens Limanus Archiepiscopus, suo et Capitularium clerique nomine, enixis Nos votis flagitaverit ut metropolitanam ipsam sedem ad Basilicae dignitatem provehere dignaremur, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Ut igitur hoc anno, quo primum sese vertit saeculum ex quo Peruviana natio se in libertatem vindicavit, auspicatum eventum peculiari Pontificiae voluntatis significatione cumulemus, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, metropolitanam ecclesiam Limanam, Deo sacram in honorem sancti Ioannis Evangelistae, ad Basilicae minoris dignitatem promovemus, cum omnibus et singulis honoribus ac privilegiis, quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII maii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

PARS TERRITORII VICARIATUS APOSTOLICI DE CE-LI MERIDIO-ORIENTALI, AD ORIENTEM FLUMINIS HOANG-HO SITA, SEPARATUR ET AD1ICITUR VICARIATUI APOSTOLICO DE SCIAM-TOM MERIDIONALI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Ex officio supremi apostolatus quo in terris divinitus fungimur, ea sollicito studio decernere satagimus quae in exploratam christiani populi utilitatem cedant. Iamvero cum venerabilis frater Henricus Lecroart, Vicarius Apostolicus de Ce-li meridio-orientali in Sinis, ob difficultatem flumen Flavum (Hoang-Ho) transfretandi ad pastoralia munia implenda, instanter flagitaverit ut finitimo vicariatui apostolico de Sciam-tom meridionali uniretur territorii suae iurisdictionis pars ad orientem fluminis ipsius sita, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, enunciati Praesulis votis benigne concedendum existimavimus. Idcirco Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, territorium situm ad orientem fluminis Flavi, *Hoang-ho* vulgo appellati, complectens sub-praefecturam de *Tung-Ming* et partem meridionalem sub-praefecturae de *Ghang-Yuan,* a vicariatu apostolico de Ce-li meridio-orientali seiungimus, illudque tribuimus, eadem Nostra auctoritate, vicariatui apostolico de Sciam-tom meridionali.

Haec statuimus decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die in iunii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

GENERALE SEU COMMUNE MANDATUM APOSTOLICUM FIT SEMEL PRO SEMPER LOCORUM ORDINARIIS PRO BENEDICTIONE ABBATUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Pro benedictione Abbatum duplex in Romano Pontificali formula habetur: altera pro benedictione auctoritate Apostolica, altera autem pro benedictione Ordinarii auctoritate *P peragenda. Postrema adhibenda erat in benedictione Abbatum, qui ab Ordinarii loci iurisdictione exempti non erant, quique proinde proprio Ordinario loci subiectionem et obedientiam in ipsa benedictionis eae remonia promittere tenebantur. Prior vero formula assumebatur, prouti adhuc in praesens assumitur, in benedictione Abbatum exemptorum, quorum quidem benedictio vel in Curia Romana fit, vel de mandato Apostolico extra Romanam Curiam peragitur, quin loci Ordinario, de cuius potestate exempti sunt, subiectionem et obedientiam promittere debeant. Quoniam vero omnes Ordinis Sancti Benedicti confoederati Abbates palmario exemptionis privilegio gaudent, quod, praeter innumeras antiquas leges identidem editas, etiam nuper promulgatus iuris canonici Codex confirmat (can. 615), horum Abbatum benedictio semper auctoritate Apostolica peragitur. Sed cum ipsa benedictio saepius extra Romanam Curiam sit impertienda, peculiare in singulis casibus Apostolicum mandatum debet exquiri, quod generaliter dirigitur ad Episcopum, cuius in dioecesi futurum benedicendi Abbatis coenobium reperitur, nisi agatur de Abbate nullius dioecesis benedicendo, aut peculiare privilegium adfuerit a quolibet Episcopo benedictionem recipiendi. Codex enim, cum hac in re integre ius antiquum referat, a mandato Apostolico impetrando non eximit, neque illud de iure confert Episcopo dioecesano, sed enunciati mandati necessitas, sicuti antea, permanet. Considerata vero Ordinis Sancti Benedicti ubique terrarum propagatione, cum in pluribus casibus et a longinquis etiam regionibus ad Sanctam hanc Sedem recursus pro mandato Apostolico fieri, atque interea benedictio longum per tempus differri debeat, dilectus filius Fidelis de Stotzingen, Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti, totius Ordinis Benedictini confoederati exprimens vota, pro benedictione omnium Abbatum Ordinis eiusdem extra Romanam Curiam impertienda, generale seu commune mandatum Apostolicum, semel pro semper, enixis precibus Nos flagitavit. Nos autem, omnibus

rei momentis attento seduloque studio perpensis, ut inclytus et vetu" stissimus Ordo, a monachorum occidentalium Patriarcha in Ecclesiae bonum et columen constitutus, novum nanciscatur Pontificiae benevolentiae pignus, enunciati Abbatis votis annuentes, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, pro omnibus Ordinis Sancti Benedicti confoederati Abbatibus, in posterum, extra Romanam Curiam benedicendis, ubique terrarum, generale seu commune mandatum Apostolicum ad Episcopum dioecesanum respectivum directum, semel pro semper, largimur, quod ad ritualem *Pontificalis* interrogationem « habetis mandatum Apostolicum? » legi possit. Ad haec, quoniam dioecesani Episcopi nonnumquam impediti sunt, quominus benedictionem abbatialem opportuno tempore impertiant, concedimus ut, firmis peculiaribus privilegiis, non solum Abbates *nullius*, de quibus mentio fit in can. 322 § 2; 323 § 1, nec non Abbates quorum monasteria reperiantur intra fines alicuius dioecesis *nullius*, sed etiam ceteri Abbates Ordinis Sancti Benedicti confoederati praefatam benedictionem recipere valeant a quolibet Episcopo cum hac Sancta Sede Apostolica communionem habente, quoties sedes episcopalis vacaverit, vel quoties in scriptis constiterit, Episcopum dioecesanum aut legitime impeditum esse, quominus eam ipse conferat, aut consensum suum ad hoc dedisse. Praecipimus vero, ut in sollemni benedictionis caeremonia Abbas benedicenda debitae fidelitatis iugiter servandae consueto iureiurando se adstringat.

Haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut praesentium Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix iunii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

ECCLESIA CATHEDRALIS BURGENSIS B. M. V. SIDERIBUS RECEPTAE DICATA, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Decessorum Nostrorum insistentes vestigiis, quae in orbe catholico templa antiquitate, dignitate, artium monumentis excellere videantur, ea consuevimus peculiaribus honoris titulis ac privilegiis locupletare, ut ea populares continentium regionum, qua maiore fieri potest, et reverentia colant, et animorum ardore Deum precaturi invisant. Quam ob rem cum dilectus filius Noster ioannes S. R. E. Cardinalis Benlloch y Vivó, ex Apostolica dispensatione Burgensium Archiepiscopus, qui nunc in Romana Curia adest, enixas ad Nos preces admovent, ut ecclesiae cathedrali Burgensi dignitatem, titulum ac privilegia Basilicae minoris, pro Nostra benignitate, impertiri dignaremur, Nos purpurati Patris ipsius optatis annuendum ultro libenterque existimavimus. Et revera optime novimus cathedralem eandem, quo est mirabili artificio exstructa, principem obtinere locum inter aedes sacras, quae Hispaniarum regiones nobiiitant atque insigne catholici populi hispanici studium religionis testantur; nam templum ipsum iam anno MCCXXI inchoatum a Burgensium Episcopo Mauritio, auspice atque adiuvante sancto Hispaniarum rege Ferdinando, amplitudine, operum artis, quam gothicam vocant, mirificis lineamentis, altarium et sacrae supellectilis copia et magnificentia inter cetera totius regionis hispanicae praecellit. Neque Nos latet hoc ipso anno, proximo mense iulio, septingentesimum celebrandum fore anniversarium, ex quo auspicalis lapis sacri aedificii iactus est, ac propterea Nos quoque volumus eum faustissimum eventum efficere laetiorem, itemque christifidelibus archidioecesis Burgensis stimulos addere, ut maiore in dies prosequantur veneratione beatam Mariam Virginem in caelos Assumptam, cui eadem cathedralis ecclesia dedicata est. Qua re, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi SS. Rituum praepositis, motu proprio ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Literarum tenore perpetuumque in modum, enunciatam cathedralem ecclesiam archidioecesis Burgensium, dignitate ac titulo Basilicae minoris honestamus, cum omnibus

et singulis honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis, quae aliis minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus iugiter sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis; auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ï iulii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VI

3RIGITUR IN PRIMARIAM ASSOCIATIO A TER REPETITA ANGELICA SALUTATIONE VULGO «ŒUVRE DE PROPAGANDE DES TROIS AVE MARÍA », BLESII INSTITUTA, CUM FACULTATE AGGREGANDI UBIQUE TERRARUM, ADDITIS INDULGENTIIS AC PRIVILEGIIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. - Nihil magis acceptum Nobis est quam ut in christiano populo erga gratiarum apud Deum conciliatricem Virginem Mariam pietas excitetur. Frugiferum hunc ad finem obtinendum plurimum valet repetita Angelicae salutationis recitatio, quam et a priscis temporibus sancti viri praedicarunt et Romani Pontifices Nostri praedecessores, peculiaribus etiam de thesauro Ecclesiae additis gratiis, provexerunt. Quare non sine laetitia comperimus quae retulit ad Nos dilectus filius Chlodoveus a Provin, ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum alumnus, nimirum in civitate Blesensi in sacello B. M. V. Immaculatae dicato, piam canonice institutam fuisse societatem sive confraternitatem sub titulo « Salutationis Angelicae ter repetitae » ad potentiam, sapientiam et misericordiam Dei Matris recolendas. Comperimus quidem hanc societatem brevi, favente Deo, uberrima nactam fuisse incrementa et a multis sacrorum Antistitibus probatam, non modo in universam Galliam se effudisse, sed, nationis illius fines praeter gressam, nunc in Italiam, Lusitaniam et ad exteras quoque catholicas missiones migrasse, et non minus sociorum numero quam bonorum

operum exercitatione florere. Nunc autem cum idem Pater Chlodoveus enunciatae societatis hodiernus Moderator enixas Nobis preces humiliter adhibuerit, ut societatem ipsam ad Primariae sive ad Archiconfraternitatis gradum promovere dignemur, hisque precibus plurium Episcoporum, Archiepiscoporum atque etiam S. R. E. Cardinalium consensus et suffragia accedant; Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S.R.E, Cardinalibus Congregationi praepositis pro Tridentini Concilii decretis interpretandis, Associationem titulo « Salutationis Angelicae ter repe- « titae », in sacello publico, Immaculatae Conceptioni dicato, Ordinis Minorum Capulatorum civitatis Blesensis canonice exsistentem, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, in Archisodalitatem sive in Societatem Primariam cum solitis privilegiis erigimus atque instituimus. Ipsius autem Societatis sic in Primariam a Nobis erectae, officialibus et sodalibus praesentibus et futuris, auctoritate similiter Nostra, praesentium tenore et quidem perpetuo concedimus ut ipsi, servatis religiose sacrorum canonum praescriptis, alias eiusdem nominis atque instituti societates ubique terrarum institutas, sive instituendas in posterum, sibi aggregare queant, et cum illis pariter communicare valeant omnes et singulas indulgentiarum relaxationes eidem Primariae Archisodalitati a Sancta hac Sede concessas sive in posterum concedendas, dummodo hae tamen cum aliis possint communicari.

Sodalium autem Archisodalitatis eiusdem spirituali bono consulere cupientes, audito dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroqme sexu, qui dictam Archisodalitatem « Salutationis Angelicae ter « repetitae » in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si sacramentali confessione expiati sacram synaxim sumpserint, plenariam indulgentiam largimur, dummodo quavis in ecclesia pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, et, si de absentibus sociis agatur, concedimus ut ipsi eam lucrari valeant, servatis servandis, quum diem, qua adscripti primum fuerint, certo modo noverint; ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis sociis in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes-ac confessi ac Sacra Communione refecti, vel, quatenus id agere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint, etiam plenariam indulgentiam tribuimus. Praeterea iisdem nunc

et in posterum ipsam in Archisodalitatem sive Primariam Societatem adlectis fidelibus, qui tribus praecipuis Associationis festis diebus, nempe immaculatae Conceptionis, Annunciationis et Assumptionis B. M. V., et quatuor patronalibus festivitatibus Archisodalitatis memoratae, scilicet sanctae Mechtildis Virginis, sancti Antonii Patavini Confessoris, sancti Leonardi a Portu Mauritio Confessoris et sancti Alfonsi a Ligorio Confessoris et Ecclesiae Doctoris; nec non tribus aliis festis sancti Iosephi B. M. V. Sponsi, saneti Gabrielis Archangeli et sancti Franciscis Assisiensis Confessoris; tandem primo cuiusque per annum mensis sabbato, sacramentali admissorum confessione expiati et caelestibus recreati epulis, quotannis, a medietate diei praecedentis ad mediam usque noctem festi respectivi, propriam Associationis cappellani, si exstet in locis ubi degunt, secus quodvis publicum templum sive sacellum, visitent, ibique, prout supra, pias preces effundant, quo die iniuncta pietatis opera adimpleant, item plenariam indulgentiam concedimus. Insuper enunciatae Primariae Associationis sodalibus praesentibus et futuris, quoties per novem subsequentes dies mane et vespere salutationem Angelicam ter contrito corde ac devote recitaverint, septem annos totidemque quadragenas; quoties vero salutationem ipsam ter, contrito pariter corde et devote, recitent, trecentos dies; sodalibus autem secundi gradus, sive zelatoribus appellatis, quoties iuxta Associationis tabulas ad diffundendam piam consuetudinem ter salutationem Angelicam recitandi, vel etiam ad inscribendos eidem societati fidelibus operam dederint, toties iis de numero poenalium in forma Ecclesiae consueta centum expungimus

Ad haec, tam adscriptis quam in posterum adscribendis sacerdotibus veniam facimus ex qua ipsi, tribus per hebdomadam diebus, Missae quam pro defunctis rite celebrabunt, altaris indulgentiam applicare valeant. Sacerdotibus autem Moderatoribus omnium associationum ipsi Primariae in posterum aggregandarum facultatem facimus, servandis de iure servatis, ac dummodo sint ad sacramentales confessiones excipiendas probati, tempore sacrorum missionum publice, aliis vero temporibus privatim, benedicendi iuxta ritum formulamque praescriptam, cruces, crucifixos, sacra nomismata, coronas precatorias et parvas D. N. I. C, beatae Mariae Virginis et Sanctorum ex metallo statuas, eisque applicandi indulgentias, quae continentur in elencho per typos edito die v mensis septembris a. MCMXIV, non exclusis, quod ad coronas precatorias, indulgentiis a sancta Birgitta nuncupatis, et etiam illis quae a Patribus Crucigeris vocantur. Praefatis quoque Moderatoribus, durante munere, privilegium quater in hebdomada concedimus, cuius vi Missae ab iisdem ad quodvis cuiusque ecclesiae altare rite celebratae, illi ani-

mae pro qua peractae fuerint perinde suffragentur ac si ad privilegiatum altare celebratae fuissent.

Tandem, cum sodales ipsi Primariae Associationi sive Archisodalitati inscripti, ex praescripto eiusdem Associationis persaepe recitare soleant piam invocationem, iam ab hac Sede Apostolica indulgentiis ditatam: « O Mater mea, libera me hodie a peccato mortali», permittimus, ut ipsi sodales vocabulo « hodie » substituere possint « durante die hoc », si invocationem recitent mane, sive « durante hac nocte » si eam recitent vespere, idque quocumque idiomate dummodo versio fidelis sit, quin indulgentia invocationi adiuncta detrimentum ullum patiatur.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ipsique Sodalitati, sic in Primariam a Nobis evectae, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Largimur simul ipsis sociis praesentibus et futuris memoratae Primariae societatis, si malint, liceat indulgentiis omnibus, tam plenariis quam partialibus, quas supra numeravimus, exclusa plenaria in mortis articulo lucranda indulgentia, functorum vita labes poenasque expiare. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus, speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xxx** iulii MCMxxi, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EM.UM P. D. CAROLUM IOSEPHUM S. R. E. PRESB. CARD. SCHULTE, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM: DE CATHOLICO PHILOSOPHIAE INSTITUTO COLONIAE AGRIPPINAE CONDENDO.

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Optimum sane consilium, uti accepimus ex tuis officiosis litteris, nuper iniisti, comprobante Fuldensi Episcoporum conventu, Catholicum videlicet Institutum Coloniae Agrippinae condendi ut philosophia altius excolatur. Profecto nihil esse potest salubrius aut opportunius quam ut Institutaverae scientiae, idest philosophiae, condantur, ubi non modo solida atque tuta tradatur doctrina, sed etiam ea omnia dilucide explicentur, quae pertinent ad supremas veri et boni rationes, ut quaestiones variae aeque solvantur, quae sint perpetua vice exoriturae. Iamvero philosophia, quae merito principem locum apud catholicos obtinet, illa est quam scholasticam vocant; quaeque, a sanctis Doctoribus exculta, ad eum perfectionis apicem Aquinatis ingenio evecta est, ut fere nequeat sublimius assurgere. Quam quidem ad rem exploratae plane sunt praescriptiones Romanorum Pontificum, quas dudum ratas habuit Codex iuris canonici. Non pauci quidem, uti novimus, etiam ex lectissimis Germaniae viris, iam diu censent scholasticam, quae iure *philosophia sensus communis* appellata est, in dignitatem pristinam restituendam esse, ut ea tandem, ex oblivione contemptuque emergens, non modo clericorum mentes, sed etiam eorum qui civilia munia obibunt recte fingat atque conformet, id est sane verissime dictum; scholasticae enim studium cum sit theologiae sacrae quasi aditus, tum valde confert ad humanas scientias omne genus provehendas: principia, quibus regantur, eisdem praebendo, ac fundamenta suppeditando quibus nitantur. Nos igitur, praeclaram dilaudantes Episcopatus istius sollertiam, id magnopere optamus ut quam citius Catholicum philosophiae Institutum excitetur idemque ad splendorem revirescat veteris studiorum Universitatis, cum duo illa doctrinae lumina Coloniae philosophiam tradebant, Albertus magnus et summus Aquinas. In hanc rem Ipsimet certam pecuniae vim libenter destinamus; ac fore confidimus ut boni omnes in Germania, qui optime semper de Ecclesia mereri soliti sunt,

nunc etiam opus istud munifice iuvare velint, cum quo tantum coniungitur catholicae civilisque rei emolumentum. Auspicemque divinorum munerum et paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, singulis Germaniae Episcopis, iisque omnibus qui quomodocumque perficiendae rei operam dabunt, apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis iunii, in festo Apostolorum Principum, MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD E.MOS PP. DD. ALEXANDRUM S. R. E. PRESB. CARD. KAKOWSKI, ARCHIEPISCOPUM VARSAVIENSEM, EDMUNDUM S. R. E. PRESB. CARD. DALBOR, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET PÓSNANIENSEM, CETEROSQUE POLONIAE EPISCOPOS: DE RATIONE A CLERO SERVANDA IN PRAESENTI POLONIAE CONDITIONE.

Dilecti filii Nostri et .venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. •— Ex iis litteris, quas, a Vobis datas, dilectus filius Noster Alexander Kakowski, Cardinalis Archiepiscopus Varsaviensis, Nobis reddidit, perlibentes cognovimus de fraterno conventu vestro ad sepulcrum sancti Stanislai, Polonorum patroni caelestis, nuper habito; et quae pro vestro pastorali munere communiter ceperitis consilia, ea reapse ad bonum animarum, vestris mandatarum curis, velit Deus suae gratiae virtute valere, enixe precamur.

In iisdem litteris nonnulla Vos commemoratis ex iis beneficiis, quae Nos in populum polonum conferre studuimus. Verum multo maiora multoque illustriora ex historia suppetunt testimonia peculiaris illius caritatis, qua semper haec Apostolica Sedes nationem vestram prosecuta est: quae quidem caritas tanto impensior esse consuevit, quanto deteriore condicione Polonia utebatur. Nam, cum a civitatum rectoribus potior iure haberetur vis, omnesque taciti politicam civitatis polonae personam deleri sinerent, una reclamavit Apostolica Sedes; cum polonorum sanctissima iura superbo dominatu premerentur, una eorum defensionem etpaiam et secreto suscepit Apostolica Sedes; cum, recenti maximo bello, essent qui autumarent satis bene provisum iri Poloniae, si ei quoddam *autonomiae* genus quod promittebatur, tribueretur, una

haec eadem Apostolica Sedes pluries affirmateque contendit, plenam perfectamque libertatem, id est *independentiam* quam vocant, opus esse Poloniae, omninoque curandum, ut ad pristinam reviresceret personae moralis dignitatem.

Noster hic amor Nostrumque studium erga nationem vestram, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, uno definitur termino, quem scilicet officium iustitiaque indicat. Etenim ubi de suis quisque rationibus populi inter se pugnant, Romani Pontificis, communis omnium parentis, est neutri favere parti, seque integrum ad utrosque servare. Hanc agendi rationem Romani Pontifices semper secuti sunt ; eamdemque Nos dum immane bellum gerebatur atque etiam proximo tempore ante Silesiae Superioris plebiscitum retinuimus, quaecumque dictitarint vel dictitent homines malevoli aut certe huius Apostolicae Sedis parum observantes. Si autem incensis hominum cupiditatibus fiat, quod non raro evenire experimentis compertum est, ut alienum ius violetur, eadem officii sanctitate adducimur ad eiusdem violationem improbandam atque damnandam, undecumque illa exstiterit.

Cum igitur erga patriam vestram hoc affecti simus animo, Nos vehementer optamus cupimusque ut difficultates quae sibi ad vitam politicam nunc resurgenti deesse non poterant, celeriter feliciterque Polonia évinçât, brevique ac facile possit eam cum finitimis nationibus pacificam compositionem assequi, cuius plane indiget ad suam ipsius conservationem et incrementum. Huc enimvero admodum potest vestra, dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, vestrique cleri opera et industria valere, si quidem in sacri ministerii finibus, amplissimis sane, se contineat. Quo autem modo clerici, praecipueque Episcopi sese gerere in politicis debeant, declarat epistola, quam Nos die x mensis februarii proxime elapsi ad Episcopos Belgarum dedimus, cuius hoc caput est: cum ex una parte gubernare rem publicam legitimae potestatis, quae civitati praeest, proprium munus officiumque sit, ex altera debent sacrorum Antistites illud semper meminisse Pauli ad Hebraeos (V, 1): *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum.* Ita duarum potestatum unicuique sua est definita regio, in qua versetur. Quare, sicut potestas civilis polona in ipsam rei publicae utilitatem clero debet, sacra munia obeunti, favere, ac perverse suo officio abuteretur, si ipsorum perfunctioni munerum impedimentum afferre auderet et quas habent rationes cum Deo cives, eas vellet ipsa moderari; sic Episcopi ceterique de clero polonorum, ut cives quidem liberam habent potestatem suis iuribus civilibus recte utendi, ut ministri autem sunt *Christi et dispensatores mysteriorum Dei* (I *Cor.,* IV, 1), non

debent politicis implicari negotiis, sed civitatis legibus et politicae gubernationi potestatis civilis, voce exemploque, obtemperationem suadentes, in primis id agere, ut ad religionem bonosque mores civium animos conforment. Maxime vero ad sectas Protestantium itemque ad consilia hominum turbolentissimorum, istius quoque nationis pestem molientium, vigilanter attendant, neque latius ea diffundi patiantur, sed sanas usquequaque disseminent doctrinas, diaria praesertim ac periodica scripta scriptis eorum contraria typis edendo. Denique - quod unicuique de sacro Ordine sollemne debet sanctumque esse - studeant oportet, mutuae caritatis officia tribuere suis in sacerdotio fratribus, quamvis secum in re publica dissideant, aliove sint genere vel ritu.

Ista duarum potestatum distinctio simul et conspiratio, quae quidem Ecclesiae doctrina praecipitur, semper et civibus et civitatibus salutaris exstitit. Talem nationi Polonae futuram confisi, auspicem divinorum munerum ac testem praecipuae benevolentiae Nostrae, vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, vestroque clero ac populo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis iulii, in commemoratione Ssmae Mariae Virginis de Monte Carmelo, anno MCMXXI, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. PATRITIUM MURRAY, CONGREGATIONIS A SSMO REDEMPTORE MODERATOREM GENERALEM, ANNO EXEUNTE QUINQUAGESIMO CUM SANCTUS ALFONSUS M. DE LIGORIO INTER ECCLESIAE DOCTORES ADSCRIPTUS EST.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quinquagesimo exeunte anno cum sanctissimus Congregationis istius Pater legifer, Alfonsus Maria de Ligorio, inter Ecclesiae Doctores sollemni ritu adscriptus est, equidem gratulamur vobis ex animo quod tam sedulam dedistis operam ut scripta eius saluberrima usquequaque propagarentur. Ita, ex quo ille hoc novo decore a decessore Nostro f. r. Pio IX insignitus est, clarius latiusque per christianum orbem universum caelestis eius sapientia ducere coepit, idque magna admodum cum studiosorum et animarum utilitate. Etenim, dum plerumque accidit ut optimi quoque libri decursu temporis oblitterentur, maior quidem in dies appa

ret Alfonsianae doctrinae praestantia atque opportunitas ; ut nulla paene sit aetatis huius errorum fallacia, quam, maxima saltem ex parte, sanctus Doctor invicte iam non refutarit. Verum hoc est praecipue in eius laude ponendum quod fidei principia ita roborare studet ut eadem ad recte agendum efficaciter conducant; ob eamque causam non modo studiosis ac doctoribus is est adiumento, sed etiam fidelibus omnis ordinis, quibus ad solidas virtutes et perfectionis christianae apicem assequendum viam ostendit atque complanat. Iamvero in ceteris quoque disciplinis sanctus Alfonsus praeclare enituit, praesertim in re dogmatica, quaestiones difficillimas et maxime controversas perspicue admodum eruditeque pertractando. Haec autem documenta sacra, a Christo Domino tradita, in usum is deducere contendit, non modo de iis egregie scribendo, sed potius de iis sancte vivendo, ut mirificum pastoralis doctrinae exemplar in se ipse pastoribus omnibus exhibuerit. Huc accedit quod cum probe novisset vir pientissimus Dei amorem, et perennem esse omnis virtutis fontem, et vinculum quo fides cum christiana vita coniungitur, idcirco in dilectione divina is posuit sanctitudinis fundamentum; quam quidem caritatem excitandi causa, in eo totus fuit ut hominibus summam Iesu Christi amabilitatem repraesentaret, Passionem eius praesertim sanctaeque Eucharistiae institutionem recolendo: his enim ante omnia homines mira vi amoris alliciuntur. Hoc flagrans caritatis spiritu, innumerabiles fere precationes confecit, seraphicum redolentes ardorem, quae multas in linguas conversae, ubique in fidelium ore versantur, ut vere dici queat, plurima catholicorum centena millia ipsis Alfonsi verbis suam erga Deum et Virginem Matrem patefacere fiduciam, suas fundere preces, suumque amorem profiteri. Quare libenti sane animo Nos istam participamus laetitiam, quae non solum domestica est, sed ad Ecclesiam universam quodammodo pertinens. Atque hortamentum in laudem vertentes, id fore omnino confidimus ut, tanti Patris exemplo, ad Dei gloriam animarumque salutem alacritate nova allaboretis; qui certe fructus erit istius commemorationis pulcherrimus. Caelestium autem munerum auspicem ac paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, singulisque religiosae familiae alumnis, cui tu praees diligenter, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis iulii MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD EM.UM P. D. PETRUM S. R. E. CARD. GASPARRI, A SECRETIS STATUS: DE MISERRIMA RUSSIACI POPULI. CONDITIONE LE VANDA.

Signor Gardinale,

Le notizie che in questi giorni Ci pervengono intorno alle condizioni del popolo russo, sono, come Ella, signor Cardinale, ben sa, particolarmente gravi. A quanto si può giudicare dalla laconica sobrietà di queste prime informazioni, noi ci troviamo di fronte ad una delle più spaventose catastrofi della storia. Masse sterminate di creature umane, colpite dalla fame, falciate dal tifo e dal colera, ondeggiano disperatamente sopra una terra inaridita e si riversano su i centri più popolosi, dove sperano di trovare il pane e donde vengono ricacciate con la forza delle armi. Dal bacino del Volga molti milioni di uomini invocano, dinanzi alla morte più terribile, il soccorso dell'umanità.

Questo grido di dolore, signor Cardinale, Ci ha ferito profondamente. Si tratta di un popolo già sommamente provato dal flagello della guerra; >di un popolo, su cui brilla il carattere di Cristo e che ha sempre fortemente voluto appartenere alla grande famiglia cristiana. Per quanto separato da Noi da barriere che lunghi secoli hanno innalzato, esso è tanto più vicino al Nostro cuore di Padre, quanto è più grande la sua sventura.

Signor Cardinale, Noi sentiamo il dovere di fare tutto il possibile nella Nostra povertà per soccorrere i figli lontani. Ma la vastità della rovina è tale che tutti i popoli debbono unirsi per provvedere; e nessuno sforzo, per quanto grande, riuscirà di troppo dinanzi all'immensità del disastro. Perciò La invitiamo, signor Cardinale, a mettere in opera i mezzi che sono a sua disposizione per far presente ai Governi delle varie Nazioni la necessità di una pronta ed efficace azione comune.

Il Nostro appello innanzi tutto va ai popoli cristiani, i quali conoscono l'infinita carità del divin Redentore, che ha dato il sangue per renderci tutti fratelli; e poi va a tutti gli altri popoli civili, perchè ogni uomo, degno di questo nome, deve sentire il dovere di accorrere dove muore un altro uomo.

Più di una volta, ii questi anni calamitosi che traversiamo, la Sede Apostolica ha levato la voce in mezzo alle Nazioni, memore dell'alta e

dolce missione che Iddio le ha affidato. Se la Nostra parola oggi torna ad implorare la carità, quando ancora non è spenta l'ultima eco delle Nostre passate esortazioni e delle Nostre suppliche, ciò è solamente perchè i nuovi dolori uguagliano e forse superano le passate sciagure.

Intanto tutti i figli della Chiesa di Cristo, sparsi per il mondo, ricchi e poveri, mentre depongono il loro obolo a favore dei fratelli che muoiono di fame, innalzino a Dio con fiducia le loro preghiere, perchè si degni di soccorrerci con la sua infinita Provvidenza ed affrettare la fine di un così tremendo flagello.

Con questo voto, signor Cardinale, Ci è grato impartirle l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, il 5 di agosto 1921.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA 88. CONGREGATIONTJM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

CfRGA PROPONENDOS AD EPISCOPALE MINISTERIUM PRO DIOECESIBUS RITUS LATINI IN POLONIA.

1. Ad proponendos Apostolicae Sedi sacerdotes ad episcopale ministerium idoneos ac dignos, conventus Episcoporum ritus latini in Polonia fient tempore et modo infra assignatis.

2. *Quolibet triennio,* sub initium Quadragesimae, incipiendo ab an, 1922, omnes et singuli residentiales Episcopi Poloniae, iuxta modum infra statutum, Metropolitano seniori, qui Praeses erit conventus, sacerdotum nomina indicabunt, quos dignos episcopali ministerio existimabunt. Nil autem vetat quominus, hos inter, alterius etiam dioecesis vel provinciae sacerdotes proponantur; *sub gravi* tamen exigitur ut, qui proponitur, personaliter et ex diuturna conversatione a proponente cognoscatur.

3. Una cum nomine candidati, aetatem quoque, quando fieri potest, designabunt, eius originis et actualis commorationis locum, atque officium quo principaliter fungitur.

4. Antequam determinent quem proponant, Episcopi poterunt a proprio Auxiliari seu Suffraganeo, si quem habeant, et ab aliis viris ecclesiasticis prudentioribus, etiam cleri regularis, necessarias notitias exquirere, ita tamen ut finis huius inquisitionis omnino lateat. Notitias vero quas seu viva voce seu scriptis receperint, nemini patefaciant, nisi forte in Episcoporum conventu, de quo inferius.

5. Nomina quae Episcopi iuxta art. 2 proponent, nulli alii praeterquam conferentiae Praesidi manifestent.

6. Praeses, habitis ab Episcopis candidatorum propositionibus, suas adiiciat: omnium indicem ordine alphabetico conficiat et, reticitis pro-

ponentibus, hanc notulam transmittat singulis Antistitibus, ut hi opportunas investigationes peragere valeant de qualitatibus eorum quos personaliter et certa scientia non cognoscant.

7. investigationes eiusmodi maxima secreti cautela peragendae erunt, ut supra num. 4 dictum est. Quod si vereantur rem palam evasuram, ab ulterioribus inquisitionibus abstineant.

8. Die et loco a Praeside determinandis, omnes memorati Episcopi convenient ad seligendos eos qui Sanctae Sedi ad episcopale ministerium proponi debeant. Convenient autem absque ulla solemnitate, quasi ad familiarem congressum, ut attentio quaelibet, praesertim diariorum et ephemeridum, et omne curiositatis studium vitetur.

9. In conventu, invocato divino auxilio, praestandum erit a singulis, Praeside non excepto, factis Ss. Evangeliis, iusiurandum de secreto servando, ut sacratius fiat vinculum quo omnes adstringuntur: post hoc regulae ad electionem faciendam legendae erunt.

10. Deinde unus ex Episcopis praesentibus in Secretarium eligetur.

11. His peractis, ad disceptationem venietur ut, inter tot exhibitas, digniores et aptiores seligantur. Id tamen veluti Christo praesente et sub Eius obtutu fiet, omni humana consideratione postposita, cum discretione et caritate, supremo Ecclesiae bono divinaque gloria et animarum salute unice ob oculos habitis.

12. Candidati maturae sed non nimium provectae aetatis esse debent; prudentia praediti in agendis, quae sit ex ministeriorum exercitio comprobata; sanissima et non communi doctrina exornati, et cum debita erga Apostolicam Sedem devotione coniuncta; maxime autem honestate vitae et pietate insignes. Attendendum insuper erit ad capacitatem candidatorum quoad temporalem bonorum administrationem, ad conditionem eorum familiarem, ad indolem et valetudinem. Uno verbo, videndum utrum omnibus iis qualitatibus polleant, quae in optimo pastore requiruntur, ut cum fructu et aedificatione populum Dei regere queant.

13. Discussione peracta, fiet hac ratione scrutinium :

a) Qui omnium Episcoporum sententia, quavis demum de causa, visi fuerint in disceptatione ex numero proponendorum expungendi, ii in suffragium non vocabuntur; de ceteris, *etiam probatissimis,* suffragium feretur.

6) Candidati singuli ordine alphabetico ad suffragium proponentur: suffragia secreta erunt.

c) Episcopi omnes, Praeside non excepto, pro singulis candidatis tribus utentur taxillis seu calculis, albo scilicet, nigro, tertioque alte-

rius cuiuscumque coloris: primo ad approbandum, altero ad reprobandum, tertio ad abstensionem indicandam.

d) Singuli Antistites, praeeunte Praeside, in urna ad hunc finem disposita taxillum déponent, quo dignum, *coram Deo et graviter onerata conscientia,* sacerdotem aestimabunt qui in suffragium vocatur; reliquos taxillos binos in urna alia, pariter secreto, déponent.

e) Suffragiis expletis, Praeses, adstante Episcopo Secretario, taxillos in prima urna depósitos extrahet, et eorum speciem coram omnibus numerabit scriptoque adnotabit.

14. Quamvis vero Summus Pontifex sibi reservet, dioecesi vel archidioecesi aliqua vacante, opportunis modis consilia ab Episcopis vel Archiepiscopis requirere, ut personam eligat quae inter approbatas magis idonea videatur dioecesi illi regendae, nihilominus fas erit Episcopis in eodem conventu indicare, generali saltem ratione, cuinam dioecesi, maiori vel minori, tranquillae et ordinatae, an etiam multis subsidiis indigenti, candidatos magis idoneos censeant, et quibus de causis.

15. Episcopus a secretis, discussione durante, diligenter adnotabit quae de singulis candidatis a singulis suffragatoribus dicta fuerint ; quae* nam discussionis fuerit conclusio; denique quinam tum in primo scrutinio, tum in secundo (si fiat) fuerit exitus, et quidnam specialius iuxta art. 14 fuerit dictum.

16. Antistites a conventu ne discedant, antequam ab Episcopo Secretario lecta fuerit relatio ab eodem confecta circa nomina proposita, candidatorum qualitates et obtenta suffragia, eamque probaverint.

17. Actorum exemplar a Praeside, a Praesule a secretis et a ceteris Episcopis praesentibus subsignatum, quam tutissime ad Sacram hanc Congregationem mittetur. Acta vero ipsa penes ipsum Praesidem in archivo secretissimo Sancti Officii servabuntur, destruenda tamen post annum, vel etiam prius, si periculum violationis secreti immineat.

18. De cetero fas semper erit Episcopis, tum occasione propositionis candidati tum vacationis alicuius sedis, praesertim maioris momenti, litteras Sacrae huic Congregationi vel ipsi Ssmo Domino conscribere, quibus mentem suam circa personarum qualitates sive absolute, sive relate ad provisionem dictae sedis, patefaciant.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 20 augusti 1921.

ffa C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

II

PRAGENSIS-BUDVICENSIS

DE FINIUM DIOECESUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Incolae cuiusdam vici apud *Unterkamemen,* pertinentes ad paroeciam *Stankau,* dioecesis Budvicensis, Ordinarium Pragensem instanter supplicarunt ut, ob magnam a praedicta paroecia distantiam, viciniori ecclesiae paroeciali *Holleischen,* archidioecesis Pragensis, incorporarentur. Porro oblatis in hunc finem precibus Apostolicae Sedi a Rmo Archiepiscopo Pragensi, SSmus D. N. Benedictus PP. XV, attento favorabili voto R. P. D. Clementis Micara, Archiepiscopi tit. Apamen. et Nuntii Apostolici apud rempublicam Czecho-Slovacam, necnon habito Rmi Ordinarii Budvicensis, aliorumque, quorum interesse poterat, consensu, benigne annuendum censuit. Quamobrem de Apostolicae potestatis plenitudine, vi praesentis consistorialis decreti, statuit ut vicus apud *Unterkamenzen* eiusdemque incolae a paroecia Sfankoviensi dioecesis Budvicensis separentur, et ecclesiae paroeciali Holleischensi, in archidioecesi Pragensi, perpetuo uniantur.

Ad praemissa autem exsecutioni mandanda, SSmus Dnus deputavit R. P. D. Clementem Micara, Nuntium Apostolicum, eidem tribuens facultates omnes ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet in ecclesiastica dignitate constitutum; cum onere intra sex menses mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 28 iulii 1921.

Q3 C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

III

TIRASP0LENSIS-IASSIENSI8

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Quum nonnullae dioecesis Tiraspolensis paroeciae, in Bessarabia sitae, modo in finibus regni Romaniae fuerint inclusae, Episcopus Tiraspolensis postulavit, ut eaedem paroeciae a territorio suae dioecesis dismembrarentur et finitimae dioecesi Iassiensi aggregarentur. Quam petitionem SSfñus D. N. Benedictus PP. XV, ut facilior et expeditior redderetur animarum cura, attenta quoque latissima dioecesis Tiraspolensis extensione, auditis R. P. D. Francisco Marmaggi, Archiepiscopo tit. Adrianopolitano et Nuntio Apostolico in Romania, nec non R. P. D. Alexandro Cisar, Episcopo Iassiensi, benigne excipiendam censuit. Quapropter, de Apostolicae potestatis plenitudine et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, per praesens decretum consistoriale statuit, ut sequentes paroeciae *Kischineff, Bender, Bieley, Chotin* et *Krassna,* quae hucusque ad dioecesim Tiraspolensem pertinuerunt, ab eadem dioecesi aveilantur et dioecesi Iassiensi perpetuo ac cum omnibus iuribus et obligationibus huic dioecesi propriis adiuvantur atque uniantur.

Ad haec omnia exsecutioni demandanda, Sanctitas Sua deputavit memoratum R. P. D. Franciscum Marmaggi, Nuntium Apostolicum, eidem tribuens facultates omnes ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere intra sex menses mittendi ad Sacram hanc Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 2 augusti 1921.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

h. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas pastore providit, nimirum :

13 iulii 1921. — Cathedrali Ecclesiae de Piata, in Republica Argentina, praefecit R. P. D. Franciscum Alberti, hactenus Episcopum titularem Siuniensem.

29 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Himeriensi, R. P. Alfridum Baudrillard Rectorem Instituti Catholici Parisiensis et Antistitem Urbanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Andrapanensi, R. P. Matthaeum Colón Canals, quem constituit Auxiliarem Emi ac Rmi P. D. Henrici S. R. E. Presb. Card. Almaràz et Santos, Archiepiscopi Toletani.

30 iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Guatimalensi, R. P. Aloysium Muñoz, presbyterum Societatis Iesu.

4 augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Huarensi, R. D. Augustinum De Iesus et Souza, Canonicum theologum Bracharensis cathedralis, quem deputavit in Coadiutorem cum iure futurae successionis Rmi Episcopi Lamacensis.

5 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Portoricensi, R. D. Georgium Iosephum Garuana, e dioecesi Bruklyniensi presbyterum.

10 augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Baltimorensi, R. P. D. Michaelem Iosephum Curley, hactenus Episcopum S. Augustini.

— Cathedrali Ecclesiae Toletanae in America, R. D. Samuelem Stritch, Cancellarium Curiae dioecesanae Nashvillensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Platearum, R. D. Ferdinandum Périer, S. L, deputatum in Coadiutorem cum iure futurae successionis Archiepiscopi Calcuttensis.

12 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Misnensi, nuperrime restitutae, R. D. Christianum Schreiber, rectorem Seminarii dioecesis Fuldensis.

19 augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Camulianensi, R. D. Ioannem Dunn, quem deputavit in Auxiliarem R. P. D. Patritii Iosephi Hayes, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.

20 augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Curiensi, R. D. Michaelem Crane, quem deputavit in Auxiliarem Emi ac Rmi P. D. Dionysii S. R. E. Presbyteri Card. Dougherty, Archiepiscopi Philadelphiensis.

SACEA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

DIOECESIS *L.*

IRREGULARITATIS EX DEFECTU CORPORIS

1 iulii 1918

Ordinarius L., datis ad hanc Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum litteris, die 22 mensis octobris, anni 1917, ab eadem gratiam dispensationis expetiit ab impedimento irregularitatis ex defectu corporis pro clerico suae dioecesis A. F., qui, ob vulnus in bello acceptum, integrae manus dexterae cum arteriis *(de la main droite et du poignet droit)* rescissionem pati coactus fuerat, ut exinde ad sacros Ordines promoveri posset.

Rmus Ordinarius his rationibus instanter porrectas preces communire sategit: 1) Agitur in casu de iuvene ingenii animique dotibus praestantiam antequam immanis belli incendium oriretur, iam ecclesiasticis incumbere coeperat studiis, vocationisque ad sacerdotium ineundum perspicua ostenderat signa. - 2) Ad arma vocatus, toto tempore quo stipendia facere coactus fuit, nullam praebuit reprehensionis ansam, immo multa exstitit laude dignus. Vulnere in bello accepto, maxime perdoluit quod ei impedimentum obiiceretur, quo minus sua optata recipiendi sacerdotium explerentur. - 3) In dioecesi valde sacerdotibus opus est, propterea quod plurimi in bello morti occubuere. - 4) Cum modo scientia, quam *orihopaedicam* vocant, multum profecerit, ac plurima excogitaverit inventa, mutuus iuvenis arte quaesita manu uti poterit, cuius ope quae ad sacra exercenda pertinent prorsus sibi fas erit peragere.

Verum, cum ageretur de dispensatione impertienda ab irregularitate maximi quidem momenti ac de promovendo ad sacros Ordines, pro quo nullum simile exemplum superioribus temporibus exstare videretur a sacris Congregationibus relatum, quae ante Pianam Constitutionem *Sapienti consilio* de huiusmodi dispensationibus iudicabant, accuratissime de casu exposito disceptatum fuit in plenario huius Sacrae Congregationis conventu ab EE. ac RR. PP. Cardinalibus, mense novembri anni 1917. Atque in primis opportunum visum est a Suprema S. Officii

Congregatione exquirere « num in casu praedicto, ob rescissionem inte- « grae manus dexterne, aliquod impedimentum habeatur a quo dispensari « nequeat *ratione collationis sacramenti Ordinis* ». Et huic quaestioni in Congregatione Generali EE. et RR. Patrum in rebus fidei Inquisitorum Generalium feria iv die 14 ianuarii 1918 responsum fuit : *negative.*

Exinde haec Sacra Congregatio de Sacramentis ita eidem Rmo Ordinario L. rescripsit: « Orator sibi manum affabre arte elaboratam com- « paret, ac medici testimonium exhibeat, qui referat quae ipse eadem « artificiosa manu peragere valeat. Experimentis item coram caeremo- « niamm magistro accuratissime subiiciatur, huiusque scripta attesta- « tione praehabita, iterum hanc Sacram Congregationem adeat ».

Itaque idem Rmus Ordinarius huic Sacrae Congregationi documenta mittere curavit, ex quibus patuit oratorem manum exquisitissima arte confectam sibi aptasse, eiusque ope, eodem fatente medico, ipsum ritus, qui pro litanda Missa requiruntur, bene explere posse. Caeremoniarum pariter magister, solertissime experimento habito, plane declaravit enunciatum oratorem manu arte elaborata calicem, pixidem, atque osten sorium valide apprehendere posse, firmiter tenere ac deferre. Addit insuper ipsum, eadem artificiosa manu utentem atque laeva, calicem posse abstergeré, aperire ostensorium et claudere, atque in ipsum sacram Hostiam collocare. Nec omittit dilaudatus caeremoniarum magister haec omnia eumdem oratorem expedite, magisque in dies quotidiano accedente usu, securius expleturum.

Hisce omnibus Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV, relatis in audientia ab Emo Card. Praefecto habita die 1 iulii anni 1918, Sanctitas Sua, cunctis attentis, Rmo Ordinario L. demandare dignata est, ut pro suo prudenti arbitrio et conscientia gratiam impertiatur ad effectum de quo in precibus, dummodo absit quodcumque irreverentiae periculum erga SS. Eucharistiam, nulla habeatur fidelium admiratio, et alia serventur de iure servanda.

f A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS *V.*

MISSAE CONVENTUALIS

Die 13 martii 1920 et 12 martii 1921

SPECIES FACTI. - Supplici oblato libello Capitulum cathedrale dioecesis *V.* huic S. C. exposuit quod octo festis anni solemnioribus, quibus Episcopus pontificaliter vel eius loco una ex Dignitatibus capitularibus solemniter celebrat in cathedrali ecclesia, canonicus *hebdomadarius* ad tramitem iuris (can. 397, n. 1 Cod. iur. can.) Missam conventualem pro benefactoribus privatim celebrare et applicare solet. De quo nulla controversia.

Verum quaestio agitatur Dignitates inter et canonicos eiusdem Capituli quoad alios quatuor dies festos minus solemnes, synodales nuncupatus, idest Circumcisionis et Ascensionis Domini, SSmi Corporis Christi et beatorum App. Petri et Pauli, quibus cantus Missae conventualis, cui pontificaliter assistit Episcopus, Dignitatibus ex inolita consuetudine competit. Hisce enim quatuor festis, Dignitates celebrantes canonico hebdomadario, canonici hebdomadarii autem Dignitati celebranti onus Missae conventualis pro benefactoribus applicandae incumbere contendunt. Quum de hac re statuta prorsus sileant, nec consuetudo quae imponit hoc onus hebdomadario adhuc legitime praescripta videatur, quippe quae vix a vigesimo anno observetur - ex interpretatione nimirum resolutionis H. S. C. in Sebenicen. datae die 4 martii 1876, quae interpretatio nuper in dubium revocatur a compluribus - capitulares, assentiente ultro Ordinario, sequens dubium huic S. C. solvendum proposuerunt, nempe: « se nelle feste in cui alle Dignità *ex consuetudine* « spetti cantare la Messa, spetti pure alle medesime l'onere dell'applica-**le** zione, ovvero quest'onere, come nelle otto feste solenniori, spetti « sempre all'ebdomadario ».

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - Principium generale est in iure, Missam conventualem in Capitulis quotidie cani debere *eamque* benefactoribus in genere esse applicandam. Quod principium etiam in dato Codice confirmatur can. 413 § 2. Pronum autem est, eum applicare Missam

debere, qui debet celebrare; secundum enim mentem iuris *ea* Missa benefactoribus applicanda est, quae et dicitur et est *conventualis.* Hoc autem ius praeformatum ab Honorio III in cap. 11 *de celebr. Missar.,* etc., X., (III, 41), et postea antiquo iure melius determinatum, confirmatum est a Benedicto XIV sua const. « Cum semper oblatas » 19 aug. 1744. Concordat ius novissimum Codicis in c. 417 § 1, ubi dicitur: « Missa « conventualis applicanda est pro benefactoribus in genere ». Quibus ex verbis patet *conventualem,* et *non aliam* Missam, benefactoribus esse applicandam.

Verum quidem est, antiquo pariter ac novo iure statutum esse et praxi confirmatum, ut Episcopus pontificaliter celebrans diebus sollemnioribus in choro, seu canonicis assistentibus, non teneatur ipse applicare Missam pro benefactoribus, imo nec possit; sed iis diebus, qui generatim festi sunt, teneatur applicare Missam pro populo. Sed, si quis bene consideret, haec non est exceptio generali regulae ut celebrans Missam conventualem, applicare eam debeat benefactoribus. Missa enim illa pontificalis *non est* in sensu stricto *conventualis,* sed solum illius *locum tenet.* Et re quidem vera cautum semper est a iure et antiquo, et novo, ut pontificali Episcopi Missae non tribueretur character Missae *conventualis.* Expresse enim edixit ius antiquum Missam conventualem celebrandam esse iis diebus ab *hebdomadario* vel ab alio capitulari, *cui onus inest Missae conventualis* (S. R. C. in una Marsorum 12 novembris 1831 ad 20, n. 2682). Idipsum insinuât Codex in can. 413 § 3, quando dicit: « Missam *conventualem* sine cantu celebrare licet hebdo« madario, cum in ecclesia, pontificali ritu, Episcopus vel alius loco « Episcopi celebrat ». Ex quo canone illud quoque docemur, ne eam quidem esse Missam conventualem, quam Dignitas aut alius loco Episcopi impediti, aut tempore sedis vacantis, celebrat. Ea tenet quidem locum Missae conventualis, sed talis proprie non est. Conventualis contra est, quam hebdomadarius iis diebus celebrat et applicat.

Ex quibus deducendum est, minime punctum tulisse De Herdt, quando ad explicandam rationem, cur ea die Episcopus non teneatur applicare pro benefactoribus, asserit id accidere ex eo quod Episcopus « eam diebus festis pro ovibus suis applicare debeat ». Quae ratio non deducitur ex decreto S. R. C. ab eo citato, in una Marsorum 12 nov. 1831 ad 20°, de quo supra. Ratio sane illa non redditur a S. Congregatione rescribente, sed innuitur ab oratore. Petitio enim ita proposita fuit : « Quum Episcopus diebus festis applicare debeat pro ovibus suis, quaeritur: An, Episcopo hisce diebus pontificaliter celebrante, canonici « debeant Missam conventualem pro benefactoribus cantare et quando ».

Cui propositae quaestioni caute respondit S. Congregatio, rationem illam nec directe nec indirecte approbans : « Hebdomadarius vel is cui inest « onus Missae conventualis, illam celebret lectam ante vel post Mis- « sam pontificalem ».

Et haec omnia firmantur praescripto ipsius constitutionis Benedicti XIV « Cum semper oblatas » § 17, ubi Pontifex ait: « Alii a Missa « pro benefactoribus in genere applicanda se excusatos voluissent ex «eo quod alio quopiam Missarum onere obstricti inveniantur vel ratione « proprii canonicatus aut alterius beneficii ecclesiastici, vel quia praeter « munus canonici... in eadem vel in alia ecclesia parochialem curam « exerceant.... Sed his quoque obviam itum est, iubendo singulis praedictis ut Missam conventualem, quam canunt, pro Ecclesiae benefa- « ctoribus in genere applicent; pro aliis vero, pro quibus ipsi peculia- « riter Missam applicare tenentur, alterum substituant, qui ipsorum loco « Missam huiusmodi celebret applicetque ». Quam doctrinam apertis verbis amplectitur Codex, can. 419 § 2/ « Si quis eadem die urgeatur « onere utriusque Missae, et pro populo et conventuali, hanc ipse celebret applicetque per se, illam per alium vel per se die sequenti».

Unde profluit evidenter, Episcopum non excusari iis diebus, quibus, pontificaliter celebrat, ab applicanda Missa pro benefactoribus *ex eo quod* teneatur iam eam applicare pro populo (secus deberet dici excusatus etiam parochus, qui e contrario est obligatus, ut expresse audivimus ex Benedicto XIV), *sed ex eo quod Missa illa non est conventualis.*

Et iure merito ea Missa non habetur a lege tamquam conventualis. Conventualis enim Missa ea est, quae a canonicis vel capitularibus cantanda et applicanda est, et cui alii capitulares interesse debent nisi a iure excusentur; est enim Missa, quae pars est divini officii, ad quod in choro persolvendum Capitulum tenetur. Porro Episcopus, si Capitulum consideramus in quantum est subiectum istius obligationis, *non est* de gremio Capituli. Et re quidem vera, dici nequit Episcopus de gremio, imo nec caput Capituli, si Capitulum consideretur ut corpus distinctum habens propria sua iura et officia; tunc enim Episcopus est « contradistinctus et segregatus a Capitulo », ut docet Scarfantonius, lib. IV, tit. 1, n. 29. In eo tantum sensu Episcopus dici potest caput Capituli et de eius gremio, in quantum Capitulum consideratur quatenus est senatus Ecclesiae et consilium natum Episcopi ac praecipua pars cleri dioecesani. Sed in hoc sensu Capitulum non dicit subiectum obligationum vel iurium choralium. Quum igitur Episcopus non sit de Capitulo sensu nuper explicato, non potest ipse satisfacere obligationi chorali, qualis est Missa conventualis.

Propter eamdem rationem non est conventualis ea Missa, quae ab alio, etiam capitulari, celebratur iis diebus, quibus celebrare deberet Episcopus. Substitutus enim in casu agit nomine Episcopi eumque supplet et repraesentat.

Quando vero agitur de Missa celebranda a capitulari in choro cum eiusdem chori assistentia, tunc profecto agitur de Missa vere conventuali. Tales sunt igitur Missae illae, quae in Capitulo Dioecesis *V.* celebrantur a Dignitatibus, praesente Episcopo, quatuor illis diebus, qui in supplicatione enumerantur. Si igitur sunt Missae conventuales, ab eo applicandae sunt, qui eas celebrat, secundum ordinarium principium iuris.

Et de facto, si attendatur antiqua consuetudo ipsius Capituli Dioe«esis *V.*, Dignitates, quae eas Missas celebrabant, applicabant quoque. Abhinc tantum viginti fere annis ex erronea interpretatione responsionis, quam Sacra haec Congregatio dedit in Sebenicen., die 4 mart. 1876, factum est ut hoc onus imponeretur hebdomadario. In illa enim causa ad quaesitum primum : « An Episcopo impedito, vel sede vacante, dignior « Capituli, qui Praeposito demortuo succedit iure devolutionis in cele« oratione Missae *in diebus Episcopi,* teneatur ad illam applicandam pro « benefactoribus in genere in casu », responsum fuit a S. Congregatione: « Ad primum *negative;* et Missam pro benefactoribus applicandam esse « eo die ab ebdomadario ». Verum responsio haec agit *de diebus Episcopi,* in quibus, iuxta praefata, substitutus locum tenet Episcopi et proinde non celebrat Missam conventualem sensu stricto sumptam. Dignitates igitur eam responsionem perperam extenderunt ad Missas vere conventuales, quae non diebus Episcopi, sed diebus, ut ita dicam, Dignitatum, celebrandae sunt.

Notum equidem est S. hanc Congr. aliam dedisse responsionem in Theanen., 17 iun. 1899 et 27 apr. 1901, quae prima fronte videri posset opposita iis, quae dicta sunt. Ad quaesitum enim : « An in diebus sol« lemnioribus (agitur de diebus Episcopi, ut patet ex ipsa facti specie) « quibus Missam canit Decanus, eidem competat Missam applicare pro « benefactoribus in genere ; vel hoc competat canonicis hebdomadariis « in casu » responsum est: « *Affirmative ad primam partem; Negative « ad secundam* ». Verum notandum est in ea causa allatam fuisse consuetudinem tercentum annorum eam praxim firmantem ; ratione igitur contrariae et legitimae consuetudinis ea responsio data est. - Ut itaque in contraria correlativa specie quae nos occupat, valeret alia ac ea quae iure communi praescribitur responsio dari, pariter constare deberet -de legitime praescripta iuri communi contraria consuetudine. Id vero

in ipsa facti specie quae proponitur, excluditur; itaque non restat, nisi ut, ad normam iuris communis, proposito dubio respondatur: « *Affir-* <*mative* ad primam partem, *Negative* ad secundam ».

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Die 13 martii 1920 in plenariis comitiis Sacrae Congregationis Concilii in Palatio Apostolico Vaticano habitis, Emi ac Rmi Patres respondendum censuerunt: « Dilata, et fiant ulteriores inquisi- « tiones circa consuetudinem, si qua exstet, favore Dignitatum celebran- « tium in casu ». His autem diligentiis peractis, quum nihil novi in lucem inde prodiisset, reassumpta causa die 12 martii 1921, ad propositum dubium:

An festis in factispecie recensitis, quibus Dignitates Capituli ex consuetudine canunt Missam conventualem, onus eam applicandi pro benefactoribus, incumbat Dignitati celebranti vel canonico hebdomadario, in casu ; iidem Efiii Patres responderunt:

Affirmative ad primam partem, *negative* ad alteram.

Quam Emorum Patrum resolutionem Ssmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretarium relatam in Audientia diei subsequentis, 13 martii 1921, Sanctitas Sua approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA **FIDE**

DECRETUM

IMMUTATUR NOMEN VICARIATUS APOSTOLICI DE FU-KOW

In comitiis generalibus huius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 25 aprilis 1920 habitis, cum novus vicariatus de Kan-kow in provincia civili de Kiang-si in Sinis erectus fuerit, etiam aliarum missionum ipsius provinciae nomina immutata sunt, cum Emi Patres iusserint hos vicariatus a residentiis episcopalibus nuncupari. Hinc vicariatus apostolicus de Kiang-si orientali nomine *Fu-kow* donatus fuit. Tamen, cum R. P. D. Aloisius Clerc-Renaud petierit ut eadem missio ab urbe de Yii-kiang, in quam residentia nunc translata est, appellaretur, potius quam ab urbe Fu-kow, quod nomen simiilimum aliis urbi-

bus sinensibus est, Emi Patres in comitiis generalibus diei 23 maii precibus R. P. D. Aloisii Clerc-Renaud annuentes Vicariatum de Fu-kow appellandum potius esse censuerunt ab urbe residentiali de *Yii-Mang.* Quam Emorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Benedicto div. Prov. PP. XV in audentia eiusdem diei 23 mensis maii a Secretario huius S. C. relatam, Sanctitas Sua approbare ratamque habere dignata est, ac praesens in re decretum confici iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 1 iunii 1921.

G. M. CARD. VAN **R**OSSUM, *Praefectus.*

L. S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BITURGEN.

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI FR. ANGELO DE SCARPETTIS, ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI, BEATO NUNCUPATO.

in civitate Burgi Sancti Sepulcri, ad radices Alpium Apenninarum, provinciae Umbriae, e nobili familia de Scarpettis ortus est Servus Dei Angelus, de cuius cultu immemoriali iuridice agitur. Eius vitam et gesta Ven. Fr. Ioannes de sancto Guilelmo in apposito commentario descripsit, quod tamen, temporum iniuria deperditum, ne ab ipso quidem Aloisio Torèllio, Ordinis Augustinianensis solertissimo scriptore, reperiri potuit. Nihilominus e testium depositionibus, ex documentis authenticis et ex actis processualibus in hac Causa adornatis, compertum est Angelum de Scarpettis, adhuc iuvenem, amplis fortunis ac divitiis mundique oblectamentis contemptis, instinctum divinum afiìatumque secutus, inclyto Ordini Augustinianensi nomen dedisse circa annum 1254 atque sodalem et coaevum exstitisse sancto Nicolao Tolentinati. In Angliam missus cum sociis, pari virtute, doctrina et professione claris, suam operam apostolicam illic impendit, novisque conditis

coenobiis ipsum. Ordinem dilatavit. Singulari splendore effulsit eius virginalis candor, quem, veluti litium, usque ad mortem, integrum et florentem custodivit, aliis quoque virtutum floribus, maxime innocentiae, humilitatis et patientiae existimatione decoratum. Quam vitae sanctimoniam, constanti fama et omnium sermone, praesertim in Umbria, celebratam, Deus confirmasse fertur variis mirisque portentis, etiam in vita patratis, ipso sancto viro suffragante. Inter alia prodigia haec duo recensentur: primum est hominis, qui, dum Angelum alapa percusserat, manu totoque corpore obriguit, nec antea vim et usum membrorum recepit, quam, malefacti poenitens, ignoscendi veniam demisse petierat et a Servo Dei plenam una cum subita et prodigiosa sanatione obtinuerat. Alterum autem viri, qui, ob falsum crimen in iudicium adductus et, licet innocens, capite damnatus, obviam habet Angelum eiusque opem et preces alta voce postulat. Ille miser laqueo suspenditur, et dum eius corpus ad sepulcrum defertur, orante Servo Dei, illico vivus et sanus reperitur, rogatusque quid acciderat, respondit ipsum toto tempore, quo suspensus manebat, homo Dei suis brachiis sustentabat adeo ut nullum accepisset detrimentum. Omnibus admirantibus, ille vir innocens, liber, sanus et incolumis dimissus fuit. Angelus autem, singulari doctrina et pietate, prodigiisque clarus, obiit in patria circa annum 1306; eiusque corpus in ecclesia sui conventus honorifice sepultura fuit. Biturgensis civitas suum concivem Angelum cultus et pietatis significationibus statim ab obitu prosequuta est; praesertim in festo Omnium Sanctorum, quo die exuviae Servi Dei publicae fidelium venerationi manebant expositae et cereis accensis illuminatae. Quod pertinet vero ad quaestionem de cultu immemoriali eiusdem Servi Dei, seu de casu excepto a decretis Urbanianis, attentis peculiaribus circumstantiis, quod Processus Ordinarius super eodem cultu cum subsequenti Biturgensis Episcopi seu Ordinarii sententia confectus iam fuerant anno 1910, et ex perquisitione rite peracta nulla scripta Fr. Angeli reperta sunt, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, per decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 20 martii 1918, ipsam quaestionem esse agendam et discutiendam indulsit servato iuris ordine et praxi ante novissima decreta dierum 11 novembris 1912 et 31 ianuarii 1913 vigente. Quibus praeiactis, argumenta praecedentia, comitantia et subsequentia aevum Urbanianum, tamquam valida ab actoribus allata sunt ad probandum casum exceptum. Ex his duo exstant documenta antiquissima membranacea in archivo coenobii sancti Augustini, civitatis Biturgensis' asservata et a peritis palaeographicis rite recognita, quorum primum anni 1310 et alterum anni 1311, ex quibus patet quod Biturgiae instituta

erat Pia Sodalitas a Beata Maria Virgine et glorioso sancto Fratre Angelo nuncupata, privilegiis quoque Ordinis Augustinianensis cohonestata « *ad ampliandam devotionem* felicis recordationis Ven. Fratris « Angeli nostri Ordinis, quem Deus multis miraculis decoravit». Quare nil mirum si, anno 1555, sodales Augustinianenses, ab aedibus sanctae Clarae ad novum coenobium sancti Augustini transmigrantes, secum tulerint exuvias Servi Dei quas Angelus Perusius, visitator Apostolicus Biturgensis dioeceseos, anno 1583 sub altari principe ecclesiae collocatas invenit, scripto testificans: « eas esse cuiusdam Beati Angeli, olim « fratris eiusdem Ordinis, et qui, ut dicitur, decessit ab annis ducentum « et ultra, et semper in civitate ipsa Sancti Sepulcri habitus, tentus « et reputatus fuit Beatus et pro Beato et pro tali et de praesenti vene- « ratur ». Subiungit autem corpus ipsius, ut apparuit, adhuc integrum et adhuc eodem habitu vestitum quo et sepultum fuit, ut dixere ipsi fratres; quae conservatio et corporis et habitus huiusmodi miranda quidem est et veneranda. Ab eo tempore constans et perseverans exhi betur ipsius Servi Dei eiusque corporis publicus et ecclesiasticus cultus, per seriem scriptorum ab anno 1590 ad annum 1890, per antiquam traditionem et ecclesiae visitationes pastorales et iudiciales, atque per imagines Fratris Angeli pietas vel cusas cum appellatione Beati, et laureola seu radiis atque candido lilio, insignibus beatitatis et castitatis, exornatas, demum in anteriore parte urnae ligneae, quae custodit corpus beati Angeli, legitur ANNO MDCXX IX. R., et in posteriori parte altaris maioris super lapide fixa habetur inscriptio: « Hic B. Angeli de Scar- « pettis a Burgo S. Sepulcri Ord. Fr. S. Aug. Corpus iacet, Viri san- « ctitate perspicui, pietate insignis miraculisque dari ». Visis omnibus et singulis Processus actis consideratis, Rmus Episcopus Biturgensis suam protulit sententiam de cultu immemoriali seu «casu excepto. Quibus actis una cum sententia Romam ad sacrorum Rituum Congregationem transmissis servatisque servandis, instante Rmo P. Eustasio Esteban, Ordinis Eremitarum sancti Augustini postulatore generali, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et Sanctae Rufinae, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinario eiusdem sacrae Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sententia ab lllmo et Rmo Dno Episcopo Biturgensi lata super cultu ab immemorabili tempore exhibito praefato Servo Dei, seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum, de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore gene-

rali, omnibus diligenter perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu sententiam esse confirmandam.* Die 19 iulii 1921.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 27 eisdem mense et anno.

£B A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

L. SB S.

Alexander Verde, *Se retarius.*

II

ELNEN. * ,

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI ANNAE MARIAE ANTIGO, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS SANCTAE CLARAE.

Fidelis Iesu Christi discipula et Familiae Clarissarum decus et ornamentum exhibetur Arma Maria Antigo, cuius Causa beatificationis et canonizationis introducenda, iamdiu optata, nunc tantum, ob varias et extrínsecas difficultates, in iudicium adducta est, documentis historicis, testium depositionibus et potissimum legitima traditione suffulta. Haec Dei ancilla, in civitate Perpiniani a piis honestisque parentibus, ex Hispana ornandis, Michaele Antigo et Marcella Puyois, in lucem venit anno 1602, et die 19 ianuarii, in parochiali ecclesia sancti Iacobi, sancto baptismo regenerata fuit, eique imposita nomina Honorata, Catharina, Margarita. Puerilem et adolescentem aetatem transegit domi, ubi, una cum fratribus et sororibus, christianam recepit instructionem. Novemdecim annos agens, caelesti lumine ducta, de genitorum consensu, regium monasterium Sanctae Clarae, a Passione nuncupatum et in eadem civitate erectum, ingreditur die 24 martii 1621 et, tyrocinio laudabiliter peracto atque habitu religioso suscepto, assumpto nomine Anna* Maria, solemnia vota emittit die 26 iulii 1622. Seraphici patris Francisci et sanctae matris Clarae praecepta et exempla intento animo et studio sequens, humilitatem, caritatem, mortificationem aliasque virtutes religiosi instituti proprias colere non destitit. Ad novitias dirigendas destinata, officium magistrae tenuit recteque gessit, divinoque aestuans amore os suasque alumnas in sanctitate et iustitia coram Deo perducere sategit,

praecipue per sanctissimum Eucharistiae sacramentum, per dominicae Passionis memoriam et per filialem pietatis affectum in beatissimam Virginem Mariam eiusque sanctam genitricem Annam, quarum gloriosa nomina, ad praesidium et exemplum, in religione sanctae Clarae sibi sumpserat. Unanimi monialium suffragio, die 22 martii anni 1639 in Vicariam, et die 30 martii 1645 in Abbatissam electa et a Superioribus confirmata fuit. Utroque in munere non tam honores quam dolores sustinere debuit, tum ob discordias internas a spiritu malo Suscitatas, tum ob publicas perturbationes quae ab anno 1640 ad annum 1675 exarserunt, postquam territorium loci, cui nomen *Boussilon,* ex hispana dominatione in gallicam translatum fuerat. Siquidem viginti religiosae, Instituti regulas fideliter observantes, inter quas Dei famula integrae disciplinae custos, a ceteris seiunctae, a monasterio sanctae Clarae, suo quietis asylo, a gubernatore Sagarra expulsae et exsilio mulctatae, ad Catalauniam missae sunt. Illic tamen exsules et in monasterio Barcinonensi sanctae Elisabethae degentes, Deo auxiliante, sub prudenti regimine et sancta conversatione Annae Mariae, in religiosae vitae proposito constanter permanserunt. In felici autem adventu Regis Ludovici XIV eiusque fratris ducis d'Anjou in territorium *Boussilon,* quum Regina Anna Austriae, mater Regis cum suo nobili et aulico comitatu, pietatis et caritatis causa, monasterium et religiosas sanctae Clarae visitasset atque ab illis congruos et solemnes honores atque grati devotique animi significationes excepisse t, ac nacta propitia occasione, Abbatissa Ste phania d'Arcos a pia Regina veniam enixe petiit, eamque mutuo solatio obtinuit cum liberatione monialium ab exsilio et reditu in monasterium Perpiniani. Itaque soror Anna Maria, una cum septem et decem sodalibus - duae enim in exsilio obierant - in pristinum et dilectum monastesterium Perpiniani redire potuit; atque in arduo sed suavi poenitentiae et sanctimoniae itinere quotidie proficiens, die 2 aprilis iterum in Abbatissam electa et probata fuit. Hac temporis periodo haud levibus adv er - sitatibus intima monasterii vita exstitit obnoxia, donec Summus Pontifex Alexander VII, per Breve datum die 17 iulii 1665, etiam confirmatum die 24 decembris 1666, ipsum monasterium omnimodae iurisdictioni Ordinarii pro tempore Elnensis subiecit. Clemens autem Papa IX, per unum et alterum Breve data 5 ianuarii 1668 et 5 aprilis 1669 non solum ratum habuit quod Alexander VII statuerat, sed etiam iniunxit restitutionem omnium bonorum, quae ab iniustis detentoribus monasterio subtracta fuerat. Favente etiam civili auctoritate, animis et rebus ita in pasce compositis, monasterium refloruit atque ipsa regularis disciplina. Tum Dei famula, sancto fervore ac studio incensa, in exercitio virtutum

progressa est eo magis' quo suae vitae exitum appropinquantem sciret. Mense septembri anni 1676, caelesti quadam apparitione, uti fertur, beatae Mariae Virginis eiusque matris sanctae Annae recreata, et de proximo decessu praemonita, post tres vel quatuor dies, gravi morbo correpta, sacramentis Ecclesiae receptis, inter suas dilectas et moerentes filias, piissima mater Abbatissa, die 28 eiusdem mensis, obdormivit in Domino, in aetate quatuor et septuaginta annorum. Exequiis solemniter peractis, eius corpus in apposito loculo ad sacellum capitulare depositum fuit, quod posteriori tempore, monialibus enixe rogantibus, pluries recognitum fuit ab ecclesiastica auctoritate ordinaria, et semper integrum et odoriferum repertum. Idem corpus, die 20 iunii 1849, in coenobium loci *de l'Impasse des Amandiers* translatum, post triginta circiter annos, nempe anno 1878 die 2 aprilis, eius integritate constita et descripta, die 11 subsequentis maii, una cum translatione Clarissarum ad novum monasterium loci *Vernet,* ipsum corpus Annae Mariae elatum, prius in aula interna, quae ad instar oratorii monialibus inserviebat, depositum, et quatuor post annos die 25 maii 1882 translatum in sacellum externum, in nobili sarcophago a pia et benefica matrona donato conditum est. Interim fama sanctitatis, virtutum et miraculorum in genere Servae Dei, in vita et post obitum magis in dies clarescente, Processus informativus super ea, in ecclesiastica Curia Elnensi adornatus et absolutus, Romam ad sacrorum Rituum Congregationem delatus est. Exinde, servato iuris ordine, instante Riño P. Antonio Maria Santarelli, Ordinis Fratrum Minorum et huius Causae postulatore, fervida etiam Ordinis monialium Sanctae Clarae vota depromente, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, Ordinum et Congregationum regularium, nominatim Abbatissae et Clarissarum monasterii Passionis in urbe Perpiniani, aliorumque virorum ac mulierum excelsa quoque nobilitate et dignitate praestantium, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanen, et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, omnibus discussis ac diligenter perpensis, rescribendum censuerunt : *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 19 iulii 1921.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Annae Mariae Antigo, monialis professae Ordinis sanctae Clarae, die 27 eisdem mense et anno.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

BAIOCEN. ET LEXOVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS THERESIAE A IESU INFANTE, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM, IN MONASTERIO LEXOVIENSL

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?

Inter Beatificationis et Canonizationis causas, quae, recenti hac aetate, ad sacrorum Rituum Congregationem delatae, optatum suum adeptae iam sunt aut proxime adepturae sunt exitum, aliam facile reperire non est, quae tantum favoris atque gratiae per universum paene, qua longe lateque patet, christianum orbem, excitare valuerit, quantum lectissima haec promerita est sibique promereri pergit venerabilis Ancillae Dei, sororis Theresiae a Iesu Infante, Beatificationis causa. Hoc autem quemadmodum causae eiusdem longissime superat indolem humilem sane atque modestam, sic ipsam valde praetergreditur Famulae Dei personam; de puella enim agitur, quae brevem vitam in claustro absconditam egit, paucis cognita, donec vixit; nec e vitae commentario repeti potest, quod de seipsa, sua iubente Antistita, soror Theresia conscripsit, quandoquidem tam mirabiles tamque universales, qui e praefati vitae commentarii studiosa simul et iucunda lectione magis magis-

que in diem promanant, uberes salutis fructus adeo angustos'humanosque inter limites nequeunt cohiberi. Movere siquidem corda hominum, voluntates flectere, mores emendare, caritatem accendere aliaque generis eiusdem, quamlibet humanam effugiunt industriam et in una dumtaxat divina gratia praesentique Dei auxilio adaequatam sibi nanciscuntur explicationem. Ad haec porro omnia eorumque adiuncta tranquillum animum et praeiudicatae opinionis expertem qui parumper attendat, hic facere procul dubio non potest, quin altius statim adsurgens suspicere cogatur atque revereri consilium providentissimi Dei, qui, in sua semper misericordia dives, superbienti huic aetati rationisque humanae imperium supra Fidem proclamanti, novissimum hoc in fideli Ancilla sua, sorore Theresia, praebuerit exemplum, illudque confirmaverit increatae Sapientiae praeceptum: *Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum* (Matth., XVIII, 3).

In hoc revera situm esse peculiare sanctitatis genus, ad quod sororem Theresiam delegerat Deus, Deoque appellanti summa navitate summaque industria eam paruisse, suaque vivendi agendique ratione propriam alacriter, generose et assidue persecutam esse et explevisse vocationem, hoc profecto, ubi omnis heroicae virtutis recte consistit probeque dignoscitur ratio, sedula accurataque Defensionis opera, evincere pro viribus strenueque adlabprarunt actores, ex utraque, apostolica nempe et ordinaria inquisitione, legitimis, copiosis validisque eductis probationibus. Qua idcirco, tamquam fundamenti loco, praestituta certoque firmata positiva heroicarum virtutum demonstratione, ut exspectandum et consequens omnino erat, non difficile eisdem fuit actoribus ex iis etiam, quae oppositae fuerant, sese expedire difficultatibus, suo praeeunte sagaci expertoque Patrono.

Factis namque innixus, satis argumentorum ex illis ducere ille studuit, quorum pondere ac potestate, quo sibi veniendum erat, eo advenit, consideratam adhibens et efficacem ratiocinandi methodum; unaque cum eo advenire quoque fecit, qui facta et rationes intento pariter pacatoque perpendit animo meditatusque fuit. E cunctis sane, quae obiecta ex adverso fuerant, iis impune praetermissis, quae ad hanc non pertinent iudicii sedem nulloque cum ea iuridico continentur nexu, unum quidem exstat, quod peculiari apparet notatione dignum, utpote quod, si qua esset opus, communitum fuisset probatione, illuc spectaret, ut totius afficeret causae substantiam. De illa enim sermo est aegritudine, quam perpessa fuit soror Theresia, quaeque in eam eiusque actiones adeo maleficam suam exercuisse! vim, ut suspectam ipsius redderet sanctitatem valdeque perturbaret quod heroicarum virtutum fundamentum

est naturale atque necessarium. Equidem, si concedi omnino debet, sororem Theresiam, quum decem suae aetatis numeraret annos, incidisse in morbum, cuius indoles arcana visa fuerat medicis, eadem prorsus ratione denegari non potest, quin, Deiparae. Virginis prodigio, ad pristinam sanitatem repente perfecteque illa fuerit restituta. Oculati quippe iuratique testes, qui loquuntur de infirmitate, iidem et ipsi sunt, qui illico simul atque integre secutam esse sanationem edocent: ideoque si illis, cum primum ponunt, accommodanda est fides, haec eisdem abiudicanda non est, cum alterum affirmant, sicut receptissima suadet iubetque iuris norma.

Quod si nihilominus urgere quis vellet, quo decennis laboraverat soror Theresia, non omnino evanuisse morbum, quippe cuius reliqua perstiterant vestigia, ille profecto nequit oblivisci, multoque minus praeterire et posthabere peculiare quoddam adiunctum, quod testatissimum prostat in actis; illudque in eo est situm, quod scilicet, postquam praesertim coenobii septa ingressa fuit Theresia, eadem nihil admodum prae se tulit, quod vel a longe praegressum recordaretur morbum, cum eoque aliquid haberet commune. Theresiam siquidem mitem, humilem, patientem, hilarem, comem, aequanimem exhibent ac describunt eiusdem sodales, istiusmodi autem, si, cunctis inspicientibus et admirantibus, se gessit soror Theresia, dum, quam antea experta fuerat, aegritudini adhuc pergebat esse obnoxia, hoc sane idem est ac dicere, eo adauctam fuisse eoque illustriorem ipsius evasisse virtutem, quo maior eiusdem contentio esse debuit maiusque suimet imperium, ut tam acri ex pugna, quae e nondum etiam veteri penitus restincto debellatoque proveniebat morbo, superior illa discederet atque victrix, prout superiorem et victricem reapse discessisse constat.

Ita in ista tantae communis utilitatis tantaeque expetitae laetitiae causa, ea, quae super heroicis virtutibus fuerat instituta, absolvi definirique potuit quaestio tribus de more disceptationibus; post antepraeparatoriam enim et praeparatoriam generalis subsecuta est Congregatio, quae, die secunda huius vertentis mensis, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV habita fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium : *An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei sororis Theresiae a Iesu Infante, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?* Omnes, qui convenerant, tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores sua ex ordine suffragia ediderant,

quibus tamen laeto intentoque animo exceptis perpensisque, Sanctissimus Dominus noster supremum proferre Sibi reservavit iudicium,, adstantes interim monens Suffragatores, orando obsecrandoque oportere Dei exquirere voluntatem. Quumque postmodum mentem Suam patefacere statuisset, hodiernam elegit auspicatissimam diem Dominicam decimam tertiam post Pentecosten, pridie nempe festum Assumptionis beatae Mariae Virginis. Quapropter, sacris religiosissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, necnon de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei sororis Theresiae a Iesu Infante, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae Rituum Congregationis referri mandavit decimo nono calendas septembres anno MCMXXI.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 2 agosto 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio intorno all'eroicità delle virtù esercitate dalla ven. Serva di Dio Teresa del Bambin Gesù, Monaca professa delle Carmelitane scalze del Monastero di Lisieux.

Martedì 9 agosto 1921, presso l'Emo signor Card. Vincenzo Vannutelli, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del ven. Vincenzo Pallotti, Sacerdote secolare romano, Fondatore della Pia Società delle Missioni, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* nella quale, dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroicità delle virtù esercitate dallo stesso venerabile Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

8 agosto 1921. L'Emo sig. Card. Giovanni Tacci, *Protettore delle Suore della Provvidenza di Portieux (dioc. di Saint-Die).*

23 » » L'Emo sig. Card. Ludovico Billot, *Protettore delle «Sœurs du Saint Enfant Jésus », di Aurillac (dioc. di Saint-Flour).*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

26 luglio 1921. Monsig. Ferdinando Rodolfi, Vescovo di Vicenza.
6 agosto » Monsig. Enrico Ludovico Chapon, Vescovo di Nizza.
12 » » Monsig. Alfredo Giulio Mélisson, Vescovo di Blois.
» » » Monsig. Giacinto Gaggia, Vescovo di Brescia.
26 » » Monsig. Aurelio Bacciarini, Vescovo tit. di Daulia.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

2 agosto 1921. Monsig. Arsenio Lebreton, della diocesi di Lavai.
8 » » Monsig. Goffredo Räber, della diocesi di Denver.

Prelati Domestici di S. S. :

23 giugno 1921. Monsig. Carmine Lombardi, dell' archidiocesi di Benevento.
» » » Monsig. Francesco Speranza, della medesima archidiocesi.
27 » » Monsig. Giuseppe Byrne, della diocesi di Indianapoli.
» Monsig. Francesco Dowd, della medesima dioeesi.
» » » Monsig. Teodoro Mesker, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Roell, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Unterreitmeier, della medesima diocesi.
15 luglio » Monsig. Enrico Monteleone, della diocesi di Sarno.
2 » » Monsig. Giuseppe Normandière, della diocesi di Lavai.
24 agosto » Monsig. Giovanni Costantini, del Patriarcato di Venezia.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

11 agosto 1921. A S. E. il sig. Don Diego Emanuele Chamorro, Presidente della Repubblica di Nicaragua-

La Commenda dell' Ordine Piano :

28 luglio 1921. Al sig. Francesco De Justh, Sotto-segretario al Ministero Ungherese dei Culti.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

Il agosto 1921. A S. E. il sig. Massimo Zepeda, Ministro degli Esteri della Repubblica di Nicaragua.
24 » » A tí. E. il sig. conte Léo d'Ursel, Ministro del Belgio presso la Santa Sede.

La Placea dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 luglio 1921. Al sig. comm. Luigi Grassi, dell'archidiocesi di Torino.

La Commenda con placca dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 agosto 1921. Al sig. Riccardo Rey y Boza, Incaricato di Affari del Perù presso la Santa Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

23 luglio 1921. Al sig. Natale Garnier Duplessix, Generale delle truppe francesi in Siria.

3 agosto » Al sig. Luigi Dufieux, Generale delle truppe francesi in Siria.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 luglio 1921. Al sig. Giov. Battista Rocco Gámbaro, dell'archidiocesi di Genova,

10 agosto » Al sig. Pietro Gioacchino Chamorro, della Repubblica di Nicaragua.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

29 luglio 1921. Al sig. Fernando Cornil, Luogotenente Colonnello nell'Esercito Belga.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

6 agosto 1921. Al sig. Abdallah Kamel.
9 » » Al sig. Angelo Toccafondi, di Roma.
10 » » Al sig. Giovanni K. Mullen, della diocesi di Denver.
11 » » Al sig. Giovanni Zeflrino Baradat, dell'archid. di Bordeaux.
13 » » Al sig. avv. Giuseppe Beslier, della diocesi di Bay eux,

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 luglio 1921. Al sig. Luigi Ü' Illiers, Segretario d'Ambasciata, e già Membro della Missione Straordinaria francese presso la Santa Sede.
» » » Al sig. Ludovico Dietzl, del Dicastero dei Culti in Ungheria.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

20 luglio 1921. Al sig. Vittorio Ferrazzi, della diocesi di Adria.
28 » » Al sig. Arpad Siklos, del Dicastero dei Culti nell'Ungheria»

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

27 ottobre 1917. Monsig. Cesare Cortini, dell'archidiocesi di Firenze.
15 gennaio 1919. Monsig. Liborio Gerstenberger, della diocesi di Erbipoli.
15 luglio 1921. Monsig. Giorgio Moreau, dell'archidiocesi di Tours.
20 » » Monsig. Giuseppe Agostini, della diocesi di Treviso.
29 » » Monsig. Antonio Auda, della diocesi di Ivrea.
1 ' agosto » Monsig. Francesco Porcelli, dell'archidiocesi di Salerno.
» » » Monsig. Stanislao Wisniewski, dell'archidiocesi di Leopoli.
8 » » Monsig. Giovanni Battista Camoni, della diocesi di Brescia.
12 » » Monsig. Tommaso Carone, dell'archidiocesi di Taranto.
26 » » Mons. Filippo Miliozzi, della diocesi di Macereta.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

31 maggio 1921. Il sig. marchese Alberto Ferrari (Roma).
6 agosto » il sig. marchese Agostino Fernandez de Peñaranda y de Angulo, della diocesi di Madrid-Al cala.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

6 agosto 1921. Monsig. Carlo Giuseppe Schmitz, dell'archidiocesi di Colonia.
9 » » Monsig. Gaetano Rossi, della diocesi di Larino.
13 » » Monsig. Celestino Grossi, dell'archidiocesi di Gaeta.
16 » » Monsig. Francesco Cominelli (Roma).

NECROLOGIO

9 agosto 1921. Monsig. Carlo Edoardo Mac Donnell, Vescovo di Brooklyn.
17 » » Monsig. Domenico Ambrosi, Vescovo di Terracina.
22 » » Monsig. Luciano Campistron, vescovo di Annecy.
24 » » L'Emo sig. Card. Giorgio Gusmini, Arcivescovo di Bologna.

Annus XIII - Toi. XIII 1 Octobris 1921 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ANTIOQUIENSIS ET IERIGOËNSIS

DISMEMBRATO TERRITORIO EX DIOECESI ANTIOQUIENSI ET IERICOËNSI, INVICEM AEQUE PRINCIPALITER UNITIS, CREATUR NOVA DIOECESIS S. ROSAE DE OSOS, IN COLUMBIA.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod catholicae religionis bonum duobus abhinc annis postulavit, ut latissima Antioquiensis dioecesis in Columbiana Republica in duas partes divideretur, quo nova efformaretur dioecesis Iericoensis, in praesenti exigit ut divisio primitus facta aliquatenus immutetur.

Multis enim iustisque de causis, Apostolicus penes illam Rempublicam Internuntius rogavit ut in parte septentrionali et orientali dioecesis Antioquiensis, quae oppidum S. Rosae de *Osos* circumstat, nova quaedam dioecesis crearetur; reliqua vero pars dioecesis Antioquiensis unione aeque principali Iericoënsi copuláretur.

Quae quidem quum congrua Nobis animarum saluti et rectae regiminis episcopalis administrationi opportuna visa essent, de consulto YY. FF. NN. S.R.E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis

et Sacrae Congregationis a negotiis extraordinariis Patrum, de consensu venerabilis fratris Episcopi Antioquiensis et suppleto etiam, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, facultate utentes Nobis et Apostolicae Sedi expresse reservata in postrema eiusdem dioecesis Antioquiensis provisione, novam scilicet ineundi ecclesiasticam circumscriptionem, quando hoc expedire visum fuerit, partem orientalem et septentrionalem dioecesis Antioquiensis, ubi civitas S. Rosae de., *Osos* exstat, dividimus ac separamus; et ex ea novam ac distinctam dioecesim perpetuo erigimus erectamque declaramus in eum qui sequitur modum. Imprimis nova S. Rosae de *Osos* dioecesis eosdem quoquoversus habebit fines, quibus modo avulsa orientalis et septentrionalis pars ipsius dioecesis Antioquiensis antea circumscribebatur, adeo tamen ut nova dioecesis in parte occidentali ab Antioquiensi separetur per cursus fluminis *Cauca* et dein per limites municipiorum vulgo *Peque, Huango* et *S. Rita,* quae ad novam dioecesim spectabunt, atque intra suos fines complectatur sequentes paroecias: S. Rosa de *Osos, Cáceres, Zaragoza, Zea, Segovia, Remedios, Anori, Valdivia, Santa Rita, Briceño, Uuango, Peque, Toldas, Yarumal, Campamento, San Andrés, Amalfi, Angostura, 'Sabanalarga, Guadalupe, Carolina, Liborina, Carmen, Belmira, Gomez Piata, Yalì, San Pablo, Entrerios, Sacaojal, Sucre, Cordoba, Sopetran, San Nicolas, San Jerónimo, San Pedro, Bon Matías, Evejico* et *San Sebastian.*

Dioecesis S. Rosae, hisce finibus definitae, sedem et cathedram episcopalem statuimus in eodem oppido S. Rosae de *Osos,* illudque idcirco ad civitatis episcopalis fastigium evehimus, una cum omnibus iuribus ac privilegiis, quibus ceterae episcopales civitates iure communi fruuntur; ecclesiam vero parochialem ibidem exstantem et S. Rosae Limanae dicatam sub eodem titulo et invocatione, ac eamdem servaturam parochialitatem cum animarum cura ut antea exercenda, ad Cathedralis statum et dignitatem evehimus atque extollimus, simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, privilegia ac iura, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi vel legitima consuetudine pollent.

In residentiam praeterea novi Episcopi eiusque in munere successorum assignamus domum iam ibidem paratam. Eamdem insuper dioecesim noviter erectam constituimus suffraganeam metropolitanae Ecclesiae Medellensi, illiusque Episcopum ac in munere successores metropolitico iuri praedicti Medellensis Archiepiscopi subiicimus ; reservata Nobis et Apostolicae Sedi libera facultate novam ineundi dismern-

brationem. huiusce neo-dioecesis, quandocumque id opportunum visum fuerit.

Quod autem spectat ad dioecesis S. Rosae de *Osos* regimen, administrationem et taxationem, ad novi Episcopi eiusque successorum potestatem, officia ac iura, ad Capituli cathedralis, vel saltem Consultorum collegii, institutionem, ad Seminarii dioecesani regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris sede vacante, electionem, ad ipsorum clericorum et christifidelium iura atque officia, ad documentorum traditionem aliaque id genus, Nos religiose servanda iubemus, quae sacri canones imprimisque Tridentina Synodus statuunt atque praescribunt, sartis tectis ceteris declarationibus ac dispositionibus deinceps a S. Sede editis.

Insuper ut novae huius dioecesis Antistites et suae dignitatis decorem tueri et clericorum sustentationi consulere et divini cultui impensis aliisque dioecesis necessitatibus occurrere queant, novae sedis episcopalis dotem et mensam constitui decernimus ex decimis, oblationibus aliisque subsidiis, quae fideles ipsos vel liberaliter subministraturos esse non dubitamus.

Et quoniam adest in Urbe Collegium Pium Latinum Amerieanum, in quo clerici fere sub Romanorum Pontificum oculis succrescunt ac philosophicis theologicisque disciplinis instituuntur, iubemus ut, quemadmodum a ceteris Americae meridionalis Episcopis, ita quoque ab Antistite memoratae dioecesis S. Rosae ab illiusque successoribus huc mittantur, ubi primum fieri poterit, duo saltem non intermissa vice delecti iuvenes, suis sumptibus alendi, qui religionis scientiam in ipso veritatis centro acquisitam cum suis deinde civibus utiliter communicent. Quo vero stabilius et horum clericorum sustentationi ipsiusque Collegii dotationi sit provisum vehementer exoptamus ut cura S. Rosae Episcopi, quam citius fieri poterit, tot conferantur bona, quot opus sunt ut ex eorum reditibus bini memorati alumni, aut modo saltem unus sustentari queat, eosque reditus ubi primum percipiantur, Collegio Pio Latino Americano de Urbe perpetuo assignandus atque attribuimus.

Dioecesim vero Antioquiensem, ex dismembratione et erectione dioecesis S. Rosae, uti supra dictum est, coarctatam, coniungi ac uniri aeque principaliter iubemus dioecesi Iericoënsi, quae Apostolicis Litteris sub datum diei vigesimae nonae mensis ianuarii anni Domini millesimi nongentesimi decimi quinti constituta ac definita fuit; ita scilicet ut ambae iurisdictioni, regimini atque administrationi subsint unius eiusdemque Episcopi, qui proinde Antioquiensis et Iericoensis perpetuo

nominabitur et canonicam possessionem Antioquiensis seorsum et Iericoënsis Ecclesiae accipiet.

Ad geminam autem gubernandam dioecesim una erit Curia ab Episcopo in civitate Iericoënsi constituenda; sed episcopales domus duae erunt, altera in dioecesi Iericoënsi, ubi ob aeris salubritatem residere per maiorem anni partem poterit et debebit, altera vero in Antioquiensi, ubi per aliquod tempus arbitratu suo quotannis degere poterit.

Pastoralem autem visitationem inire et concludere, convocare synodum et cetera episcopalis ministerii functiones peragere, Episcopo fas erit in alterutra dioecesis sede.

Insuper hac posita Ecclesiarum unione, statuimus etiam ut duplicis episcopalis mensae reditus et proventus idem Episcopus percipiat isque ecclesiastica beneficia unius dioecesis promiscue sacerdotibus alterius conferre possit. Ceterum unum exstabit Seminarium sive maius, sive minus in urbe Iericoënsi statuendum et duo erunt Capitula; quotiescumque autem episcopalem sedem vacare contigerit, utrique Capitulo, in civitate Iericoënsi congregato, ius esse unum Vicarium Capitularem, seu Administratorem, iuxta sacrorum canonum praescripta, eligere.

Cum autem in parte orientali dioecesis Iericoënsis, exsistat paroecia, ad praefecturam apostolicam de *Chocó* pertinens, *EI Carmen* nuncupata, quae facilius ab Episcopo Antioquiensis et Iericoënsi assisti potest, de consensu hodierni Praefecti Apostolici de Chocó, illam distrahimus ac seiungimus ab eadem praefectura apostolica atque in perpetuum unimus atque attribuimus dioecesi Iericoënsi et Antioquiensi.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem omnia fideliter exequenda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem, internuntium Apostolicum in Columbiana Republica, eique necessarias et opportunas facultates tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, personam in ecclesiastica dignitate constitutam, simulque definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione in executionis actu quomodolibet oritura, facto tamen ei onere ad Sacram Congregationem Consistorialem, intra sex menses, exemplar authentica forma exaratum ipsius executionis peractae transmittendi ut in eiusdem Sacrae Congregationis archivo asservetur.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo septimo, die quinta mensis februarii, Pontificatus Nostri anno tertio.

>B C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.* *S. C. Cornisi. Secretarius.*

O. CARD. CAGIANO *S. R. E. Cancellarius.*

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco >5 Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XIV, n. 42.

II

LAFAYETTENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIS

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

A multis iam annis crescente catholicorum fidelium numero in amplissima Novae Aureliae dioecesi, identidem vota ac preces Apostolicae Sedi exhibitae sunt ut pars, quae ad occidentem patet, trans flumen *Atchafalaya* ubi civitas Lafayettum floret, ab alia divideretur et in novam distinctam dioecesim constitueretur.

Quum autem in novissimo episcopali provinciae Novae Aureliensis conventu haec vota ac preces omnium Antistitum suffragio fulcita fuissent, eique accederet venerabilis fratris Ioannis Bonzano, Archiepiscopi titularis Melitenensis ac hodierni Delegati Apostolici in Foederatis Americae septentrionalis Civitatibus favorabile testimonium, ac necessaria ad novae dioecesis erectionem non deesse viderentur; Nos, de consulto V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis, statuimus et decrevimus ad expetitam divisionem dioecesis Novae Aureliae et ad erectionem novae dioecesis, *Lafayettensis* nuncupandae, devenire.

Quapropter de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest aut sua interesse praesumant consensu, hisce Apostolicis Litteris praedictam Novae Aureliae dioecesim iri duas partes dividimus, novamque, *Lafayettensem* denominandam, in parte occidentali trans memoratum flumen erigimus et constituimus. Eius fines erunt: ad orientem flumen *Atohafalaya;* ad meridiem, ad occidentem et ad septentrionem ipsi veteres dioecesis Novae Aurelianensis termini in parte occidua.

Sedem et cathedram episcopalem novae dioecesis in urbe *Lafayette* nuncupata erigimus ac instituimus; ecclesiam vero parochialem, sancto Ioanni Evangelistae dicatam, ad Cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem perpetuo evehimus et extollimus; ipsamque dioecesim suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Novae Aureliae, eiusque Ordinarium metropolitico iuri Archiepiscopi Novae Aureliae subiicimus.

Quod vero attinet ad dioecesis Lafayettensis regimen, administrationem, dotationem et taxationem, et novi Episcopi eiusve in episcopatu successorum potestatem, auctoritatem, attributiones, officia, iura et munia, itemque fidelium iura et onera, aliaque hoc genus, servanda iubemus, quae hac de re sacri canones, in primis Concilii Tridentini et novi Codicis, statuunt ac praescribunt, sartis tectis aliis declarationibus a Sancta Sede editis, ipsisque decretis Concilii plenarii Baltimorensis tertii.

Item volumus ut cathedralis ecclesia Lafayettensis eiusque Episcopi iisdem fruantur et gaudeant honoribus, insignibus, favoribus, indultis, gratiis, privilegiis et iuribus, quibus ex iure communi et ex legitima consuetudine, non tamen ex titulo oneroso aut peculiari indulto, ceterae in America septentrionali dioeceses earumve Praesules fruuntur et gaudent.

Usquedum vero Capitulum cathedrale constituatur, Consultores dioecesani opportune eligantur et adhibeantur.

Ad haec denique executioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Ioannem Bonzano, Archiepiscopum titularem Melitenensem et Apostolicum in Foederatis Americae septentrionalis Statibus Delegatum, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum, de quo agitur, quemcumque in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione in executionis actu orituris, facto praeterea ei onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses exemplar transmittendi authentica forma exaratum executionis peractae, ut in eiusdem Sacrae Congregationis archivo asservetur.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nemini, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras esse, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo octavo, die undecima mensis ianuarii, Pontificatus Nostri anno quarto.

© C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. Congr. Consist. Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi.

Reg. in Cam. Ap., vol. XVI, n. 20.

III

OLINDENSIS-RECIFENSIS

CREANTUR NOVAE DIOECESES NAZARENSIS ET GARANHUNENSIS IN BRASILIA, ET TRANSFERTUR SEDES EPISCOPALIS FLORESTENSIS.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Archidioecesis Olindensis-Recifensis, quae olim civilem Statum de Pernambueo ex integro complectebatur, in praesenti, quamvis ex creatione dioecesis Florestensis, in extrema parte occidentali memorati civilis Status, anno Domini millesimo nongentesimo decimo facta, paululum imminuta sit, adhuc tamen tum extensione territorii, tum fidelium numero, qui vicies centena et quadringenta millia excedunt, adeo ampla est, ut ab uno Antistite congrue gubernari nequeat. Quae matura consideratione perpendens venerabilis frater Sebastianus Lerne a Silveira

Cintra, Archiepiscopus Olindensis-Recifensis, laudabiliter sapienterque animum mentemque ad novam archidioeceseos divisionem convertit, eamque pro salute ovium sibi concreditarum et ad meliorem religionis profectum esse necessariam duxit.

Collatis itaque hac de re cum venerabili fratre Apostolico Nuntio et cum aliis prudentibus viris consiliis, necessariisque pro novis erigendis dioecesibus subsidiis pro viribus comparatis, enixis precibus ab Apostolica Sede postulavit, ut pars orientalis^ civilis Status de Fernambuco in tres dioeceses divideretur, ita ut archidioecesis Olindensis-Recifensis media esset, alia vero nova in parte septentrionali et alia in parte australi erigeretur : illa apud oppidum *Nazareth,* haec apud oppidum *Garanhuns.* Itemque et ob easdem rationes petiit ut Florestensis dioecesis, in extrema parte occidentali constituta, protraheretur et extenderetur orientem versus usque ad civitatem *Pesqueira,* quae tum incolarum numero, tum facilitate viarum, tum rerum commerciis oppido *Floresta* longe praestantior in praesens evasit, quamque idcirco et sedem Episcopi et civitatem episcopalem proposuit.

Rebus omnibus mature perpensis penes S. Congregationem Consistorialem, cum vota dicti Archiepiscopi digna visa sint, quae exaudiantur, et consensus quoque accesserit venerabilis fratris hodierni Episcopi Florestensis, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, facultate quoque utentes in Apostolicis Litteris diei vigesimae septimae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi nonagesimi secundi *Ad universas orbis ecclesias* reservata, in parte orientali-septentrionali archidioecesis Olindensis-Recifensis perpetuo erigimus et erectam declaramus novam cathedralem Ecclesiam *Nazarensem* nuncupandam ab urbe *Nazareth* ibique in ecclesia paroeciali Nostrae Dominae de Nazareth sedem et cathedram Episcopi constituimus eamque ecclesiam ad Cathedralis dignitatem evehimus. Dioecesis sic constituta duodeviginti paroecias complectetur, scilicet: *Nazareth, Vicenda, Lagôa Secca, Timbaüba, O' de Goyanna, Tijucopapo, Goyanna, Itanïbé, Tracunhâem, Gruangy, Floresta dos Leôes, Limoeiro, S. Vicente, Boni Jardim, Queimadas, Taquaratinga, Sta Grux, Surubim.*

In eiusdem archidioeceseos meridiana parte perpetuo pariter erigimus ac erectam declaramus novam dioecesim *Garanhunensem* nuncupandam ab urbe *Garanhuns* ibique in ecclesia S. Antonii Patavini, sedem episcopi et cathedram episcopalem haberi decernimus, eamdemque ecclesiam ad Cathedralis dignitatem extollimus. Huius dioeceseos iurisdictioni has quindecim paroecias subiicimus : *Garanhuns, Born Gm-*

selho, Correntes, Palmeira de Garanhuns, Aguas Bellas, S. Bento, Canhotinho, Guipapà, Gatende, Palmares, Lagôa de Gatos, Panellas, Beiern de Maria, Agua Prêta, Barreiros.

Insuper dioecesi Florestensi sex alias paroecias adiungimus, scilicet *Pesqueira, Belho Jardim, Brejo da Mae de Deus, Cimbres, Pedra, Buique.*

Sedem vero et cathedram episcopalem a civitate Floresta ad civitatem Pesqueira transferimus, ibique cathedralem declaramus ac statuimus matricem ecclesiam S. Agathae et dioecesim ipsam in posterum a civitate principe *Pesqueirensem* vocandam decernimus; suppressis et exstinctis iuribus et privilegiis quae, cathedralitatis titulo, ad Florestensem ecclesiam spectabant.

Denique ad residuum territorium, in quo adhuc plus quam decies centena milia hominum versantur, coarctamus archidioecesis Olindensis-Recifensis iura.

Novis autem dioecesibus ita erectis aut ampliatis earumque Pastoribus tribuimus omnia iura et privilegia, quibus ceterae civitates episcopales et cathedrales earumque Praesules gaudent: paroeciali tamen animarum cura in his cathedralibus, uti antea, servata.

Et dioeceses sic constitutas suffraganeas declaramus Olindensis-Recifensis Ecclesiae, earumque pro tempore Episcopos iuri metropolitico subiicimus Archiepiscopi Olindensis-Recifensis, Nobis et Apostolicae Sedi reservata facultate novam ineundi harum dioecesium dismembrationem, quoties in Domino id expedire visum fuerit. Et ad earumdem regimen et administrationem quod attinet, necnon Antistitum et christifidelium iura et officia, aliaque id genus, sacrorum canonum praescriptiones religiose observari iubemus.

Mensam vero Episcopalem constituent bona iam a fidelibus tributa, Curiae episcopalis emolumenta et ceterae oblationes, quas fideles ultro donare non dubitabunt.

Volumus autem ut ex unaquaque dioecesi duo iuvenes, aut unus saltem in praesens, intellectualibus et moralibus qualitatibus prae ceteris pollentes, in huius Almae Urbis Pium Latinum Americanum Collegium, studiorum causa, continuo nec intermissa vice, mittantur Ordinariorum sumptibus. Indulgemus insuper, prout et quatenus opus sit, salvaque, si qua sit, offerentium contraria et expressa voluntate, ut in bonum educationis iuvenum pro Nazarensi dioecesi, erogetur summa quadraginta duorum *coritos* vel eius pars, ad duo ruralia sacella pertinens et intra fines exstans huius noviter erectae dioeceseos, iuxta vota eiusdem Archiepiscopi Olindensis-Recifensis. Reditus autem bonorum, quae necessaria

sunt ad horum iuvenum educationem, Collegio Pio Latino Americano in perpetuum assignare volumus. ~

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem omnia executioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Hyacinthum Angelum Scapardini, Archiepiscopum titularem Damascenum atque in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidemque necessarias et opportunas facultates tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, imprimisque eumdem Sebastianum Lerne a Silveira Cintra, Archiepiscopum Olindensem-Recifensem, simulque definitive pronuntiandi super quavis difficultate, vel oppositione in executionis actu quomodolibet oritura, cum onere mittendi intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem exemplar authentica forma exaratum peractae executionis, ut in eiusdem S. Congregationis archivo asservetur.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo octavo, die secunda mensis augusti, Pontificatus Nostri anno quarto.

•B C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*
Leopoldus Capitani, *Reg. subst. ex spec. deleg.*

Loco Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XVII, n. 22.

IV

EUPENSIS ET MALMEDIENSIS SEU COLONIENSIS

DISMEMBRATO TERRITORIO EX ARCHIDIOECESI COLONIENSI, CREATUR DIOECESIS EUPENSJS ET MALMEDIENSIS, AC **AEQUE** PRINCIPALITER UNITUR DIOECESI LEODIENSI.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae universae, divinitus Romanis Pontificibus commissae, cura postulat, ut quae in spirituale christiani gregis bonum atque emolumentum cedant, Apostolica auctoritate interposita, praestare maturent. Iamvero cum post recens bellum provinciae civiles vulgo dictae *Eupen* et *Malmédy* ad dioecesim Coloniensem et ad Germanicum Imperium iam pertinentes, modo Regno Belgico adiectae fuerint, expostulatum est ab Apostolica Sede ut huiusmodi provinciae àb archidioecesi Coloniensi distraherentur et in novam dioecesim erigerentur.

Porro Nos, attento quod fidelium spirituale bonum exigit ut nova haec ordinatio fiat, omnibus mature perpensis et praehabitis quae ad rem necessaria erant, ad huiusmodi dismembrationem et erectionem deveniendum esse censuimus. Eapropter, de consensu venerabilis fratris hodierni Archiepiscopi Coloniensis et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, memoratas provincias Eupen et Malmédy ab archidioecesi Coloniensi distrahimus atque seiungimus et ita distràctas ac seiunctas in novam dioecesim erigimus erectamque declaramus Eupensem et Malmediensem nuncupandam.

Hanc vero novam dioecesim ita erectam uniri modo iubemus aeque principaliter dioecesi Leodiensi, reservata tamen Nobis et Apostolicae Sedi facultate aliter de ea disponendi quandocumque animarum bonum id exigere videatur. Utraque insuper dioecesis Leodiensis atque Eupensis et Malmediensis iurisdictioni, regimini atque administrationi subsit unius eiusdemque Episcopi, qui proinde Leodiensis, Eupensis et Mal-

mediensis posthac nominabitur et canonicam possessionem Leodiensis seorsim atque Eupensis et Malmediensis Ecclesiae accipiet.

Ad geminarci autem gubernandam dioecesim, praeter Curiam episcopalem iam in dioecesi Leodiensi exstantem, altera constituatur in principe novae dioecesis civitate a venerabili fratre harum Litterarum,/ ut infra, exequutore seligenda, in qua etiam residere debeat Admini strator, seu Delegatus Episcopi. Mandamus pariter ut idem exequutor seligat in eadem civitate pro ,Cathedrali ecclesia unam ex ecclesiis paroecialibus, quae magis opportuna et apta ipsi videbitur, eidemque tribuat honores, gratias, privilegia aliaque iura, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Antistites ex iure communi vel consuetudine fruuntur. Item in hac nova dioecesi Episcopus per aliquem anni mensem, ad normam iuris, residere debeat. Eidem autem pastoralem visitationem inire et concludere, convocare synodum, ceteras episcopalis ministerii functiones peragere quamquam duabus dioecesibus communes, in alterutra licebit. Posita hac Ecclesiarum unione, statuimus ut duplicis episcopalis mensae quoscumque reditus et proventus idem Episcopus percipiat, ut quibuscumque dioecesanis expensis et necessitatibus occurrere queat, atque • idem Episcopus ecclesiastica beneficia unius dioecesis promiscue sacerdotibus alterius conferre possit. Ceterum unum exstabit Seminarium et praeter Capitulum Leodiense alterum Canonicorum, vel Consultorum Collegium, erit in nova dioecesi.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate decrevimus, nulli hominum, ullo umquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem omnia exequutioni fideliter mandanda deputamus venerabilem fratrem Sebastianum Nicotra, Archiepiscopum titularem Heraeliensem et Nuntium Apostolicum in Regno Belgico, eique tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione in exequutionis actu quomodolibet oritura, facto eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra tres menses, a data praesentium Litterarum computandos, transmittendi authenticum exemplar peractae exequutionis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis

quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die trigesima mensis iulii, Pontificatus Nostri septimo.

!$l G. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
Secret. S. Congreg. Consistorialis.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*
Leopoldus Capitani, *Reg. Subst. ex spec. deleg.*

Loco jjt plumbi.

Reg. in Canc. Ap., vol. XXIII, n. 58.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERECTIO VICARIATUS APOSTOLICI DE NGAN-HOEI ET IMMUTATIO NOMINIS VICARIATUS APOSTOLICI NANKINENSIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac B. Petri Apostolorum Principis cathedra, quam nullis quidem meritis Nostris divinitus obtinemus, tamquam e sublimi specula in omnes catholici orbis regiones oculos mentis Nostrae convertimus et quae rei sacrae expeditioni melius gerendae faciant, quaeque ad fidelium utilitatem animarumque salutem conducant, ea sollicito studio decernere maturamus. Iamvero compertum satis est inter illustriores atque ampliores vicariatus apostolicos in Sinarum regione positos, Nankinensem sane esse annumerandum, qui duas civiles provincias de Kiang-sou et de Ngan-hoei complectitur, et Clericorum Regularium Societatis Iesu curis concreditus est. Nunc autem, cum propter laeta incrementa, quibus postremis hisce annis in provincia de Ngan-hoei catholica religio adolevit, et propter maius animarum bonum promovendum, opportunum visum sit consilium ut eadem civilis provincia de Ngan-hoei, a vicariatu apostolico Nankinensi seiuncta, in distinctum vicariatum apostolicum erigeretur: Nos, collatis consiliis cum V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infrascripta sunt decernimus et statuimus. Nimirum ex

certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a vicariatu apostolico Nankinensi separamus provinciam civilem de Ngan-hoei, quae ab aliis provinciis civilibus de Kiang-sou, Honan, Houpé, Kiang-si et Tche-kiang limitatur, eamdemque sic separatam erigimus in distinctum vicariatum apostolicum ab ipso nomine civilis provinciae de *Ngan-hoei* nuncupandum et eorumdem Patrum Societatis Iesu curis concedendum. Praecipimus quoque ut nomen vicariatus Nankinensis post hanc dismembrationem immutetur in illud vicariatus apostolici de *Kiang-sou.*

Haec statuimus decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII augusti MCMxxr, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

TITULUS BASILICAE MINORIS CONFERTUR ECCLESIAE] SEU SANCTUARIO ANNUNCIATIONIS B. M. V., OPPIDI « FOLLINA », DIOECESIS CENETENSIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ampla ac pervetusta Cisterciensium Fratrum abbatia, decimo secundo labente saeculo fundata, exstat intra fines dioecesis Cenetensis, in civitate vulgo *Follina,* et monasterio adiacet ecclesia sive sanctuarium Deiparae Virgini ab Angelo salutatae dicatum, artis operibus insigne non minus quam divini cultus splendore et christiani populi devotione ac fide. Illic antiqua colitur religione miraculis inclyta effigies marmore sculpta beatae Mariae Virginis cum Puero Iesu, ad quam invisendam ex vetusta consuetudine innumeri quotannis fideles peregre confluunt. Ad Commendae cardinalitiae honorem evecta abbatia ista insignibus gavisa est Praesulibus, et Carolus Barbo, qui postea hanc Petri cathedram Pauli II nomine obtinuit, ac

Divus Carolus Borromaeus illius Abbates fuerunt. Sanctuarii autem decori nec fidelium pietas umquam defuit, nec regularis cleri frequentia: Cistercienses enim primo, dein Camaldulenses monachi ipsius sacrae aedis custodiam habuere: in praesenti autem Servorum Mariae curis concredita, novo et quidem splendidiori cultu renidet. Copiosa ac prae^ divite supellectili ornata, eadem ecclesia tam insignibus Sanctorum reliquiis, quam singularibus ab hac Sancta Sede concessis indulgentiis ac privilegiis nobilitatur. Nunc autem, cum dilectus filius Anacletus M. Milani Ordinis Servorum B. M. V. Prior et Archipresbyter ecclesiae et coenobii enunciati, auspicatam occasionem nactus coronatio.nis dictae prodigiosae imaginis quae ex decreto Basilicae Vaticanae Capituli proximo septembri mense aureo diademate sollemni pompa augebitur, vota exprimens sua et religiosorum sodalium ac fidelium, Nos supplici prece flagitaverit ut ipsam ecclesiam seu Mariale sanctuarium titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestare dignemur, hasque preces cumulet amplissima commendatio tam Episcopi Cenetensis quam Vicarii Generalis Ordinis Servorum Mariae, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, ecclesiam Annuntiationis B. M. V. civitatis *Follino,* dioecesis Cenetensis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehimus cum omnibus et singulis privilegiis atque honorificentiis, quae ex hac ratione Basilicis Almae Urbis minoribus competunt.

Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x augusti MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

SANCTUARIUM B. M. V. IN CAELOS ASSUMPTAE, IN MONTE ALVERNA, O. F. **M.** DIGNITATE AC TITULO BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatus Franciscus Asisiensis ad eorum salutem christifidelium qui, etsi in saeculo viventes, christianam perfectionem assequi cuperent, anno MCCXXI Tertium salubriter constituit Ordinem, cuius propterea sodales hoc ipso anno septimum celebrant plenum saeculum ab Ordine suo condito, cum maxima omnium bonorum laetitia, Nobisque vehementer probantibus, qui, horum sollemnium occasionem nacti, pluribus indulgentiis privilegiisque sodales eosdem auximus. Quum vero faustitatis huius velimus memoriam perpetuo manere, consilium quoque cepimus, praecipuo benevolentiae Nostrae testimonio amplificandi decus sanctuarii, quod in solitario loco, quem a monte Alverna nuncupant, curantibus Fratribus Minoribus, collaticia fidelium stipe exstructum est in honorem beatae Mariae Virginis in caelos Assumptae ac beati Francisci, sub ipsum paene sanctum Legiferi Patris obitum, qui in aspera eiusdem loci solitudine sacris stygmatibus anno MGCXXIV mirabiliter decoratus est. Ad templum enim istud continensque fratrum Franciscalium coenobium, iam inde ab initio, christifideles frequentissimi confluere coeperunt; neque unquam, progressu temporis, popularium peregrinorum pietas erga illa sacra loca deferbuit, sed magis magisque in dies ad nostra usque tempora est aucta. Huc accedit quod in sanctuario ipso, bonae artis monumentis conspicuo, eorumdem religiosorum virorum opera, sacrae liturgiae caeremoniis ac ritibus continenter Optimeque divinus cultus exerceatur ac foveatur. Libenter igitur a dilecto filio Mariano Libri, hodierno eiusdem coenobii Fratrum Minorum in monte Alverna Moderatore, supplicem libellum accepimus, quo, nomine proprio, Franciscalis Familiae ac sodalium omnium Tertii Ordinis Franciscanorum, nos enixe rogat, ut dignitate, titulo, privilegiisque Basilicae minoris, pro Nostra benignitate sanctuarium decorare dignemur. Quapropter, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, de certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, enunciatum sanctuarium beatae Mariae Virgini in caelos Assumptae

dicatum, in monte Al verna, intra fines Aretinae dioecesis, dignitate ac titulo Basilicae minoris honestamus cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Literas Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiii augusti MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMUM P. D. VINCENTIUM S. R. E. CARD. VANNUTELLI, SACRI COLLEGII DECANUM: DE HONORIBUS DECRETIS MEMORIAE SUMMI MUSICI IOANNIS PIERLUIGI PRAENESTINI.

Signor Cardinale,

Non senza vivo compiacimento del Nostro attimo abbiamo appreso che la città di Palestrina si appresta a tributare solenni onoranze alla memoria dèi grande maestro Giovanni Pierluigi, il quale, avendo sortito da essa i natali, ne ha reso celebre il nome in tutto il mondo.

Tali feste riusciranno senza dubbio di incitamento non solo ai cultori della musica classica, ma anche e sopratutto a coloro che zelano il decoro del tempio di Dio, poiché poche volte nella storia le idealità dell'arte e gli splendori delia fede si sono fusi con così perfetta armonia, come nell'artista, la cui opera polifonica è uno degli ornamenti più preziosi della Nostra cappella pontificia e delle basiliche romane. Perciò il monumento che la città di Palestrina innalza al suo grande figlio e la celebrazione inaugurale, che si annunzia in particolare modo solenne, meritano una speciale considerazione della Sede Apostolica.

Ella, signor Cardinale, come Vescovo della diocesi, è stata chiamata alla presidenza di onore delle feste, e certamente la Sua porpora di prin-

cipe della Chiesa, anzi di Decano del sacro Collegio, sarà per dare alle medesime un particolare splendore; ma è Nostro desiderio di prender parte anche Noi in qualche maniera a tali onoranze; e perciò, mentre abbiamo divisato di concorrere con l'offerta, che qui Le rimettiamo, alle spese sostenute da cotesta benemerita Amministrazione comunale per l'erezione del monumento, siamo lieti di autorizzarLa, signor Cardinale,, a rappresentare nelle feste di inaugurazione la Nostra umile Persona.

L'interesse che Noi prendiamo a questa celebrazione deve servire a promuovere sempre più quel fervore di restaurazione musicale che, iniziato felicemente dal Nostro Predecessore di venerata memoria, nel primo anno del suo pontificato, è andato diffondendosi e intensificandosi in tutte le regioni della cattolicità. Noi non vogliamo che col volgere degli anni possa il tempo affievolire l'efficacia di quelle sapienti norme che il medesimo Pontefice tracciò nel motu-proprio del 22 novembre 1903 chiamandole *il codice giuridico della musica sacra;* ma vogliamo che restino nel loro pieno vigore, specialmente per ciò che riguarda la classica polifonia, la quale, come fu detto egregiamente, ottenne il massimo della sua perfezione nella scuola romana per opera di Pier Luigi da Palestrina. In tal modo i fedeli, raccolti in preghiera nel tempio di Dio, più facilmente saranno eccitati alla devozione e meglio si disporranno ad accogliere i frutti della grazia.

Con questo augurio, Ci è grato, signor Cardinale, di impartire a Lei, al Suo clero, ai promotori delle feste ed al caro popolo della diocesi di Palestrina, l'Apostolica benedizione.

Dai Vaticano, 19 settembre 1921.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PREMISLIEN. LATINORUM - TARNOVIEN

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Fideles pagi *Koniorów,* pertinentes ad paroeciam *Ostrowy tuszowskie* et ad dioecesim Tarnoviensem, cum longe disteni a propria ecclesia paroeciali, per Ordinarium Premisliensem, consentiente Rmo Episcopo Tarnoviensi, efflagitarunt ab Apostolica Sede, ut paroeciae in *Majdcm kolbuszowiski,* dioecesis Premisliensis Latinorum,, a qua haud procul absunt, aggregarentur. Porro SSmus D. N. Benedictus PP. XV preces benigne excipiens, statuit, vi praesentis decreti consistorialis, ut pagus *Komorów* a paroecia *Ostrowy tuszowshie* et a dioecesi Tarnoviensi separetur, atque paroeciae *Majdan kolbuszowiski,* in dioecesi Premisliensi Latinorum, perpetuo uniatur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputavit R. P. D. Iosephum Sebastianum Pelczar, Episcopum Premisliensem Latinorum, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere intra sex menses mittendi ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 augusti 1921.

83 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. * S.

Aloisius Sincero, *Adsessor.*

II

MONAGEN. ET FRISINGEN. AUGUSTAN. VINDELICORUM

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Emus ac Rmus Card. Archiepiscopus Monacen, et Frisingen., assentiente Rmo Ordinario Augustan. Vindelicorum, petiit ab Apostolica Sede dismembrationem pagi *Achrain* a paroecia *Uhlstädt* archidioecesis Monacen, et Frisingen., et eiusdem aggregationem paroeciae *Murnau* dioecesis Augustan. Vindelicorum : idque tum ob magnum spatii intervallum, quo fideles paroeciae *Uhlstädt* a propria ecclesia paroeciali distant, tum propter nimiam asperitatem viarum illuc ferentium. Quibus precibus SSmus D. N. Benedictus PP. XV, attentis omnibus ad rem facientibus et habito favorabili voto a R. P. D. Eugenio Pacelli, Archiepiscopo tit. Sardian. et Nuntio Apostolico in Germania, benigne annuendum censuit.

Qua de causa, Apostolicae potestatis plenitudine et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, per praesens consistoriale decretum statuit, ut memoratus pagus *Achrain* a paroecia *Ohlstadt* et ab archidioecesi Monacen, et Frisingen. disiungatur atque paroeciae *Murnau* et dioecesi Augustan. Vindelicorum aggregetur.

Ad praemissa vero exsecutioni demandanda SSmus Dominus deputare dignatus est eundem R. P. D. Eugenium Pacelli, eidem tribuens facultates omnes ad hoc necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere mittendi intra sex menses ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 31 augusti 1921.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Aloisius Sincero, *Adsessor*

ITI

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N» Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas pastore providit, nimirum:

26 augusti 1921. — Cathedrali Ecclesiae Aprutinae seu Theramensi praefecit R. D. Septimium Quadraroii, Archidiaconum metropolitanae Ecclesiae Camerinensis, ibique Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae de Tulancingo, R. P. D. Vincentium Castellanos et Nuñez, hactenus Episcopum Campecorensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Cuiabensi, R. P. D. Franciscum de Aquino Correa, hactenus Episcopum titularem Prusiadensem.

27 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Viglevanensi, R. P. D. Angelum Hyacinthum Scapardini, hactenus Archiep. titularem Damascenum.

— Cathedrali Ecclesiae Fodianae, R. D. Petrum Pomares, Primicerium metropolitanae Ecclesiae Ancohitanae.

29 augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Dublinensi, R. P. D. Eduardum Byrne, hactenus Episcopum titularem Spigacensem.

28 septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Methonensi, R. P. Franciscum Melchiori O. F. M., deputatum in coadiutorem cum iure successionis R. P. D. Primi Bianchi, Archiepiscopi Dyrrachiensis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

LINGIEN.

DIVINI OFFICII

Die 12 aprilis 1919, 16 aprilis et 9 iulii 1921

SPECIES FACTI. - Episcopus Linciensis sequens dubium quoad obligationem recitandi divinum officium ex parte Episcopi dum choro vel processionibus capitularibus assistit, H. S. Congregationi proposuit:

« Cum Episcopus haud secus atque alii sacerdotes teneatur ad Offi-
« cium divinum recitandurn, quaeritur, utrum ipse huic obligationi satis^
« faciat, dum partibus Officii eo modo solemniter assistit, quo ex *Cae-*

« *remoniali Episcoporum* eas perficere debet, e. gr. 1) ante Missam « pontificalem solemnem, horae Tertiae aut Nonae a choro cantatae, « quamvis ipse interim apud thronum praeparationem ante Missam *Ne « reminiscaris* recitare et solam orationem in fine Tertiae vel Nonae can- utare debeat; aut 2) Vesperis solemnibus pariter a choro cantatis, dum « ipse in throno et in altari functiones praescriptas solemniter in pon- tificalibus peragit; aut etiam 3) processionem in festo S. Marci seu « litaniis maioribus, ac etiam in litaniis minoribus, solemniter ducens, « quamvis ipsum in publica via processionis litanias cum aliis cantoribus « cantare haud conveniat; et similiter 4) in aliis functionibus, quas ipse «solemniter peragit, quamvis secundum rubricas *Caeremonialis Episco- « porum,* solus chorus aut certi cantores partes officii recitare debeant, « quin ipse eas recitet ».

Hisce super precibus auditi fuerunt nonnulli Consultores, quorum animadversiones summatim sic referuntur.

ANIMADVERSIONES. - Quamvis super relatis quaesitis Ordinarii Lincien., nulla, quoad sciamus, authentica prostet decisio Apostolicae Sedis, nec ulla inveniatur directa ac palmaris responsio in Doctorum libris, attamen usu et opinione communi satis receptum esse constat, quod Episcopus omnino satisfaciat suo oneri dum, iuxta praescriptum *Caeremonialis Episcoporum,* lib. Il, cap. VII, n. 8, suo insistens solio, Missaín solemniter celebraturus, ad horam Tertiam vel Nonam (iuxta casuum diversitatem) recitatis cum choro precibus *Pater, Ave,* intonatis f. *Deus in adiutorium* et antiphona, dictoque cum Ministris hymno convenienti, statim ex libro legit quinque *psalmos* et ceteras preces *pro praeparatione ad Missam,* dum chorus cantat hymnum *ei psalmos horae,* ita tamen ut Episcopus opportuno tempore surgat ad lectionem capituli, simul cum choro recitet *responsoria* et ipse *orationem* ad Horam canai. Quae si rite perficiat, ex communi usu et opinione Episcopus non tenetur ad horam Tertiam vel Nonam in choro cantatam, privatim postea recitaudam, nec ad supplendos psalmos eiusdem horae, quorum loco, dum a choro canebantur, ipse psalmos et preces ad Missam praevias praelegerat.

Vicissim, ex eadem communi opinione et praxi, Episcopus videtur et reputatur obligatus ad eas partes officii divini recitandas vel supplendas, quibus, dum canebantur a choro vel a populo, ipse solummodo materialiter, etsi solemniter, praesens adfuit, sive ad Vesperas, sive ad Matutinum cum Laudibus, sive ad Litanias tum maiores tum minores, quas nempe recitet chorus Episcopo praesente in pontificalibus, sed omnino tacente.

Ut huius communis opinionis et praxis diversa ratio reddatur, videtur ea revocari posse ad effatum scriptoribus rerum liturgicarum et canonicarum satis usuale: *in aliquibus supplet chorus;* quod sane intelligitur dum is, in cuims favorem invocatur, *a)* est in choro, immo efformat aliquid unum cum choro; *b)* est tamen materialiter impeditus a recitatione chorali^ quia in aliqua caeremonia vel servitio *chorali* occupatur (cfr. Ferraris, s. v. *Officium,* III, 18); vel c) non tenetur ad recitationem, *saltem elata voce,* quia huic oneri *alternis* satisfit, vel a celebrante, lectoribus, etc., nomine omnium, iuxta communem usum.

Haec ad casum trahendo, plane intelliguntur eadem locum omnino obtinere, ubi Episcopus Missam solemniter celebraturus, ritu superius explicato, partim Horae canonicae, partim precibus Missae praeviis attendit. Est enim in choro cum quo unum, immo cuius caput liturgicum, efformat; et materialiter impeditur a recitandis psalmis horae, quia eodem tempore quo hi canuntur, tenetur, ad normam Caeremonialis, ad eas preces Missae praeparatorias ex libro legendas. - Ceterum, frustra in Caeremoniali praescriberetur ut Episcopus *initium* et *finem* horae canonicae cum choro faciat, si obstaret per materialem omissionem *medii,* i. e. psalmorum dictae Horae, quominus eidem satisfaceret. Immo id videtur quoque per explicitam litteram Caeremonialis excludi, ubi (1. II, c. VII, n. 7-8) haec legimus: « Ad horas canonicas Episcopus non « solet intervenire. Excipitur tantummodo hora Tertia, quam, si Episco- « pus est solemniter celebraturus, *pariter et ab illo recitari convenit* ». Itaque, *pariter recitatur* ab Episcopo hora Tertia, dum recitatur modo praedicto.

Ast si cetera consideramus, statim apparet aliquam deficere ex enunciatis conditionibus, ut arbitremur chorum supplere. Quoties enim Episcopus assistit *sola cappa* indutus, non prohibetur profecto ex Breviario legere; si vero *in paramentis sacris* pontificaliter adsistit, v. g. ad Vesperas et ad Laudes, incongruum quidem est ut cum choro canat aut legat Breviario prae manibus, non autem ut recitet privatim, ex libro chorali quem cappellanus aut minister libri sustineat, prout in praeparatione ad Missam ; quod demum attinet ad Litanias, nihil prohibet, immo ad aedificationem confert, si respondeat cum clero et populo, vel in publica via et absque libro, prout respondere in Urbe, non modo Episcopos sed et Emos Patres processionaliter incedentes, videre est. Quin etiam quod dicitur de Litaniis, explicita littera confirmari videtur, dum in *Caerem. Episc,* legimus (I. I, c. 18, n. 1): « Ab Episcopo ceteri exem- « pium sumunt » ac in Rituali (1. IX, c. IV, n. 2) celebrans simul veniat cum « ceteris *eadem voce respondentibus* ». Unde apparet a quaesiti ver-

bis expungendum esse quod dicitur « cum ipsum in publica via proces« sionis litanias cum aliis cantare haud conveniat »; sicut paulo infra non plane intelligitur quibus rubricis *Caeremonialis Episcoporum praescribat* ut « solus chorus aut certi cantores partes officii *recitare* debeant, « quin ipse *recitet* ». Unum quod occurrit lib. I, c. XX, 4: « in Vesperis « autem Episcopus *nihil ex libro legit,* nisi orationem quam cantat in « fine », perperam in hunc sensum trahi videtur, quum potius indicet *ratione ritus* nihil Episcopo legendum tunc imponi ; vel, prout aliis placet, supponat Episcopum memoriter tenere psalmos vesperales, quin immo, prout in veneranda antiquitate admiramur (cfr. S. Greg. M., *Epist.*, 1. V, n. 48, apud Migne, *P. L.*, 77, col. 777, 1090, 1313, 1566; Concil. Tolet., a. 656 ap. Harduin, Iii, col. 978; Mansi, XIII, col. 158), totum psalterium.

Illud sane concedendum est, non teneri Episcopum, si, inter recitationem, obligetur aliquam caeremoniam cum officio connexam ponere, ad partem, quam ex necessitate omisit, supplendam. Etenim, prout communi sententia censent doctores, teste Ferraris, 1. c. « qui inter publi« eam recitationem ex officio... occupantur in parandis libris, *in prae« videndis antiphonis* seu lectionibus..., *in thurificandis altaribus* et « huiusmodi, non tenentur repetere ea quae aliis, ipsis non audientibus « nec recitantibus, canunt seu recitant, quia chorus, cui inserviunt, sup« plet pro ipsis »; et rationem affert, eodem loco, n. 29 subiungens: « Quod enim recitatur in choro est oratio totius chori, ideoque eius « (qui non audit et non recitat, non valens) dummodo choro assistat « et attendat ». Ac pariter S. Alfonsus *(Th. mor.,* vol. V, p. II, lib. IV, *de statu clericor.,* art. III, n. 156) scribit: « Si alia in choro necessaria « peragendo occupatus fuisti, quia chorus totus pro eo, qui in re ad « officii celebritatem pertinente occupatur, videtur supplere et non tan« tum suo, sed etiam aliorum ministrantium nomine recitare et canere » (Cfr. quoque Bucceroni, *Inst. th. mor.,* p. II, vol. III, ed. VI, p. 70). Porro quod pro ceteris choralibus valet, multo etiam magis pro Episcopo qui liturgice caput efformat ipsius chori, asserendum esse constat.

Quare etc.

RESOLUTIO. - In plenariis coetibus in Palatio Ap. Vaticano habitis die 12 aprilis 1919, 16 aprilis et 9 iulii 1921, omnibus attenta deliberatione perpensis, Emi Patres S. C. Concilii, dubiis ex officio in has for* mulas conceptis:

I. *An Episcopus, Missam pontificalem celebraturus, satisfaciat obligationi Horae canonicae* (Tertiae vel Nonae) *recitando preces a* Caeremoniali Episcoporum *praescriptas;*

II. *An Episcopus satisfaciat respectivae obligationi Officii divini, dum pontificaliter celebrat in Vesperis et Laudibus, in processione Litaniarum maiorum et minorum, aliisque in solemnibus functionibus, quamvis secundum rubricas* Caeremonialis Episcoporum, *chorus aut certi cantores partes Officii recitare aut canere debeant, quin ipse eas recitet;*

respondendum censuerunt:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative,* nisi aliqua caeremonia, iuxta Rubricas *Caeremo*-malis Episcoporum,* ipse impediatur.

Pacta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione ab infrascripto S. C. Congregationis Secretario, in audientiis diei 17 aprilis et 10 iulii 1921, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DE CELEBRATIONE CAPITULI GENERALIS IN CONGREGATIONIBUS IURIS DIOECESANI.

DUBIA

Huic Sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, circa celebrationem Capituli Generalis in Congregatione iuris dioecesani, proposita fuerunt dubia quae sequuntur:

I. Utrum ad Ordinarium domus principis Congregationis religiosae iuris dioecesani, quae iam per plures dioeceses diffusa est, spectet ius statuendi locum ubi Capitulum Generale celebrandum sit; an potius ad Moderatricem Generalem?

II. Utrum eidem Ordinario, de quo in praecedenti dubio, competat praesidere electioni Moderatricis Generalis eamque confirmare vel rescindere; an potius spectet ad Ordinarium loci in quo electio peragitur ?

Porro Eminentissimi Patres Cardinales, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 17 iunii 1921, re sedulo perpensa, respondendum censuerunt prout sequitur: *

Ad I. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam ad normam canonum 162 et 507.

Ad II. *Negative* ad primam partem, *affirmative ad* secundam iuxta canonem 506 § 4.

Facta autem relatione SSmo Domino Nostro Benedicto divina Providentia PP. XV a R. P. D. Abbate Secretario in Audientia diei 25 eiusdem mensis et anni, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum decisionem seu responsionem approbavit atque publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die secunda iulii 1921.

TH. CARD. VALFRB DI BONZO, *Praefectus.*

L. © S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

1

DECRETUM

IMMUTANTUR LIMITES INTER PRAEFECTURAS APOSTOLICAS DE « TEFFÉ » ET « SOLIMÔES SUPERIORIS » NUNCUPATAS.

Apostolicis praefecturis de *Teffé* et *Solimôes* superioris nuncupatis, fines iam in actu earundem canonicae erectionis, nempe mense maio 1910 praestituti fuerunt.

Cum autem magni momenti difficultates processu temporis exortae fuerint inter utriusque praefecturae missionarios ex praedicta finium delimitatione, preces nuper huic S. C. a Christiano Nomini Propagando oblatae sunt, quibus et Praefectus de Teffé et alter Superioris Solimôes concorditer subscripserunt ad hoc.ut nempe fines utriusque praefecturae apostolicae ad missionariorum levamen et ad earundem missionum incrementum paulisper immutarentur.

Emi Patres itaque huius S. C. in plenariis comitiis diei l[ae] p. e. augusti, prae oculis habitis rationibus hinc inde adductis, quae novam

supradictarum praefecturarum finium delimitationem suadere videbantur, eademque finium descriptione a duobus Superioribus proposita prudenter attenteque inspecta, unanimiter censuerunt fines inter praefecturam de Teffé et alteram Superioris Solimôes exinde prout sequitur habendos esse.

1) In flumine Solimôes, ad dexteram, derivatio fluminis Solimôes, vulgo *parayd do Sevalho* nuncupati; ad sinistram vero rivulus *Envira,* qui defluit e flumine Solimôes ad rivum *Anati pavana* nuncupatum per amnem *Py Boyuçu* seu « serpentem immanem ».

2) Ad septentrionem fluminis Solimôes divortium aquarum inter flumina *Ica* et *Solimôes* ex parte praefecturae Solimôes superioris, et *Iapurá* et *Anarucú* ex parte praefecturae de Teffé.

3) Ad meridiem fluminis Solimôes divortium aquarum ini er *luruá* et *lutahy* ex parte praefecturae de Teffé, *Iavary* et *Solimôes* ex parte praefecturae Solimôes superioris.

Quam Emorum Patrum sententiam in audientia diei 8 eiusdem mensis augusti SSmo D. N.^Benedicto Div. Prov. PP. XV ab infrascripto S. huius Congregationis Secretario relatam eadem Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, ac praesens super re decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 10 septembris 1921.

pro Emo Cardinali Praefecto

f P. FUMASONI-BIONDI, Archiep. Diocletan., *Secretarius.*

L. © S.

Caesar Pecorari, *Subsecretarius.*

II

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV, decreto S. Congregationis de Propaganda Fide, die 9 augusti 1921, Ecclesiae metropolitanae Babylonensi Latinorum praefecit R. P. Franciscum Berré, ex Ordine Fratrum Praedicatorum.

III

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

22 augusti 1921. — *Abbas S. Alexandri de Oroshi in monte Mirи-ditarum in Albania,* R. D. Iosephus Gjonali.

12 septembris. — *Coadiutor cum iure successionis Archiepiscopi Dyrrachiensis,* R. P. Franciscus Melchiori ex Ordine Fratrum Minorum.

Item decretis S. C. de Propaganda Fide nominati sunt:

8 iulii 1921. — *Praefectus apostolicus de Korogo,* R. P. Iosephus Diss, ex Instituto Lugdunensi pro Missionibus ad Afros.

1 augusti. — *Praefectus Apostolicus Insulae Formosae,* R. P. Thomas de la Hoz, ex Ordine Fratrum Praedicatorum.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO

La Direzione dell' « Annuario Pontificio » presso la Segreteria di Slato interessa vivamente gli Illmi e Rmi Ordinari delle diocesi, i collegi prelatizi, i Superiori generali degli Ordini religiosi, i Rettori dei collegi ecclesiastici e tutti i dignitari appartenenti alla Corte pontificia a volerle trasmettere in tempo utile le relazioni e rettifiche occorrenti per la edizione dell'« Annuario » pel prossimo anno 1922, in conformità della lettera circolare dell'Emo sig. Cardinale Gasparri, Segretario di Stato, in data 15 luglio 1915, e delle particolari istruzioni ricevute al momento delle nomine e promozioni.

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

31 agosto 1921. L'Emo sig. Card. Michele Lega, *Protettore dell'Arciconfraternita di S. Antonio di Padova, in Santa Lucici dei Ginnasi, di Boma.*

Con Rrevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S. :

25 giugno 1921. Monsig. Giuseppe Kaup, della diocesi di Belleville.
» » » Monsig. Giuseppe H. Schlarman, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Gihnartin, della medesima diocesi.
»• » » Monsig. Andrea Ianiszewski, della medesima diocesi.
20 luglio » Monsig. Guido Garelli, dell'archidiocesi di Torino.
13 agosto » Monsig. Antonino Chionna, dell'archidiocesi di Ostuni.
24 » » Monsig. Pietro Scarponi, della diocesi di Macerata.
25 » » Monsig. Stefano El-Khazen, dell'archidiocesi di Tolemaide dei Maroniti.

26 agosto 1921. Monsig. Antonio Crippa, dell'archidiocesi di Milano.
29 » » Monsig. Giuseppe Miglior, dell'archidiocesi di Cagliari.
2 settembre » Monsig. Pietro Giuseppe Villalonga, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.
9 v> » Monsig. Antonio Rotondi, dell'archidiocesi di Ravenna.
10 » » Monsig. Roberto Puccini, della diocesi di Pistoia.
16 » » Monsig. Sebastiano Calcila, dell'archidiocesi di Brindisi.
» » » Monsig. Vincenzo Memmola, della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 maggio 1921. Al sig. Enrico Esders, dell'archidiocesi di Malines.
17 agosto » Al sig. Kesseruan El-Khazen, governatore del Libano.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

12 agosto 1921. Al sig. barone Luigi Barracco, della diocesi di Cotrone.
17 » » Al sig. Alberto Poche, di Aleppo.
25 » » Ai sig. cav. Ho vannes bey Matossian, del Patriarcato di Cilicia degli Armeni.
29 » » Al sig. Pietro Teodoro Uberto Maria Dobbelmann, della diocesi di Bois-le-Duc.
17 settembre » Al sig. cav. Alfonso Zappata, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 maggio 1921. Al sig, Edoardo Mény, della diocesi di Saint-Dié.
25 giugno » Al sig. avv. Daniele Me Glynn, della diocesi di Belleville.
» » » Al sig. dott. Bonaventura Portuondo, della stessa diocesi.
25 agosto » Al sig. Antonio Cristoforo Van De Ven, della diocesi di Bois-le-Duc.
27 » » Al sig. Adriano Giacomo Giovanni Vos, della diocesi di Harlem.
29 » » Al sig. Giovanni P. Dinan, della diocesi di Détroit.
» » » Al sig. Michele T. Dinan, della medesima diocesi.
31 » » Al sig. Giovanni Moruzzi, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Al sig. Umberto Farne, della medesima archidiocesi.
2 settembre » Al sig. Edoardo Servais, della diocesi di Tournai.

2 settembre. 1921. Al sig. dott. Edoardo Giorgio Giuseppe Antonio Maria Wirsing, della diocesi di Breslavia.
» » » Al sig. dott. Giuseppe Rotter, della medesima diocesi.
10 » » Al sig. Augusto Roberti-Percy, della diocesi di Liegi.
22 » » Al sig. Ovidio de Saint-Aubin, dell'archid. di New York.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 agosto 1921. Al sig. cav. Luigi Tosti (Roma).
» » » Al sig. Pio Philipona, giornalista svizzero.
17 settembre » Al sig. Pier Vincenzo Bellia, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 agosto 1921. Al sig. Giuseppe Seraiter (Roma).
30 » » AI sig. Francesco Sabatini (Roma).
» » » Al sig. Riccardo Costantini (Roma)

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

21 giugno 1921. Monsig. Andrea Lago y Cizur, della diocesi di Avana.
18 agosto » Monsig. Giuseppe Bouzek, Vice-Rettore del Collegio Boemo in Roma.
22 » » Monsig. Otto Mueller, dell'archidiocesi di Colonia.
10 settembre » Monsig. Giovanni Ferraro, della diocesi di Ivrea.
» » » Monsig. Carlo Veneziani, della diocesi di Piacenza.
» » » Monsig. Carlo Fissóre, dell'archidiocesi di Torino.
12 » ^ » Monsig. Teodoro Caiulo, dell'archidiocesi di Brindisi.
» » » Monsig. Giuseppe Rodríguez Madeira, della dioc. di Coimbra.
lo » » Monsig. Giuseppe Focardi, della diocesi di Fiesole.
16 » » Monsig. Alberico Andrioli, della diocesi di Verona.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

10 settembre 1921. Il sig. conte Carlo de Spee, dell'archidiocesi di Colonia.
19 » » Il sig. conte Carlo Guiglia, dell'archidiocesi di Genova.
22 » » Il sig. Giovanni Lonergan, dell'archidiocesi di Filadelfia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

11 giugno 1921. Monsig. Federico Buus, della diocesi di Limburgo:
» » » Monsig. Carlo Knödgen, della medesima diocesi.
12 settembre » Monsig. Giulio Sánchez Ibañez, della diocesi di Santander.
» » » Monsig. Mario Sardo, della diocesi di Acireale.
22 » » Monsig. Colomanno Gonczlik, dell'archidiocesi di Colocza.
» » » Monsig. Mattia Pài, della medesima archidiocesi.
23 » » Monsig. Vittorio Cavagnis, della diocesi di Bergamo.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

6 settembre 1921. Il sig. comm. Francesco Saverio Seganti (Roma).

NECROLOGIO

23 settembre 1921. L'Emo sig. Card. Augusto Renato Dubourg, Arcivescovo di Rennes.

Annus XIII - Vol. XIII 2 Novembris 1921 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MONTISVIDEI

ERECTIONIS CAPITULI

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo maiori dignitati ac decori suae metropolitanae ecclesiae consulere!, Ordinarius Montisvidei nuper ab Apostolica Sede postulavit, ut Capitulum ex una Dignitate, duobus officiis et septem canonicatibus constans institueretur, ita ut capitulares, perpaucis oneribus gravandi, absque tamen praebendis, decem tantum numerarentur; ex eo quod tum sacerdotes, tum subsidia in praesenti desint. Nos, audita relatione venerabilis fratris Cardinalis Secretarii Sacrae Congregationis Consistorialis, cunctis matura deliberatione perpensis, attentis secundis suffragiis venerabilis etiam fratris hodierni Nuntii Apostolici in Argentina Republica, oblatis precibus benigne annuimus. De Apostolicae igitur potestatis plenitudine, suppletoque, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, in metropolitana ecclesia Montisvidei Capitulum ex una Dignitate, duobus officiis, poenitentiario scilicet et theologali, et septem canonicatibus constans, ita ut capitulares decem numerentur, erigimus ac erectum declaramus, praebendarum defectu non obstante, et chorale servitium circumscribimus ad Horas minores iis tantum diebus quibus pontificalia habebuntur: firmo statu paroeciae eiusdem metropolitanae ecclesiae, usquedum Capitulum congrua dote

non fuerit provisum, nec ab Apostolica Sede fuerit de animarum cura in eadem metropolitana ecclesia nova ordinatio statuta. Memoratis singulis capitularibus, pro tempore exsistentibus, pro maiore ipsius eccle siae ornamento atque divini cultus splendore, benigne indulgemus ut, loco superpelliceo in sacris ministeriis et intra fines archidioeceseos, rocheto uti possint ac mozzeta violacea; et violacei coloris erunt pariter reflexus in rocheti manicis et bireti flocculis.

Itemque indulgemus ut, hac vice tantum, venerabilis frater Ioannes Franciscus Aragone, hodiernus Montisvidei Archiepiscopus, sine ulla aliarum Litterarum expeditione, canonice conferat tum Dignitatem, tum officia et canonicatus: futuris vero vacationibus Dignitatis collatio Apostolicae Sedi reservata manebit, dum reliqua beneficia ad tramitem iuris conferentur.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsislentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Albertum Vassallo de Torregrossa, Archiepiscopum titularem Hemesenum et in Republica Argentina Apostolicum Nuntium, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, iniuncta eidem obligatione intra sex menses fidem authentica forma exaratam peractae exsecutionis ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die decimaseptima mensis iunii, Pontificatus Nostri anno septimo.

<*

% C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

O. CARD. CAGIANO-
S. B. E. Cancellarius.

Raphaël *Virili, Protonotarius Apostolicus.*
Leopoldus Capitani, *Reg. Subst. ex spec. deleg.*

Loco ^ Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXIV, n. 8.

LITTERAE APOSTOLICAE

A VICARIATU APOSTOLICO NATALENSI SEPARATUR PARS TERRITORII AD MERIDIEM VERTENS, IN EAQUE ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE MARIANNHILL, DESCRIPTIS SEDULO CONFINIIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex hac Principis Apostolorum cathedra, tamquam e sublimi specula, in omnes, vel longo terrarum marisque spatio dissitas, catholici orbis regiones, oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant longinquis illis in plagis, ea sollicito studio decernere maturamus. Iamvero, cum opportunum visum sit consilium, ut in ea Africae meridionalis regione ubi actualis vicariatus apostolicus Natalensis exsistit, quo uberiores valeant proferri fructus in evangelizandis praesertim aborigenis, ab eodem Natalensi vicariatu nimis amplo certa quaedam territorii pars seiungatur in separatum novum vicariatum apostolicum erigenda, Nos, omnibus rei momentis attente perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infrascripta sunt statuenda censuimus. Nimirum a vicariatu apostolico Natalensi, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, separamus eam territorii plagam quae ad meridiem vertit, ubi iamdiu missionarii e monasterio de Mariannhill adlaboraverunt, in eaque plaga sic separata novum apostolicum vicariatum *de Mariannhill* appellandum constituimus. Novus autem hic vicariatus sequentibus confiniis, e marino litore Basutoland versus, a Natalensi vicariatu separetur. Scilicet districtus de Durban, prope mare, Natalensi vicariatui relinquatur; proximi vero districtus de Richmond ea pars novo vicariatui tribuatur quae est ad meridiem fluminis Umlaas; inde a puncto ubi dictum flumen Umlaas primas scaturigines habet, limes per lineam rectam procedat ad confinia districtus de Pietermaritzburg ; exinde vero meridionalia confinia eiusdem districtus de Pietermaritzburg ac postea confinia septentrionalia districtus de Impendechle utrumque vicariatum dividant. Tandem fines extremi ad meridiem spectantes a flumine Kei *(Kei River)* constituantur, ita ut tota illa pars provinciae de Capo, quae Kaffraria dicitur, novo vicariatui adiungatur. Praeterea novo vicariatui pertinebit statio de Mariannhill intra fines vicariatus Natalensis, in qua domus princeps exsistit Congregationis

missionariae Mariannhillensis. Porro statuimus, eadem nostra Apostolica auctoritate, ut novus hic vicariatus apostolicus de Mariannhill curis committatur Religiosorum missionariorum enunciatae Mariannhillensis Congregationis.

Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his,.a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x septembris MCMXXÍ, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

TITULUS BASILICAE MINORIS CATHEDRALI TEMPLO MONOPOLITANO CONFERTUR

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter potiores sacras Apuliae aedes Monopol itanum cathedrale templum iure meritoque accensendum est, ineunte saeculo xn a sancto Romualdo Episcopo immani structura conditum et mirificis artis operibus excultum. Antiqua populi religione ibi asservatur miraculis inclyta Virginis imago in ligno depicta, quae, dum sacra ipsa aedes, lateritio opere- confecto, ob ligneorum trabium defectum lacunari careret, magnae lignorum strui superimposita ad urbis litus appulisse fertur; atque inde in templum sic feliciter absolutum invecta, Virginis a *Mactia* nomen vulgo habuit. Benedictus Pp. XIII rec. mem. Decessor Noster cathedralem eandem ecclesiam pluribus indulgentiis locupletavit, ipsaque Virginis imago anno MDCCLXIX aureo diademate est coronata. Nos quidem hoc anno, auspicata occasione octavi centenarii reditus a prodigioso eventu super memorato, sollemnia festa nuper celebrata Purpurati Principis Legati Nostri praesentia cohonestavimus: nunc autem, cum venerabilis frater Augustinus, sua et universi Capituli Monopolitani vota exprimens, enixis precibus Nos flagitaverit ut idem templum ad Basilicae minoris gradum evehere dignemur, optatis his annuendum ultro libenterque censuimus. Quae cum ita sint, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, cathedra-

lem ecclesiam Monopolitanam, Deo sacram in honorem Virginis ***di** Madia* nuncupatae, ad Basilicae minoris dignitatem promovemus, omnibus et singulis privilegiis atque honorificentiis illi attributis, quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die v octobris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

ECCLESIA NOSTRAE DOMINAE A MIRACULIS IN CIVITATE MAURIAC, DIOECESIS SANCTI PLORI, EXSTANS, AD TITULUM ET DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat apprime ecclesiam a Nostra Domina a miraculis, sitam in urbe *Mauriac* appellata, quae est ex praecipuis civitatibus dioecesis Sancti Fiori in Gallia, iure meritoque ob vetustatem et nobilitatem inter insigniora sanctuaria posse recenseri. Munificentia enim ac pietate sanctae Theodechildis, Clodovaei Regis et sanctae Clotildis filiae, saeculo vi exstructa, et ante dimidium saeculi xn iterum condita et mirificis artis operibus ornata, a Lodovico « le Gros » Rege Cappella Regum Francorum appellari meruit. Vetus beatae Mariae Virginis a miraculis simulacrum, quod ibidem religiosissime colitur, anno MDCCCLV a Pio Pp. IX, rec. mem. Decessore Nostro, aureo diademate redimitum, iugiter exstitit atque exstat in praesens monumentum singulare cultus et pietatis tum incolarum tum peregrinorum ex dissitis etiam regionibus illuc confluentium, praesertim mense maio, quo, novendialibus praemissis supplicationibus, Mariale festum die nono sollemni pompa celebratur. Haec quidem sacra aedes, divite et copiosa supellectili spectabilis, diligenti gaudet clero non minus quam devoto populo et frequentibus sacris functionibus: quae omuia, etiam apostolicis privi-

legiis, indulgentiis aliisque spiritualibus aucta gratiis, ad maiestatem et decorem divini cultus maxime conferunt. Iamvero, cum dilectus filius Ioannes Baptista Borderie, canonicus ad honorem et parochus archipresbyter enunciatae ecclesiae, communia cleri et populi civitatis praefatae vota depromens, Episcopi Sancti Fiori amplissimo commendationis officio communitas preces Nobis exhibuerit, ut supradictam ecclesiam titulo ac dignitate Basilicae minoris condecorare dignaremur, Nos, animo repetentes ipsam aedem omnibus nominibus huiusmodi honore dignam esse, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quamobrem, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam B. Mariae Virginis a miraculis, in civitate vulgo *Mauriac,* dioeceseos Sancti Fiori, exsistentem, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus, omnibus et singulis honorificentiis et privilegiis eidem attributis, quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et pro tempore amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX octobris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. FRANCISCUM EHRLE, S. I., SEXAGINTA IN RELIGIONE ANNOS EXPLENTEM: PERMULTA DE ECCLESIA ET BONIS LITTERIS PROMERITA GRATULATUR.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum adlatum sit nuperrime Nobis diem iam proxime adesse anniversariam, ex quo, ante sexaginta annos, piae Societati Iesu dato nomine, religiosam vitam feliciter amplexus es, magnam profecto cepimus exinde laetitiam. Perspicua enim, neque minus iucunda, divina in te misericordia renidet, quem tam longo itinere comitata est, effusis charismatum donis, summi

Dei clementia. Supernae vero largitati fideliter usque te respondisse declarant, cum integra actuó saque vitae monasticae ratio, tum bonarum litterarum cultus potissimumque sacrarum disciplinarum studium, ad quas, nunquam intermissa cura, alacer incubuisti. Heic autem meminisse iuvat operam a te plurimos annos, ea qua polies prudentia, consilio, doctrina, in Bibliotheca Apostolica regenda diligentissime praestitam. Quo quidem in munere explendo, singulares laudes adsecutus es, non solum Praesidis officio impense admodum perfunctus, sed pluribus etiam editis operibus non eruditionis minus quam gravitatis unitatisque refertis. Industriam laboremque tuum in libris, praesertim manu scriptis, optime conservandis et prope ab interitu vindicandis, nemo est qui ignoret. Pluribus litteratis hominibus, etiam non catholicis, a te consilium, incitamenta, hortationes, directionem ad investigandos evulgandosque scientiarum thesauros in Bibliotheca Vaticana, tamquam in terris aurum, reconditos, a te nunquam non esse profusa; Vaticanos codices per te in vulgus emissos; antiquas Urbis descriptiones sollicitudine editas tua; plura denique, eademque eruditissimis probata viris, de rebus ad Bibliothecam pertinentibus ac praesertim de eiusdem Bibliothecae historia, a te scripta, cognitum perspectumque habemus. Haec omnia, et alia permulta in religionem promerita memoria repetenti, grata tibi iucundaque ratio laetitiae obiicitur. Macte igitur animo Nostramque accipe laudem cui, instantis faustitatis propitiam nacti occasionem, paternae caritatis Nostrae argumentum addere volumus caelestia tibi munera enixe precati, quorum conciliatricem apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xix septembris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. IACOBUM OGIER, CUBICULARIUM INTIMUM S. S. SUPRA NUMERUM EUMDEMQUE MODERATOREM SODALITATIS « PRO PONTIFICE ET ECCLESIA »: DE PETRIANA STIPE GRATES PERSOLVENS, DE PIAE UNIONIS INCREMENTO LAETATUR.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Novum idemque praeclarum fidei et observantiae documentum tu nuper Nobis praefoebas, cum, nomine quoque istius Sodalitatis, cui tam sollerter et lau-

dabili cum prudentia praees, epistolam, simul cum petriana stipe, iucunditatis et amoris plenam pio consilio misisti. Nuntiabas enim. ita fuisse superiore anno auctum numerum sodalium, tuinsacerdotum tum laieorum, ut feliciter *magnificaretur laetitia;* ac praeterea, quod a vobis instauratum est *annuum festum Papae,* id non modo iam a sodalibus sed a catholicis omnis generis atque ordinis pluribus locis, maximeque per Italiam, celebrari. Vix est dicere quam grata et accepta haec omnia Nobis acciderint. Etenim, dum misere nonnulli, fallaci scientia elati et independentiae spiritum, uti aiunt, quasi ostentantes, legitimam Ecclesiae auctoritatem aspernantur vel negligunt, opportunum sane est ut lecti quidam de clero populoque viri, veluti conferto agmine, et in aperta sanae doctrinae professione et in obsequio erga Iesu Christi Vicarium in exemplum praefulgeant. Quare debita vos laude honestamus, qui singulari quodam studio pro Pontifice et Ecclesia contenditis, magnasque agimus grates de ope quam communi Patri afferre consuevistis ut tam multa, per catholicum orbem universum, fidei et caritatis opera sustentare queat. Iamvero, cum quotannis soleamus propositum novum seu programma evolvendum vobis obiicere, id nunc exploratae alacritati vestrae commendamus vehementer. Ut ipsi nostis, proximo anno et tria saecula explebuntur a constituto in Urbe *Propagandae Fidei Opere,* et primum saeculum a condita Lugduni *Domo Missionibus exteris provehendis:* hanc igitur sacram missionum causam vestrum erit praecipue agitare. Date operam ut omnes pernoscant quam cedat in Dei gloriam et in salutem animarum difßcillimus hic labor atque contentio missionariorum, quamque pernecesse sit ut ipsi modis omnibus iuventur, non solum fundendo pro eis ad Deum preces, stipemque offerendo, sed etiam alios operis socios quam plurimos eisdem procurando. Ita in dies vos bene mereri de catholica civilique re pergetis, ipso quidem Summi Pontificis ductu, Cui peculiariter morem gerere instituistis. Nos autem istam pietatem vestram paterna admodum caritate rependentes, ac laetissimam fructuum copiam in hoc etiam campo a vobis exspectantes, apostolicam benedictionem, caelestium auspicem munerum, tibi, dilecte fili, directoribus nationalibus et localibus singulisque tuis sodalibus sacerdotibus et laicis effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis octobris MCMxxr, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

LUBLINENS1S-PO DLACHIENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Fideles pagi *Kopina,* pertinentes ad paroeciam Wereszczyn et ad dioecesim Podlachiensem, cum longe distent a propria ecclesia paroeciali, per Ordinarium Lublinensem, consentiente Rmo Episcopo Podlachiensi, efflagitarunt ab Apostolica Sede, ut aggregarentur ad ecclesiam parochialem cito erigendam loci Cyców, dioecesis Lublinensis, a qua haud procul absunt. Porro Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, preces benigne excipiens, statuit, vi praesentis decreti consistorialis, ut pagus , *Kopina* a paroecia Wereszczyn et a dioecesi -Podlachiensi separetur, atque erigendae ecclesiae paroeciali loci Cyców, in dioecesi Lublinensi, perpetuo uniatur, et dioecesani fines hac pariter ratione immutentur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputavit R. P. D. Marianum Leonem Fulman, Episcopum Lublinensem, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum : facto onere intra sex menses mittendi ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 22 octobris 1921.

£g C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L- * S. ;

I. B. Rosa, *Substitutus.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas pastore providit, nimirum :

23 septembris 1921, — Ecclesiae cathedrali Puteolanae praefecit R. D. Iosephum Pétrone, presbyterum archidioecesis Neapolitanae, Antistitem Urbanum.

30 septembris. — Ecclesiis cathedralibus unitis Melphictensi, Juvenacensi et Terlitiensi, R. P. Paschalem Gioia, presbyterum Congregationis Somaschae, parochum ecclesiae S. Martini Velitris.

14 octobris. — Archiepiscopali titulari Ecclesiae Cizycensi, R. P. D. Iacobum Sereggi, hactenus Archiepiscopum Scodrensem.

SACKA CONGREGATIO CONCILII

I

GNESNEN, ET POSNANIEN.

CIRCA VENATIONEM

Die 11 iunii 1921

SPECIES FACTI. - Ordinarius Gnesnensis supplici libello Commissioni pontificiae ad canones Codicis authentice interpretandos quae sequuntur exposuit: « Nell'occasione dell'esercizio della caccia da parte; «del mio clero diocesano si sono purtroppo introdotti col tempo certi « abusi. Il mio predecessore emanò un decreto in cui permise la caccia « solamente sul territorio appartenente al parroco. Ma poiché gli abusi « non cessavano, il clero prendeva parte alle *venationes clamorosae,* ed « in una di tali caccie un sacerdote disgraziatamente ferì gravemente « una persona, il Vicario Capitolare d'allora proibì la caccia al clero *« sub poena suspensionis ipso facto incurrendae.* Nonostante questa proi- « bizione alcuni sacerdoti cacciano senza avere il permesso, preten- « dendo che il Vescovo non abbia il diritto di proibire *totalmente* la « caccia ed appoggiandosi al Codice, il quale dice nel can. 138: *venátioni*

« *ne indulgeant, claniorosam autem numquam exerceant.* Allo scopo di «togliere questi dubbi, prego la Commissione Pontificia per l'interpre- « zione del Codice canonico di voler rispondermi, se il Vescovo ha il « diritto di proibire la caccia al clero *sub poena suspensionis ipso facto « incurrendam,* anche se questa caccia non fosse una *venatio clamorosa* ».

Verum eadem Pontificia Commissio rem ad hanc S. Congregationem detulit pro expositi dubii solutione, utpote quae potius applicationem quam interpretationem canonum respiceret.

ANIMADVERSIONES. - Huic dubio videretur respondendum cum distinctione. Non solum enim *clamorosa* venatio, at etiam *quieta sed frequens* clericis vetatur iure communi per canonem 138 Codicis, quo ipsi prohibentur, « ne venationi *indulgeant,* [clamorosam autem umquam exer- « ceant ». Ad rem Reiffenstuel, *Ius can.,* lib. 5, tit. 24, n. 6: « Cum his « iuribus aliqua venatio procul dubio sit prohibita clericis, quieta vero « et moderata, raro facta, sit licita per dicta, certe saltem tumultuosa « et clamorosa, nec non quieta sed nimis frequenter facta, erit prohi- « bita ». Nec deneganda videtur Episcopo facultas inhibendi suis clericis venationem quoque *quietam* et *moderatam,* quae nempe raro fiat, praesertim si id exigant mores populi, qui secus scandalum pateretur, ceu evenit ex. gr. in Anglia, Germania, Gallia et in nonnullis Italiae regionibus. Codex enim nullam in allegato canone *positivam* dedit clericis licentiam venandi, sed mere vetuit clamorosam, et nimis frequentem. Itaque Episcopus qui etiam minus frequenter factam prohiberet, nullam Codicis positivam permissionem offenderet. Res immo agitur quae manifesto pertinet ad caput *De vita et honestate clericorum,* quae decretis Episcopi pressius ordinari consuevit et debet. Hinc S. Carolus Borromaeus, in suo Concilio provinciali anni 1565, part. 2 *(Acta eccles. Mediol.,* part. 1, pag. 19), de clericis loquens, absolute ait: « a venatione abstineant ». Concilium vero provinciale Coloniense anni 1860, pag. 151, de clericis statuit: « ut prorsus sese a venatione abstineant, etiam atque etiam « monemus ». Et Benedictus XV, *de syn. dioec,* lib. 11, cap. 10, n. 9, refert quod « in aliquibus synodis quaecumque venatio est ecclesiasticis inter- « dicta; in aliis sola clamorosa; in quibusdam a venatione prohibentur « solis diebus festis; in aliis nulla die venari permittuntur sine Episcopi « licentia; alicubi a venatione deterrentur poena suspensionis; alibi sola « poena pecuniaria »; ac concludit, n. 10: « non posse nimiae severitatis « nota adspergi synodalem constitutionem, ablegantem clericos, praeci- « pue maiorum ordinum ac ecclesiasticum possidentes beneficium, a « venationis exercitio. Etenim nonnisi temere reprehenditur constitutio,

« cui "Iuris communis sanctiones et S. Caroli Borromaei auctoritas patro-« cinantur ». Pariter cl. Wernz, *Ius decret.,* II, n. 214, V, haec habet: «Indubitatum ius est Episcoporum statutis dioecesanis... suis clericis « etiam *quietam* venationem *absolute* prohibendi, dummodo in poenis « infligendis a nimio rigore abstineatur».

Quod vero attinet ad poenas in clericos illicite venatores infligendas, scitum quidem est quod in veteri iure, iuxta caput 1, *de clerico venatore,* desumptum ex Concilio Agathensi anni 506 (non autem ex Concilio Aurelianensi prout legitur in Decretalibus Gregorii IX), venatio clamorosa et frequens interdicebatur sub poena suspensionis, Episcopo quidem per tres menses, presbytero per duos menses, diacono autem ab omni officio. Verum - praetermisso quod cl. Berardi observat, agi in textu Concilii Agathensis, de venatione gladiatoria, quae fit in circo - hae poenae in desuetudinem abiisse videntur, eo vel magis quod Concilium Tridentinum, sess. 24, cap. 12, *De reform.,* mandavit clericis ut « ab illicitis venationibus... abstineant», quin aliqua sanctione poenali hanc prohibitionem muniret. Etiam hodiernus Codex clericos illicite venatores nulla poena plectit.

Hisce non obstantibus nil prohibere videtur quominus Episcopus adversus huiusmodi clericos poenas decernere valeat, quum agatur de re non contra, sed iuxta ius commune; nec dubitandum sit quin Episcopus possit canones prohibentes sub nulla definita poena, sanctione poenali communire (cfr. can. 2221). Attamen, iuxta praescriptum canonis 2218 § 1, in poenis decernendis servanda est « aequa portio cum «delicto, habita ratione imputabilitatis, scandali et damni ». Unde Santi-Leitner, *Praelect. iuris can.,* vol. 5, pag. 164, ad rem monet: « Epi-« scopus caveat a nimio rigore, praesertim pro prima vice, nec contra « venatores clericos statuat excommunicationem latae sententiae aut pri-« vationem clericalis privilegii. Ita respondit S. C. Concilii in *Assisiensis* « 16 martii 1622, in *Eugubina,* 16 ian. 1669 et in aliis non paucis quae-« stionibus relatis a Lucio Ferraris, *Bibl. can.,* v. *Clericus,* art. 6, n. 35 ».

Idcirco videretur quod Episcopus posset quidem punire clericos venationi clamorosae et tumultuosae vacantes suspensione a divinis etiam *latae sententiae,* tum quia haec venatio est clericis rigorose et absolute a Codice prohibita per illa canonis verba « venationem clamo-« rosam nunquam exerceant », tum quia ipsa omnino dedecet statum clericalem praesertim ob grave periculum occisionis vel mutilationis. Ex adverso sufficere videretur suspensio a divinis *ferendae sententiae* in clericos venationem quietam et frequentem exercentes, quum haec venatio minus rigorose clericis prohibeatur a Codice illis verbis : « vena-

« tioni ne indulgeant », atque in singulis casibus quaestio instituenda esset de frequentia vel minus venationis peractae. Denique venatio quieta et moderata, quae nempe raro fit, necessitatis, utilitatis vel etiam animi relaxandi causa, non videretur plecti posse tali poena quae supponit mortalem culpam, quam nemo dixerit singulos actus venationis quietae continere; sed ad rem sufficere remedia poenalia vel poenitentias, quae canonibus 2306 et 2313 statuuntur. Agitur enim in casu de venatione per se licita et nonnisi per accidens prohibita, propter scandalum praesertim fidelium.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Porro, proposito in plenariis Emorum ac Revmorum S. G. Concilii Patrum comitiis diei 11 iunii 1921, dubio in hanc formulam concepto: « An Episcopus prohibere possit suis clericis veha« tionem etiam non clamorosam, poena suspensionis ipso facto incur« renda »; iidem Emi Patres respondendum censuere: « *Negative,* nisi « graves et speciales adsint rationes ».

Facta autem postridie de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP.. XV relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

II

DIOECESIS N.

CIRCA STIPENDIA MISSARUM

Die 9 iulii 1921

SPECIES FACTI. - In dioecesi N., obruti sollicitationibus etiam importunis Missarum cantandarum, sacerdotes triplici ratione satisfacere conantur oblatoribus, qui aegre ferunt ut Missae ab ipsis oblatae non acceptentur, vel ut foras mittantur. Etenim, obtento consensu oblatorum, vel: *a)* pro pluribus Missis cantandis, una sola *sollemnior in ecclesia paroeciae pro coniunctis intentionibus* cantatur, ceterae autem Missae foras mittuntur ad coniunctas pariter intentiones legendae, soluta pecunia secundum taxam dioecesanam. Maior itaque pars stipendiorum addicitur illi soli Missae cantatae, ita ut, ex relatione Episcopi, celebrans et assistentes

vere diteseendi occasionem habeant, praesertim cum saepe multum ultra taxam ab oblatoribus detur. Vel *b)* una Missa *sollemnis* cantatur in ecclesia paroeciali pro omnibus intentionibus receptis, cui stipendium addicitur taxa dioecesana pro cantatis Missis definitum, et reliqua pecunia piis operibus tribuitur. Vel c) una Missa cantatur sine solemnitate, pro coniunctis intentionibus, sumpto stipendio secundum taxam dioecesanam, et reliqua pecunia bonis operibus deputatur.

Primae rationi agendi, Episcopus obiicit periculum avaritiae; duabus aliis, suppressionem plurium Missarum, et incertam qualitatem operum quibus pecuniae destinantur. Omnibus autem rationibus obiicit coactionem quamdam moralem, quam subire videntur oblatores, etiam quando praerequisiti dant consensum.

itaque proponit ut ratio ista coniungendi plures intentiones prorsus deseratur, sed simpliciter tot Missae dicantur quot fuere requisitae, facta, consentientibus oblatoribus, divisione stipendiorum, ita ut etiam Missae quae alio mittantur legendae, dum debuissent cantari, fruantur, pro rata parte, lautiore stipendio.

Haec porro dubia H. S. G. solvenda proponit: « 1. Utrum liceat, «Consentientibus oblatoribus, componere duas vel plures intentiones « Missarum cantatarum, ita ut una Missa cantata celebretur ád intentio- « nem unitam in ecclesia oblatorum, ceterae vero ad intentionem unitam « legendae tradantur sacerdotibus exteris.

« 2. Utrum liceat, consentientibus oblatoribus, duas vel plures Missas « cantatas ita coniungere, ut una tantum Missa cantetur (cum maiore « sollemnitate) ad intentionem ex oblatis compositam, pro qua stipen- « dium iuxta taxam dioecesanam sumatur, ceterum vero impendatur pro « piis operibus ».

VOTUM CONSULTORIS. - I. *Applicanda principia* haec fere sunt:

a) Nemini licet onera Missarum suscipere quibus intra tempus debitum non possit eo modo satisfacere qui in acceptatione tacite promissus est. Hoc vetat ipsa iustitia naturalis, cuius praescriptum sedulo distinguendum est a regula positiva quae can. 835 statuitur.

b) Quot stipendia data et acceptata fuerint, tot Missae dicendae sunt (can. 828).

c) Cum transferuntur Missae manuales, eleemosynae acceptae integre transmittendae sunt, nisi oblator expresse permittat aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam datum fuisse intuitu personae (can. 840 § 1).

d) Ultro oblatum maius stipendium accipere licet (can. 832).

e) Oblator in mutandam pactionem consentire potest, dummodo ipse sit dominus rei, nec v. g. qua heres vel exsecutor testamenti, voluntate testatoris ligetur; et, quando agitur de iure quaesito tollendo, omnino libere consentiat.

II. *Iudicium, de praxi exposita:*

a) Si istae compositiones proponuntur oblatoribus de Missis iam acceptis, imprudenti sua acceptatione sacerdotes peccarunt contra principium sub littera *a)* recitatum. Nec *subsequens* consensus oblatorum iam satis liber videtur a quadam coactione morali, quae prorsus illicita est.

b) Si vero in ipsa prima tractatione eaedem proponuntur, non licet tamen pro Missa cantata, vel simpliciter vel sollemnius, addicere stipendium ultra congruam taxam dioecesanam : deficit enim ultronea maioris stipendi oblatio. Conversio autem stipendiorum in alia pia opera videtur licita, dummodo sincere procedatur, et oblator plene dominus sit suae eleemosynae.

Inde, si ad ipsa dubia missa, ex solo praescripto legis, formaliter respondendum foret, sic videretur respondendum:

Ad I. *Affirmative,* dummodo:

a) Missae quae cantatur tribuatur stipendium quod pro una Missa cantata receptum est, addito, si maior fiat sollemnitas, supplemento quod taxa dioecesana vel usu locorum definitur.

b) Missis legendis tribuatur stipendium secundum taxam dioecesanam.

c) Restituatur oblatoribus quod plus solverunt pro cantu Missarum quae non erunt nisi lectae.

Ad II. *Affirmative,* dummodo oblator dominus sit, vere consentiat, et dummodo sincere procedatur, nec aliqua negotiatio aut negotiationis *species* dissimuletur.

At satisne erit tale responsum mere formale, cum ipse Antistes, omissa iuris quaestione, pericula abusionum denuntiet et de meliore ratione rem componendi sit sollicitus ? Potius aliter practice respondendum videtur, sicut statim dicetur, post brevem hanc animadversionem de modo proposito a Rmo Antistite : modus nempe iste hac parte peccare videtur, qua Missis lectis stipendium assignare censetur quod pro Missis cantatis oblatum erat, vel saltem ab hac distinctione facienda abstinet.

III. *Conclusio practica:*

Ex facti specie itaque tota difficultatis causa ea esse videtur, quod, ab uno oblatore in casu tot Missae cantandae assumuntur, ut aliis obla-

foribus nullum fere locum iam esse sinant. Hi tunc omni modo instare incipiunt, de impossibilitate obtinendi Missas conqueruntur et sacerdotibus moralem faciunt necessitatem recurrendi ad compositiones, ut plures saltem .quadantenus contentos reddere queant. Si res ita se habet, haec suggerenda videntur, ut, observato can. 836, a singulis oblatoribus non accipiantur nimis multae Missae cantandae in ipsa ecclesia, atque ut Missae cantandae quae transferuntur, transferantur ut *cantandae,* vel Missae legendae addantur eo numero qui respondeat excessui stipendiorum pro Missis cantandis receptorum, nisi S. Sedes permittat ut excessus iste piis dioecesis operibus assignetur. In hunc sensum super propositis dubiis mens Sacrae Congregationis in casu aperienda videtur.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Ernorum ac Revmorum Patrum comitiis habitis in Palatio Apostolico Vaticano, die 9 iulii 1921, omnibus attente perpensis, respondendum censuit « *Ad « mentem.* Mens est ut Ordinarius prudenter studeat relatam praxim « submovere; et, ad normam can. 836 Codicis iur. can., fideles moneantur « per tabellam in sacrario loco patenti positam, non omnes Missas cantatas ob effluentem eorum numerum in ecclesia paroeciali celebrari « posse, sed alibi superexstantes mitti pro celebratione ».

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Benedicto Pp. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in audientia insequentis diei, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA **ROTA**

BERGOMEN.

REDITUS CAPPELLANIAE

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno septimo, die 26 februarii 1921, BR. PP. DD. Fridericus Cattani Amadori, Ponens, *Petrus Rossetti et Raphael Çhimenti, Auditores de turno, in causa* Bergomen. - Reditus Cappellaniae *inter Rev. D.* Ioseph Pezzoli, *Praepositum ecclesiae S. Alexandri in Columna, quae est Bergomi, appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem, advocatum Angelum D'Alessandri, et Rev. D.* Laurentium Togni, *parochum loci vulgo* Zanicâ, *reum conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem, advocatum Vincentium Sacconi, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Gaspar Sirtori, domo ßergomo, vir pietate praestans, parvam ecclesiam in honorem S. Ioseph extra urbem in pago, quem *Capannelle* appellant, intra fines paroeciae, vulgo *Zanica,* exstruxit, a qua tria milia passuum distat. Ibi, venia accepta a Bergomensi Episcopo, qui prius loci parochum audierat, cappellaniam instituit, ut spirituali bono oppidanorum consuleret; ius cappellano tribuit habitandi domum ecclesiae adnexam, necnon utendi atque fruendi horto et praedio domui contiguis, praeter annuam summam quam ei assignavit. Onera autem cappellano pro tempore imposuit sive confessiones audiendi, sive pueros in christiana catechesi erudiendi, sive sacra faciendi, sive parochum adiuvandi. Haec omnia statuit instrumento, die 28, mense iulio 1836, publici notarii manu exarato, quo et iuspatronatus sibi in perpetuum reservavit. Nondum triennio transacto, Gaspar domum religiosam Minorum Conventualium, quae tunc Bergomi ad Sancti Georgii instituebatur, tamquam oblatus vel tertiarius ingressus est, et, donationis contractu diei 22 mensis martii 1839, omnia bona sua atque iura huic religiosae domui cessit, nonnullis additis conditionibus, quas inter erat, ut in perpetuum servaretur cappellania ad Sancti Ioseph in paroecia, vulgo *Zanica;* Patribus istius

religiosae domus ius tribuens eligendi cappellanos post mortem vel renuntiationem Ambrosii Lavelli, quem ipse elegerat, aut ex religiosis viris illius conventus, aut ex saecularibus presbyteris, prout eis placitum foret. Onera atque iura cappellano priori imposita ibi sanxit; successoribus vero onera valde minuit; facultatem PP. Conventualibus tamen dedit eadem variandi, « col corrispondere ... anche quello sti« pendio che stimerà conveniente, col poter deviare da quello in corso « stabilito dal donante » (art. 14). Statuit insuper, quod si domus religiosa ad Sancti Georgii aliquando forte supprimeretur, in eius locum succederet parochus pro tempore Sancti Alexandri in Columna, quae Bergomi est paroecia, in omnibus iuribus atque oneribus, quae ad Religiosos pertinebant. Quod anno 1839 cautum fuit, adamussim evenit anno 1868. Eversiva enim lege factum est, ut religiosae domus suppressae essent, ideoque bonis omnibus conventus S. Georgii fiscus potitus sit. At parochus, qui tunc erat, S. Alexandri in Columna, iura sua, tamquam substituti, apud tribunalia expertus, sententia diei 19 mensis februarii 1874, bona omnia sibi vindicavit.

Cum primus rector cappellaniae, vulgo *Capannelle,* e vita cessisset, in eius locum a religiosa domo sacerdos Bertacchi suffectus est. Hic ab anno 1853 ad annum 1858 in officio mansit; deinde ei successit sacerdos Regazzola, qui ab anno 1859 ad annum 1863, ut antecessores, apud oratorium resedit, postea autem alio recessu, et tantum diebus festis oratorium petebat ut cappellani muneri satisfaceret. Duo priores cappellani praedio ecclesiae proximo certe gavisi sunt; at utrum cappellanus Regazzola praedii usumfructum aliquando habuerit, valde dubium est; etenim ex actis constat PP. Conventuales anno 1864 praedium illud ad diuturnum tempus locavisse. Cappellani vero, qui a parochis S. Alexandri in Columna in posterum electi sunt, numquam praedii fructus perceperunt, sed ipsi parochi sibi detinuerunt. Anno vero 1915 parochus loci *Zanica,* animadvertens iura a cappellaniae fundatore primitus statuta minime servari, petiit ut parochus S. Alexandri praedium cappellano loci *Capannelle* cederet. Petitioni parocho S. Alexandri resistente, controversia ad Bergomensem Curiam delata est, quae primum, administrativo modo, contra petitorem resolvit; cum autem parochus loci *Zanica* instaret, ut iudiciario modo ageretur, S. Alexandri parochus actori ius in iudicio standi denegavit; quod tamen incidentali sententia tribunal, die 15 iulii 1916, non admisit, nec exceptionem praescriptionis, quam postea opposuit. At sententia definitiva, quae die 25 mensis octobris 1917 lata est, actoris petitionem respuit. Hic ad nostrum Sacrum Tribunal appellavit, quod in turno diei 29 mensis iulii 1919 decrevit, dubio: « An ad cappellanum

« loci *Gapannelle* spectet ususfructus praedii de quo agitur » respondendum esse: « Affirmative, sive ad cappellanum *Capannelle* spectare usum« fructum praedii de quo agitur» *(A. A. S.,* XIII, 47). Ab hac sententia Rotali, parochus S. Alexandri in Columna appellationem interposuit, et quaestio hodierna die, nostro Turno definienda proponitur sub dubio : « An Rotalis sententia diei 29 iulii 1919 sit confirmanda vel potius « infirmanda in casu? ».

In facto. - Quoniam ex facto ius exsurgit, illud primum a nobis perpendendum erit. In primis, igitur, quaeremus quonam actu cappellaniam a Gaspare Sirtorio institutam Bergomensis Episcopus probaverit. Hic invenitur actis causae convenienter insertus, et in eo legitur: « ... alle « istanze fatteci dal sig. Giuseppe Sirtorio della parrocchia Zanica di « questa Diocesi, affine di ottenere la facoltà di erigere un pubblico « Oratorio presso il Casinaggio di sua proprietà... posto fra i confini « della parrocchia anzidetta... solleciti di secondare i religiosi desideri « dell'oratore, del parroco locale e dei coloni domiciliati in quei con« torni, siamo venuti nella determinazione di accondiscendere, come col « presente, usando dell'autorità nostra ordinaria, decretando, accondi« scendiamo colf accordare facoltà al suddetto sig. Gaspare Sirtorio di « Zanica di aprire ad uso pubblico l'Oratorio anzidetto sotto il titolo « di S. Giuseppe... con autorizzazione di potervi celebrare la Santa « Messa »; addit nonnullas conditiones, quas inter, ut orator propriis expensis sive ad oratorii conservationem, sive ad ea quae divinum cultum espiciunt, in perpetuum provideret. Hac venia ab Episcopo, die 12 decembris 1827, obtenta, Gaspar, instrumento diei 28 iulii 1836 cappellaniam instituit, in quo haec onera cappellano a se electo imposuit : « Il cap« pellano, che sarà *pro tempore,* sarà tenuto ad assistere con carità e « zelo in ogni giorno ed ora alle confessioni d'ambo i sessi; di fare « ogni festa comandata la dottrina cristiana, in quell'ora però che non « coincida colle funzioni parrocchiali ; di istruire per quattro giorni alla « settimana e per due ore al giorno i fanciulli di quella frazione, onde « incamminarli sul retto sentiero di nostra religione, meno però due « mesi all'anno che gli si concedono per vacanza; di assistere col mas« simo impegno e con vera carità cristiana ai poveri ammalati situati « nell'intorno pel circondario circa di un miglio, ma però appartenenti « alla parrocchia di Zanica, procurando loro i soccorsi tutti di nostra « Cattolica Religione, e senza riguardo che il bisogno si presenti piut« tosto di giorno che di notte tempo ; di intervenire qualche volta fra « l'anno alle funzioni parrocchiali di Zanica, quando però solo lo per-

« metteranno l'età, la salute, la varietà delle stagioni, e ehe non abbia « impegni relativi ai componenti della frazione, e finalmente permet- « tere, sempre però previo assenso del parroco çhe sarà *pro tempore* in « Zanica, ai limitrofi Rev. Sigg. Parrochi la somministrazione dei Sacra- « menti per i pòveri infermi anche non addetti alla parrocchia di Zanica, « ove le circostanze il comportassero, onde non lasciarli perire senza « quei suffragi cotanto necessari alla salute delle anime nostre ».

« 11 cappellano che sarà *pro tempore,* sarà tenuto di celebrare, in « detta chiesa di S. Giuseppe, la Santa Messa tutte le domeniche ed « altre feste comandate, nonché di celebrare quotidianamente anche nei « giorni feriali in quel tempo ed ora di maggior comodo ai fedeli, delle «quali giornate feriali poi potrà il Cappellano scegliere ad arbitrio inter- « polatamente giorni 30 (trenta) all'anno, onde dar passo ai propri affari, « od anche per solo oggetto di semplice vacanza, restando per questi « limitatamente esonerato da una tale celebrazione, fermo l'obbligo, pel «residuo tempo, dell'esatto e scrupoloso adempimento della celebra- « zione stessa. Circa poi l'applicazione della Santa Messa quotidiana « da celebrarsi in detta chiesa di S. Giuseppe, meno i concessi giorni « trenta di vacanza, dovrà il Cappellano ogni anno e in perpetuo appli- « carne 150 (centocinquanta) secondo la mente del Fondatore ing. Ga- « spare Sirtori, e le altre tutte resteranno a libera disposizione del « cappellano stesso.

« Se il cappellano per fisica impotenza non potesse celebrare la « Messa festiva, dovrà a sue spese farsi rappresentare da un altro sacer- « dote, onde nè la domenica nè le altre feste comandate, quella non « manchi mai; che se la malattia fosse duratura oltre mesi due e di « un'indole tale che lo rendesse inabile al disimpegno dei caricatigli « oneri, in tale verificata ipotesi, sarà tenuto di sostituire a tutto suo «carico e spesa un altro sacerdote che faccia le sue veci, ma che sia «però di pieno aggradimento dell'istitutore e commissari, nonché di « quel Rev. Parroco di Zanica che sarà *pro tempore;* senza il concorso « dei quali estremi non sarà mai valida nè attendibile la fatta sostitu- « zione ». Insuper institutor cappellano iniungit, ut die sabbati cuiusvis hebdomadae, necnon in festis B. M. Virginis, in oratorio rosarium reci- tet et in nonnullis diebus festis benedictionem impertiatur populo cum Ssmo Sacramento. Congruenter autem pro his omnibus officiis sequentes eidem remunerationes atque iura concedit: «Al cappellano che sarà *« pro tempore,* oltre al diritto di percepire in numerario le sopra preci- « sate austriache lire 1000, divise in due eguali rate, come sopra, gli « viene pure assegnato di godere l'abitazione situata nel locale unito

« all'anzidetta chiesa, composto di una saletta e cucina a pian terreno, « e di tre stanze da letto al primo piano superiore, nonché l'orto attiguo «a detta chiesa e caseggiato, tutto cinto in vivo, ed il terreno pure « vicino, coltivodavorativo e moronato, ascendente in tutto a pertiche «locali ottantotto (88) ».

His constitutis, Gaspar primum elegit cappellanum Ambrosium Lavelli, qui institutionis actui nomen apposuit, onera atque iura assumens. At anno 1839, cum Gaspar conventum Minorum Conventualium ingressus est, omnia bona sua necnon cappellaniam ad Sancti ioseph, eiusque dotem, eidem conventui donavit: « La traslazione del dominio diretto « dei livelli enfìteutici ed immobili donati, viene dal sig. donante tras- « ferita nel Convento donatario da oggi in avanti, con facoltà di farsi « anche intestare dei beni riportati in donazione, sulle tavole censuarie « in prova del diretto dominio concessogli... Intende il sig. donante di « spogliarsi dei prodotti utili sugli enti tutti delle cose donate, col cedere « il pieno godimento dei canoni livellivi, chiesa, casa e fondi al Con- « vento donatario, con tutte le azioni, diritti e servitù attive e passive « competenti al donante e competibili agli immobili donati, intendendo « esso donante di mettere il Convento donatario in di lui luogo e stato, « costituendo in di lui procuratore irrevocabile, per ogni effetto di ragione « e di legge il sudd. M. Rev. Padre Angelo Bigoni e di lui successori « Provinciali del Convento medesimo ».

Hac bonorum suorum donatione Conventui facta, congruentia onera eidem imponit, quae, relate ad cappellaniam ad Sancti Ioseph, haec sunt: « Sarà... obbligo del Convento di continuare a pagare al Cappel- « lano della chiesa di S. Giuseppe di Zanica, eretta dal donante a bene- « ficio del detto paese, le annue lire mille austriache (840 italiane), oltre « l'uso della porzione di casa che ^ià gode e dei frutti dei fondi asse- « gnau pure in usufrutto, come tutto consta dalle scritture 28 luglio 1836, « atti del Notaio Sig. Dr. Angelo Custode Locatelli ».

Quaestio exsurgit inter partes, utrum Gaspar Sirtorius, hic iura cappellani enumerans, loquatur tantum de Ambrosio Lavelli, idest de cappellano qui tunc erat, vel potius de cappellano pro tempore, idest etiam de futuris. Sed res quae, legenti hanc paragraphum tantum, dubia maneret, ab iis, quae immediate sequuntur, explanatur: « Alia morte dell'at- « tuale cappellano, rinuncia o dimissione per qualche motivo prodotto « dalla non esatta osservanza degli obblighi tutti assunti, dal cappellano « con la succitata scrittura, di cui il donante incombe *(sic)* al Convento « una severa sorveglianza per la sua esecuzione, in questo caso sarà « obbligo del Convento di passare tosto all'elezione di altro soggetto

« ad esso beneviso per bontà, prudenza e zelo delle anime, coli' imporre « al medesimo quegli obblighi che crederà del caso » (loquebatur igitur in praecedenti paragrapho de cappellano a se electo, quocum.anno 1836 ipse contractum inierat, non de eius successoribus, quibus nova onera hic statuit), «oltre alii seguenti *di volontà espressa dal donante, da « imporre in perpetuo anche a tutti i successori:*

« 1. Di tenere ben pulita e custodita la chiesa coi relativi arredi « sacri, di cui se ne farà ogni volta consegna al cappellano, mediante « esatto inventario, contro regolare cauzione, perchè li conservi e li « restituisca in natura tutti, salvo il naturale loro deperimento sofferto « per l'uso.

« 2. Di fare in perpetuo officiare decorosamente la chiesa pre- « detta, con religioso zelo ed assiduità.e come meglio crederà il Con- « vento.

« 3. Di far celebrare in essa chiesa annualmente in perpetuo cen- « tocinquanta (n. 150) messe, secondo la mente del donante, come pra- « ticasi attualmente, con l'obbligo al cappellano della presenza della «messa in tutte le feste di precetto, nessuna eccettuata.

«4. Di assistere con assiduità e zelo gl'infermi del vicinato, con « l'obbligo di fare tutte le feste la dottrina cristiana, ed ascoltare in « essa chiesa le confessioni dei due sessi con assiduità e premura...

« 9. Se poi al cessare del cappellano, per alcuno dei premessi motivi, « fosse in grado il Convento di supplire con un individuo dei suoi Reli- « giosi dell'Ordine stesso agli obblighi della cappellania medesima, bene « inteso anche con l'esatta osservanza dei patti sopra stabiliti, il signor « donante avrebbe molto piacere fosse da esso Convento sostenuta, per «maggior vantaggio del Convento stesso; in caso diverso sarà obbli- « gato di tenere attivata in perpetuo essa cappellania, con l'elezione di « un cappellano a suo genio ».

Huic paragrapho respondet § 14, in qua Gaspar haec mandat: « Veri- « ficandosi il caso contemplato all'art. 9 (nono), di dover cioè il Con- « rento tenere attivata la cappellania con l'elezione di un cappellano a « suo genio, potrà il Convento medesimo in tal caso imporre al cap- « pellano oltre gli obblighi contemplati nel presente istromento, quegli « altri ancora che crederà del caso, col corrispondere ad esso cappel- « lano anche quello stipendio che stimerà conveniente, col poter deviare « da quello in esso stabilito dal donante ».

Ergo Gaspar in hoc instrumento, non tantum cappellanis futuris minuit onera, quae imposuerat priori a se electo, quaeque enumerantur in actu institutionis anno 1836, sed PP. Conventualibus facultatem etiam

concessit, ipsis cappellanis mercedem assignandi, quae illis conveniens videretur, scilicet derogandi ab ea quam ipse statuerat.

Quaestio quae excitatur a partibus, utrum secundus vel etiam tertius cappellanus usufructu praedii gavisi sint, quamque testimoniis definire contendunt, ad hanc litem parum vel nihil refert; quia, etsi PP. Conventuales, una vel alia vice, usumfruetum concesserint, non sequitur, eos potestatem amisisse, pacta, cum voluerint, immutandi. Ceterum certissimum apparet, anno 1864, dum adhuc sacerdos Regazzola rector esset cappellaniae S. Ioseph, praedii usumfruetum ad illum amplius non pertinere. Patres enim Conventuales iam ab anno 1863, ad longum tempus, scilicet ad decem et octo annos praedium locaverunt. Anno vero 1868, cum domus religiosa a laica lege suppressa esset, instrumento diei 13 augusti, a publico Notario Ioanne Dolci exarato, Patres ipsi bona omnia quae a Gaspare Sirtorio acceperant, Praeposito S. Alexandri in Columna tradiderunt, prouti a donante praeceptum erat, idest cum omnibus oneribus sibi impositis contractu diei 22 martii 1839. In illo traditionis actu onera, quae tunc temporis super bonis inerant, enumerantur his verbis: « Oneri tutti che oggi sussistono nella maniera « seguente: *a)* Al cappellano di S. Giuseppe alle Gapannelle della Basella « nel comune di Zanica, annuali lire italiane 840 (ottocento quaranta) » (cetera sequuntur quorum nostra non interest), quin ibi ulla mentio fiat de usufructu praedii, cuius est quaestio, quem reapse parochi S. Alexandri in Columna nunquam cappellanis S. Iosephi tradiderunt; sed eis tantum annuatim stipendium libellarum italicarum 840 persolverunt.

Igitur concludi posse videtur, instrumentum donationis, anno 1839 a Gaspare conventui factae, iam ab anno 1863 usque ad praesens hanc interpretationem accepisse, ut Patres Conventuales primum, et postmodum parochi S. Alexandri in Columna, libere possent uti, frui praedio, cuius usumfruetum Gaspar ipse anno 1836 cappellano ad Sancti Ioseph assignaverat.

Quod est in iure. - Cum interpretatio, quam sive Religiosi sive parochi S. Alexandri donationi, sibi a Gaspare Sirtorio factae, dederunt, per temporis spatium quinquaginta annorum et amplius, constans fuerit atque pacifica, in sui favorem iuris praesumptionem inducit, ita ut parocho loci *Zanica,* qui illam falso niti fundamento contendit, onus incumbat quod asserit iuridice probandi. Argumenta autem, ut id evinceret (supposita validitate actus anni 1836) duo esse possunt, vel quia Gaspar Sirtorius immutare nequibat pacta, quae in actu institutionis cappellaniae statuerat, vel saltem quod, etsi haec immutare potuerit, de facto

tamen non immutavit. At, primum quod respicit, erroneum esset id affirmare. Etenim actus diei 28 iulii 1836, quo Gaspar Sirtorius instituere contendit cappellaniam ad Sancti Ioseph, in se, uti constitutivus cappellaniae, imperfectus mansit: ad eius enim complementum alius actus consequi debebat, nempe designatio eorum, qui post Gasparis mortem, cappellaniae rectores eligere debuissent. Ibi, sub n. 1, legitur: « Il sig. Sir« tori... istituisce una Cappellania *colla riserva esclusiva del ius patro« nato,* ossia diritto di elezione del sacerdote in lui stesso, sino a che « farà numero della società dei viventi, cessata la quale, la nomina del « cappellano *diverrà di esclusivo diritto dei commissari che verranno dal « sig. Sirtofi nominati con altro separato atto da lui firmato,* in concorso « anche del Rev. sig. Prepósito di Zanica, che sarà protettore, sotto « l'espressa alternativa, che se fra li medesimi nascesse di non concor**de** dare nella scelta, in tale non creduta ipotesi, la nomina del cappel« lano verrà definitivamente fatta da Monsignor Vescovo di questa città "« e diocesi, rimossa ogni opposizione » : qui actus, a quo prior in suo valore *pro futuro* pendere debuisset, numquam a Gaspare confectus fuit. Secundo, quia a Gaspare minime observata fuit conditio ei ab Episcopo imposita, ut facultatem Gaspar haberet sive oratorium ad divinum cultum aperiendi, sive ut ibi Missa posset celebrari. Quae conditio ita exprimitur: « ... con autorizzazione di potervi far celebrare la Santa Messa, «*purché* si osservino esattamente le infrascritte condizioni: 1) che il « mantenimento e l'officiatura dell'enunciato Oratorio sia a carico sol« tanto dell'oratore sig. Sirtori e i suoi eredi, *ritenendo all'uopo la di « lui obbligazione estesa a norma di legge, con si sottoporre a, speciale « ipoteca un immobile,* il prodotto del quale servirà unicamente pel man**di** tenimehto dell'Oratorio medesimo, dacché l'ufficiatura stessa non deve « essere in aggravio nè della chiesa parrocchiale, nè della Comune » Quam conditionem, imponendi scilicet hypothecam super fundo, ut reditus cappellaniae suppeditarentur, Gaspar nunquam adimplevit.

Quod si contractus institutionis in se perfectus non est, sequitur in foro externo pro infecto haberi: « Actus imperfectus minusque abso« lutus et consummatus reputatur pro nihilo: 1. *si is qui quadraginta...* » (Leurenius, p. H, q. 794, 1).

Etsi autem cappellania a Gaspare, actu anni 1836, recte fuerat instituta, haec tamen non ecclesiastica esset, sed tantum laicalis, deest enim erectio canonica ; « Hinc, in praxi, S. Congregatio Concilii, ad dignoscen« dum beneficium ecclesiasticum, illudque distinguendum a Cappellania « laicali seu pro Missarum legato, piave donatione, plurimum attendit, « utrum decretum Episcopi vel eius officialis emissum fuerit in erectione

«beneficii ipsius. Legata enim Missarum seu Cappellaniae mere laicales «solummodo acceptantur ab auctoritate ecclesiastica, non autem eri- « guntur in titulum per decretum, seu institutionem canonicam » (Santi, *Praelect. Iur. Can.,* b TU, tit. 5, n. 10). Hae cappellaniae etiam mercenariae dicuntur, quia in illis rectores Missas Celebrant recepta mercede, absque titulo. In his sacerdotes eliguntur ad adimplendum munus impositum a testatore, ita tamen ut possint ab eo removeri, et tales cappellaniae dicuntur etiam manuales et ad nutum revocabiles, quia in alterius manu stat, illas relinquere vel auferre. Nec in erectione cappellaniae proprie dictae potest testator vel fundator apponere conditionem, quod Episcopus se non intromittat ad eas conferendas, ut Gaspar in actu anni 1836 adamussim disposuit (cfr. Ferraris, *Bibl. Can.* ad verbum *Cappel lanía,* nn. *%* 3, 5). Hae autem, quae, proprie loquendo, potiusquam cappellaniae, dicuntur « servitia ecclesiastica » (cfr. D'Annibale, *Summ. Theol. Mor.,* pars III, n. 71), ab ipsis fundatoribus, dum in vivis sunt, vel etiam testamento, possunt immutari vel supprimi, cum omnino a propria voluntate pendeant, nisi fuerint a competenti auctoritate ecclesiastica legitime acceptatae, quia tunc naturam induerent contractus synallagmatici: *do ut facias;* prout habet Codex iuris canonici, can. 1544 § 2. Hoc tamen, in casu nostro, ut supra vidimus, minime evenit, cum Gaspar veniam tantum obtinuerit, ut oratorium aperiret ibique Missa celebraretur, sub conditione, quam ille non adimplevit.

Probat saltem parochus loci *Zanica,* Gasparem Sirtorium, instrumento diei 22 martii 1839, non immutasse pacta, quae statuerat in actu fundationis anni 1836? - Illud perlegentibus statim apparet Gasparem Patribus Conventualibus ad S. Georgii omnia bona sua donavisse, et ideo etiam illa quae actu 1836 in dotem cappellaniae ab eo fuerant constituta. Iis enim accurate descriptis, notarius declarat: « Il sig. Gaspare « Sirtorio in relazione a quanto si è esternato, spontaneamente e volon- « tariamente ed in ogni miglior modo dichiara donare, come coli'atto « presente dona irrevocabilmente, per patto tra vivi, al Convento dei « Rev. Padri Minori Conventuali di S. Francesco che si va attivando nel « Borgo S. Leonardo, nel ripetuto locale di S. Giorgio, accettante per « esso il sullodato sacerdote sig. Don Pietro Sironi, quale incaricato col « sudimesso mandato dal detto M. R. P. Bigoni », inter quae nominatim indicantur « tutti i beni immobili di ragione del sig. donante situati « nelle Comuni di Grassobio e Zanica, cioè una chiesa portante il titolo « di S. Giuseppe, con locale annesso ad uso di abitazione del cappellano, « con orto, un altro caseggiato tutto cinto di vivo di facciata alla detta « chiesa di recente fabbricato, nonché tutto il terreno attiguo ad essa

« casa coltivo e moronato, ascendente in tutto a circa Pert. 88 (ottantotto). « Tutto il mobile di qualunque natura esso sia, tanto di arredi sacri « della chiesa che di altra specie, esistente, anche nelle suddette case... « La translazione del dominio diretto dei livelli enfiteutici ed immobili « donati, viene dal sig. donante trasferita nel Convento donatario da, « oggi in avanti, con facoltà di farsi anche intestare dei beni riportati •« in donazione su le tavole censuarie in prova del diretto dominio con- « cessogli, e di potersi anche far riconoscere proprietario dei suenunciati « due livelli enfiteutici dai livellari predetti. ... Intende il signor do- « nante di spogliarsi dei prodotti utili su gli enti tutti delle cose donate, « col cedere il pieno godimento dei canoni livellivi, chiesa, casa, e fondi ~« al Convento donatario, con tutte le azioni, diritti e servitù attive e «passive competenti al donante e competibili agl'immobili donati, « intendendo esso donante di mettere il Convento donatario in di lui « luogo e stato ». Demum additur: « Si aggiunge a maggior dilucida- ci zione che li fondi, chiesa e casa come sopra donati, sono quelli ora « goduti dall'attuale cappellano in effetto di scrittura 28 luglio 1836, atti « sig. Angelo Custode Locatelli ». Si igitur bona quae actu anni 1836 in dotem cappellani constituta erant, anno 1839 PP. Conventualibus donata sunt, quomodo asseri potest, priorem actum non fuisse a secundo immutatum ?

Insuper cum in instrumento donationis anni 1839 Gaspar expresse statuta onera perpetua imponenda cappellanis, qui Ambrosio Lavelli successuri erant, sex enumerat, dum e contra Ambrosio ipsi, in actu anni 1836, saltem decem officia imposuerat, ideo futuris cappellanis quatuor officia diminuta sunt, nempe: « I° di istruire per quattro giorni alla settimana « e per due ore al giorno i fanciulli di quella frazione, onde incammi- « narli sul retto sentiero di nostra Religione; 2° di intervenire qualche « volta fra l'anno alle funzioni parrocchiali di Zanica; 3° di celebrare •« nella chiesa di S. Giuseppe la Santa Messa quotidianamente, anche nei «giorni feriali, in tempo ed ora di maggior comodo dei fedeli; 4° di « farsi sostituire in caso di fisica impotenza nelle domeniche e nelle -« Feste comandate, a tutto suo carico e spesa, da un altro sacerdote, che « faccia Je sue veci »: necnon die sabbato cuiusvis hebdomadae et in festis B. Mariae Virginis, rosarium in oratorio recitandi et nonnullis aliis festis sermonem habendi populo,et benedictionem cum Ssmo Sacramento impertiendi. Quin ergo parochus loci *Zanica* probet, Gasparem Sirtorium onera beneficii non immutasse, potius e contra parochus S. Alexandri in Columna oppositum plene demonstrat. Quae cum ita sint, non intelligimus quomodo appellata sententia Rotalis asserere potuisset :

•« comparatione instituta inter utrumque documentum, tenendum esse « non haberi exclusionem prioris voluntatis per posteriorem, sed, ad « substantiam rei quod attinet, unam cum altera coniurare amice », et -deinde: « haec onera quae latissime patent - *come meglio crederà il Gon- « vento* - locum tenent aliorum plurimorum, quae in specie pius fun- « dator anno 1836 statuerat»; illa enim *facultativa,* haec vero *praece- ptiva* erant: quasi facultas imponendi onus, idem sit ac oneris impositio!

Nos igitur recedere non posse iudicamus ab interpretatione continua atque pacifica, quam Religiosi prius, et postea parochi S. Alexandri in Columna, instrumento donationis anni 1839 dederunt, nemine reclamante, cum de facili possent, sive cappellani S. Ioseph, sive parochi, qui per annos amplius quinquaginta loco *Zanica* fuerunt. Ipsa vero donationis verba hanc interpretationem, utpote donatoris menti conformem, plene demonstrant.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus proposito dubio : « An sententia Rotalis 29 iulii 1919 sit « confirmanda vel potius infirmanda in casu », respondendum esse : « *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam », seu: « Sen- « tentiam Rotalem diei 29 iulii 1919 esse infirmandam in casu, et ideo « ad Cappellanum loci *Gapannelle* non spectare usumfruetum praedii « de quo agitur ». Expensas autem omnes iudiciales compensatas esse inter partes volumus, excepta taxa sententiae huius, a parocho loci *Zanica* solvenda.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim tit. XVII, 1. IV Codicis iuris canonici, *De exsecutione sententiae;* iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis futura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 26 februarii 1921.

Fridericus Cattani Amadori, *Ponens*
Petrus Rossetti.
Raphael Chimenti.

T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che il tempo utile per l'iscrizione dei giovani ecclesiastici allo Studio presso la S. Congregazione dei Concilio avrà termine col I° del prossimo dicembre.

Roma, 26 ottobre 1921.

G. Mori, *Segretario.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 25 ottobre 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eoli e Rmi signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Nuova-Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroicità delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Alano De Solminiac, Vescovo di Cahors.

S. PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nel Sacro Tribunale della Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso all'ufficio di Sostituto, per esame orale e scritto. L'orale avrà luogo il giorno 29 del prossimo novembre alle ore 9, lo scritto il dì seguente alle ore 8.

I sacerdoti che desiderassero prendervi parte dovranno, non più tardi del 25 novembre, esibire nella Segreteria di detto Sacro Tribunale la domanda corredata dai titoli necessari per l'ammissione.

Dalla Segreteria della S. Penitenzieria, 25 ottobre 1921.

B. Colombo, *Reggente^*

.••SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

5 ottobre 1921. L'Emo sig. Card. Augusto Silj, *Protettore della Congregasione delle Suore Angeliche, fondata da S. Antonio M. Zaccaria.*
7 » » L'Emo sig. Card. Andrea Frühwirth, *Protettore dell'Istituto delle Suore Bigie della S. Croce, di Ottawa.*
23 » » Gli Emi Signori Cardinali Francesco Ragonesi e Camillo Laurenti, *Membri della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*
26 » » L'Emo sig. Card. Michele Lega, *Protettore delle Religiose Oblate dell'Assunzione.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

28 giugno 1921. Monsig. Giovanni Glennon, Arcivescovo di S. Luigi (Missouri S. U. A.).

Protonotari apostolici ad instar participantium:

21 aprile 1921. Monsig. Giuseppe Brenner, della diocesi di Budweis.
16 luglio » Monsig. Giovanni Kohuth, della diocesi di Neosolio.

Prelati Domestici di S. S.:

26 giugno 1921. Monsig. Matteo Göbel, della diocesi di Limburgo.
19 luglio » Monsig. Giuseppe Nathan, dell'archidiocesi di Olmiitz.
» » » Monsig. Leopoldo Precan, della medesima archidiocesi.
4 ottobre '» Monsig. Giovanni Mesini, dell'archidiocesi di Ravenna.
6 » » Monsig. Paolo Hook, della diocesi di Mene via.
19 » » Monsig. Giandomenico Pini, dell'archidiocesi di Milano.
21 » » Monsig. Gherardo Canova, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Giuseppe Pezzoli, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

17 ottobre 1921. Al sig. Augusto Ciriaei (Roma).
» » » Al sig. avv. Cesare Ossicini (Roma).

La Orr an Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 ottobre 1921. Al sig. Luigi De Ossa y Brown, dell'archidiocesi di S. Giacomo del Cile.

La Placca dell''Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 ottobre 1921. Al sig. Alfonso Ledoulx.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 ottobre 1921. Al sig. Eduardo Cayota, della Repubblica dell'Uraguai.
10 » » Al sig. dott. Paolo Gautkowski, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 agosto 1921. Al sig. Giovanni Adriano Monod de Froideville, del Vicariato Apostolico di Batavia.
» » » Al sig. Ernesto Augusto Van Arcken, dello stesso Vicariato.
28 settembre » Al sig. Enrico Ludovico Giuseppe Maertens, della diocesi di Breda.
6 ottobre » Al sig. Giuseppe De Valence de Minardière, della diocesi di Autun.
13 » » Al sig. Giovanni Battista Angelo Cossetti, della diocesi di Concordia.
» » » Al sig. Augusto Van de Velde, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Costante Coosemans, della medesima archidiocesi.
lo » » Al sig. Enrico G. M. Hermans, della diocesi di Ruremonda.
» » » Al sig. Maurizio Eblé, dell'archidiocesi di Parigi.
17 » » Al sig. dott. Paolo Amadori (Roma).

*Il Cavalierato dell'Ordine di **S.** Gregorio Magno, classe militare:*

30 settembre 1921. Al sig. Luogotenente Norberto Laude, dell'archidiocesi di Malines.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 ottobre 1921. Al sig. Piero Panighi (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

26 settembre 1921. Al sig. Luigi Ramello, dell'archidiocesi di Torino.
18 ottobre » Al sig. Francesco Carrer, Intendente delle scuderie pontificie.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. **Rina** Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato- di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

2 luglio 1921. Monsig. Giuseppe Clemente Willging, della diocesi di Helena (S. U. A.).
11 ottobre » Monsig. Sigismondo Kulig, della diocesi di Cracovia.
» » » Monsig. Giuseppe Corona, della diocesi di Massa.
» » » Monsig. Silvio Giovannoli, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Aristide D'Alessandro, della diocesi di Lucera.
» » » Monsig. Pietro Mortarino, della diocesi di Novara.
21 » » Monsig. Francesco Lazzara (Roma).
» » » Monsig. Giovanni Franzioni, della diocesi di Vercelli.
22 » » Monsig. Felice Gallinetti, dell'archidiocesi di Bologna.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

22 agosto 1921. Il sig. Valentino Bellia, dell'archidiocesi di Torino.
19 settembre » Il sig. conte Paolo d'Artèt, di Bruxelles.
30 » » Il sig. conte Carlo Lefebvre, dell'archidiocesi di Malines.
21 ottobre » • Il sig. conte Girolamo Medolago Albani, della diocesi dì Bergamo.
» » » Il sig. conte Pio Medolago Albani, della medesima diocesi-
» » » Il sig. Enrico Baeza Yavar (Chili).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

12 luglio 1921. Monsig. Giuseppe di Gennaro, della diocesi di Mileto.
7 ottobre » Monsig. Giuseppe Luchenti, della diocesi di Norcia.

1.8 ottobre 1921. Monsig. Tito Crespi, della diocesi di Ventimiglia.
» * » » Monsig. Antonino Arata, della diocesi di Piacenza.
» » » Monsig. Efrem Forni, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Lorenzo Baum, dell'archidiocesi di Colonia.
21 » » Monsig. Rocco Beltrami, della diocesi di Novara.

NECROLOGIO

9 settembre 1921. Monsig. Giacomo Costamagna, Vescovo tit. di Colonia.
19 » » Monsig. Prudenzio Gomes da Silva, Vescovo di Goyaz.
17 ottobre » Monsig. Emanuele Alfonso Van de Bosch, Arcivescovo tit. di Pario.
» » » Monsig. Mario Palladino, Vescovo di Caserta.
22 » » Monsig. Giovanni Marenco, Arcivescovo tit. di Edessa, Internunzio Apostolico per Costa Rica, Nicaragua e Honduras.
2ß » » Monsig. Gregorio Nazianzeno Hoyos, Vescovo di Manizales.

Annus XIII - Vol. XIII 23 Novembris 1921 Num. U

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

Die 21 novembris 1921, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum est *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur:

I. - ALLOCUTIO SS. D. N. BENEDICTI PP. XV

VENERABILES FRATRES

In hac quidem renovata laetitia amplissimi conventus, multa sunt magnae Nobis curae, sed illud maximae quod est de rationibus mutuis Ecclesiam inter et civilem societatem plurif ariam ordinandis. Etenim nemo est qui ignoret, post recens immane bellum, vel novas natas esse Respublicas, vel Respublicas veteres, provinciis sibi adiunctis, crevisse. Iam vero, ut alia omittamus quae huc possumus afferre, patet quae privilegia pridem haec Apostolica Sedes, per pactiones sollemnes conventionesque, aliis concesserat, eadem nullo iure posse hasce Respublicas sibi vindicare, cum res inter alios acta neque emolumentum neque praeiudicium ceteris afferat. Item Civitates nonnullas videmus ex hac tanta conversione rerum funditus novatas extitisse, adeo ut quae nunc est, non illa ipsa possit haberi moralis, ut aiunt.

persona, quacum Apostolica Sedes olim convenerat. Ex quo illud natura consequitur, ut etiam pacta et conventa, quae inter Apostolicam Sedem et eas Civitates antehac intercesserant, vim iam suam omnem amiserint.

* Verum si qui Rebuspublicis vel Civitatibus quas diximus praepositi sunt, velint cum Ecclesia pacisci concordiam aliis condicionibus quae mutatis temporibus melius congruant, sciant Apostolicam Sedem - nisi quid aliam ob causam sit impedimento - non recusaturam quominus ea de re cum ipsis agat, ut cum aliquot iam agere instituit. Hoc autem vobis, Venerabiles Fratres, denuo confirmamus, in pactiones huiusmodi Nos minime passuros ut quidquam irrepat quod sit ab Ecclesiae alienum dignitate aut libertate ; quam quidem salvam esse et incolumem vehementer interest, hoc maxime tempore, ad ipsam civilis convictus prosperitatem.

Nullus enim negaverit rei civilis religioseque consensionem ad tranquillitatem! publici ordinis, quod bonum est fundamentum ceterorum, non parum conferre. Etenim pax a populis, tantas in omni genere ruinas perpessis, domi forasque nimium; hodie desideratur ; ac tamen summo cum moerore ac sollicitudine cernimus paci sollemnibus consignata© scriptis nequaquam pacem comitatam esse animorum, nationesque fere omnes, Europaeas praesertim, magnis etiamnunc dilacerari discidiis, hisque adeo acerbis, ut ad ea sananda vehementius in dies requiratur Dei miserentis manus, in qua est *virtus et potentia ... magnitudo et imperium omnium*[1].

Ad ipsius igitur confugiamus clementiam eamque non solum prece supplici imploremus, sed etiam conciliare studeamus oportet, cum sanctius vitam instituendo, tum vero in calamitosos, quorum nunc ubivis maxima, si unquam alias, copia est, beneficentiae officia frequentando. Quoniam autem huius rerum) omnium perturbationis, in qua versa-

[1] I *Par.* XXIX, 12.

mur, ea in primis duplex e&t causa, quod vario ducuntur errore mentes, et quod flagrant invidia, animi nimis multorum, magnifieandus est *dives in misericordia* Deus qui anno vertente duplicem pariter occasionem obtulerit hominibus ad medendum utrique rei mirifice accommodatam. Sacra sollemnia dicimus anni septingentésima ex quo et Pater legifer Fratrum! Minorum Franciscus Tertiariorum suorum ordinem instituit et Fratrum^ Praedicatorum legifer item Pater Dominicus excessit ad Deum : nanu dubitandum non est quin ex sanctissimorum recordatione virorum populus christianus excitari se senserit ad studium cultumque delapsae de caelo tum caritatis tum veritatis. Praeclare enim magnus ille Poeta catholicus - cuius ipsius memoria saecularis per hos menses iure quidem ac digne a nostris celebrata est - duorum Patriarcharum laudes uno complexus praeconio, u alterum caritatis ardore seraphicum, alterum, sapientia, cherubicae lucis splendorem » appellat. Itaque, Deo adiuvante, instituta in eorum honorem sollemnia tanto piorum studio tantaque frequentia peracta sunt, ut existimare liceat non ad levem quamdam et fugacem inflammationem animorum ea recidisse, sed incrementum inde acceptum fidei mutuique amoris in multitudine solidum esse atque mansurum.

Quamquam vero his malis, quibus humana societas premitur, medicinam praesentem efficacemque maxime a Deo petimus, non tamen praetermittenda dicimus aut negligenda quaecumque recta ratio ususque rerum suadeat remedia et praesidia. His enim adhibendis sive remediis, sive praesidiis, communi bono consulere proprium est eorum officium qui populos regunt, tametsi eos iisdem unice confidere, Dei ope neglecta, nefas est. Nos igitur perlibenter, Venerabiles Fratres, videmus complurium Civitatum legatos his diebus Washingtonum convenisse ob eam causam ut de immodicis rei militaris sumptibus minuendis inter se consultèrent. Quorum consilia optamus cupimusque prosperum sue-

cessum habeant, eisque ut lumine sapientiae suae Deus adsit, cum optimo quoque suppliciter precamur ; neque enim solum id agitur, quod sane magnum est, ut intolerandis iam oneribus populi releventur, sed etiam, quod est maius, ut bellorum, quoad possit, pericula multo remotiora iam fiant.

Reliquum est, ut viduatis ecclesiis sacros Pastores attribuamus.

II. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater has, quae sequuntur, Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

Metropolitanae Ecclesiae Bononiensi praefecit R. P. D. Ioannem Baptistam Nasalli-Rocca, hactenus Archiepiscopum titularem Thebarum, Eleemosynarium Sanctitatis Suae.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Oxyrynchiensi, R. P. D. Leonem Livinhac, e Congregatione Missionariorum Africae, hactenus Episcopum titularem Pacandensem.

Metropolitanae Ecclesiae lanuensi, R. P. D. Iosue Signori, hactenus Episcopum Alexandrinum Statiellorum.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Damascenae, R. P. D. Carolum Sica, hactenus Episcopum titularem Palaeopolitanum.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Nicaenae, R. D. lulium Tiberghien, Consultorem Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, Protonotarium Apostolicum supra numerum et Canonicum Patriarchalis Archibasilicae Lateranensis.

Archiepiscopali titulari Ecclesiae Edessenae, R. P. Marium Giardini, e Congregatione Clericorum Regularium Sancti Pauli Apostoli, Parochum Sanctorum Blasii et Caroli ad Catinarios de Urbe, electum Delegatum Apostolicum in Imperio laponico.

Cathedrali Ecclesiae Crossensi, R. P. D. Alexandrum Mae Gavick, hactenus Episcopum titularem Marcopolitanum.

Cathedrali Ecclesiae Ogdensburgensi, R. P. D. Iosephum Henricum Conroy, hactenus Episcopum titularem Arindelensem.

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Bellohorizontinae, R. P. D. Antonium dos Santos Cabrai, hactenus Episcopum Natalensem.

Cathedrali Ecclesiae Anneciensi, R. P. D. Florentium du Bois de la Villerabel, hactenus Episcopum titularem Eeniensem.

*Cathedrali Ecclesiae Bruklyniensi,** R. P. D. Thomam Edmundum Molloy, hactenus Episcopum titularem Lpriensem.

Episcopali titulari Ecclesiae Gerrhensi, R. P. Lucam Hermenegildum Pasetto, O. F. M. Capuccinorum, Praedicatorem Apostolicum.

Cathedrali Ecclesiae Meldensi, R. P. D. Ludovicum Gaillard, Vicarium Generalem Bellovacensem.

Episcopali titulari Ecclesiae Sorensi, R. D. Danielem Champavier, Vicarium Generalem Gratianopolitanum, deputatum in Auxiliarem R. P. D. Antonii Fahre, Episcopi Massiliensis.

, *Cathedrali Ecclesiae Northantoniensi,* R. D. Carolum Cary-Elwes, /Canonicum eiusdem cathedralis.

Episcopali titulari Ecclesiae Coloniensi, R. D. Eduardum Hoban, deputatum in Auxiliarem R. P. D. Georgii Mundelein, Archiepiscopi Chicagiensis.

Cathedrali Ecclesiae Alexandriae Statiellorum, R. D. Nicolaum Milone, parochum loci vulgo *Favria Canadese* archidioecesis Taurinensis.

Cathedrali Ecclesiae Leonensi in America centrali, R. D. Nicolaum Tijerino et Loaiciga.

Cathedrali Ecclesiae de Chachapoyas, R. D. Octavium Ortiz Arrieta, e Pia Societate Sancti Francisci Salesii.

Episcopali titulari Ecclesiae Callinicensi, R. D. Iosephum Gjonali, Abbatem S. Alessandri de Oroshi in Monte Miriditarum.

Deinde Beatissimus Pater renunciavit se confirmasse promotiones et electiones canonice factas in Synodo Episcoporum Syrorum, Berythi mense februario celebrata, videlicet:

R. P. D. Theophili Gabrielis Tappouni, iam Episcopi titularis Bathnanensis et Sarugensis, *ad sedem metropolitanam Aleppensem.*

R. P. Iulii Behnan Kalian, Vicarii Patriarchae Antiocheni Syrorum in urbe Mardensi, *ad sedem titularem episcopalem Bathnanensem et Sarugensem.*

R. P. Iosephi Giorgi, Vicarii Patriarchalis, *ad sedem episcopalem Hemesensem et Apamiensem.*

insuper Ssmus Dominus Noster alios etiam, iam renunciatos per Apostolicas sub plumbo Litteras, sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Sardicensem, Ernestum Filippi.

Guatinialensem, Aloisium Muñoz.

Babylonensem latinorum, Franciscum Berré.

Baltimorensem, Michaelem Iosephum Curley, iam Episcopum S. Augustini.

Gujabensem, Franciscum de Aquino Correa, iam Episcopum tit. Prusiadensem.

Bublinensem, Eduardum Byrne, iam Episcopum tit. Spigacensem.

Gizycensem, Iacobum Sereggi, iam Archiepiscopum Scodrensem.

EPISCOPOS:

Viglevanensem, Angelum Hiacynthum Scapardini, iam Archiepiscopum tit. Damascenum.

Alexandrinum in Ontario, Felicem Couturier, iam Episcopum tit. Myriophitensem.

Bullensem, Iulium Girard.

Sitifensem, Ioannem Thevenoud.

Uticensem, Aemilium Fernandum Sauvant.

De Plata, Franciscum Alberti, iam Episcopum tit. Siuniensem.

Almer\pnsem, Bernardum Martinez Noval.

Gaesayeensem, Antonium Micozzi.

Hieropolitanum, Celsum Costantini.

dndrapanensem, Matthaeum Colón Canals.

Himeriensem, Alfredum Baudrillard

Ruarensem, Augustinum de Jesus et Souza.

Portoricensem, Georgium Iosephum Caruana.

Toletanum in America, Samuelem Stritch.

Platearum, Ferdinandum Périer.

Misnensem, Christianum Schreiber.

Gamulicmensem, Ioannem Dunn,

Guriensem, Michaelem Crane.

Aprutinum, Septimium Quadraroli.

De Tulancingo, Vincentium Castellanos et Nuñez, iam Episcopum Campecorensem.

Fodianum, Petrum Pomares.

Puteolanum, Iosephum Pétrone.

Methonensem, Franciscum Melchiori.

Melphictensem-luvenacensem-Terlitiensem, Paschalem Gioia.

Carpathensem, Iosephum a Iesu Fernandez et Barragan.

Cassanensem, Brunonem Occhiuto.

ABBATEM:

Sancti Alexandri de Oroshi in monte Miriditarum, Iosephum Gjonali,

III. - POSTULATIO SACRI PALLII

Denique Sanctissimus Dominus Noster, sacrum Pallium expostulatum concessit Ecclesiis metropolitanis *Bononiensi, Ianuensi, Guatimalensi, Baltimorensi, Gujabensi, Dublinensi, Rhedonensi* ex successione, Ecclesiae archiepiscopali *Babylonensi latinorum,* et, ex privilegio, Ecclesiae cathedrali *Anneciensi.*

EPISTOLAE

.i

AD R. P. VINCENTIUM BERNADOT, O. P., MODERATOREM COMMENTARII PERIODICI « LA VIE SPIRITUELLE »: EIUS STUDIUM DILAUDAT QUO, DUCE AQUINATE, SOLIDAM PIETATEM EXCITARE CONTENDIT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quandoquidem ad ea illustranda quae ad spiritum pertinent, in vita tum ascetica tum mystica, plurimum valere doctrinam S. Thomae nemo ignorat, ipsique non semel, occasione data, professi sumus, idcirco libenti sane animo prima volumina commentarii « La vie spirituelle », cui tu moderaris sapienter, pio muneri abs te nuper accepimus; idem enim haec tua scriptio explicare contendit, quid scilicet luminis afferat in abstrusis huiusmodi quaestionibus Princeps Scholasticorum. Huc accedit quod cum multi hac aetate supernaturalem vitam negligant, vel, eius loco, vanum quendam colant mollemque pietatis sensum, necesse omnino est ut saepius recogitetur quid hac in re tradiderint, una cum Sacra Scriptura, sancti Patres, idque Aquinate praesertim magistro, qui quidem ipsorum doctrinam *de elevatione vitae supernaturalis* tam lucide exposuit; ac praeterea quibus conditionibus proficiat *gratia virtutum et donorum Sancti Spiritus,* quorum perfectio *vita mystica* continetur. Haec vos in commentario vestro doctissime quidem solideque exponere instituistis. Quamobrem non modo sollertiam hanc vestram dilaudamus, sed etiam ut ista scriptio quamplurimis afferat emolumentum precamur vehementer. Qua spe laeti, in auspicium divinorum munerum itemque ut paternae benevolentiae Nostrae pignus, tibi, dilecte fili, iisque omnibus qui pium commentarium « La vie spirituelle » quoquo modo iuverint vel legerint, apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis septembris jzcMxxi, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

II ;-;

AD E.MOS PP. DD. MICHAELEM S. R. E. CARD. FAULHABER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGEN^SEM, ET ADOLPHUM S. R. E. CARD. BERTRAM, EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM, CETEROSQUE B AVA RI AE EPISCOPOS, COMMUNI EPISTOLAE RESPONDENS EX CONVENTU ANNUO DATAE.

Dilecti filii nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem.— Priusquam e Frisingensi conventu digrederemini, libuit sane vobis officiosam epistolam ad Nos communiter dare, ut, summam vestram cum beati Petri Sede coniunctionem testati, consolationes simul sollicitudinesque Nobiscum communicaretis. Nos, in primis, magni quidem facimus eos grati animi sensus quibus Iesu Domini Vicarium prosequimini ob paterna auxilia istis parvulis, belli causa"egentibus, allata; in quo, cum christianae caritatis triumphum demirari liceat, tum donorum omnium largitori Deo tribuenda laus est, qui, in tot tamque asperis temporum angustiis, misellos insontesque erigere per bonorum omnium misericordiam non praetermittit. Quod autem ad animos puerorum spectat in publicis scholis, ut catholicos decet, recte confirmandos, id certe permagni momenti est atque ponderis, cum omnium quidem interesse debeat ne quid detrimenti capiant religio fidesque sancta apud tot millia adolescentium; idque in ea praesertim Civitate quae a re catholica semper prosperitatem et gloriam feliciter mutuata est. Quo enim demum pertinet ea disciplina ratioque studiorum, qua, religione maiorum posthabita, pueriles mentes bona mala, sine ullo discrimine, aequo iure probent, nisi ut eos paret perditos homines qui ipsam rempublicam aliquando pessumdent? Siquidem officiorum omnium civilium forma et vis ab iis dumtaxat officiis effiorescunt quibus homines iunguntur iubenti, velanti, bona malaque sancienti Deo. Itaque merita vos laude honestamus, qui potestatem paternam confirmantes, impeusissimam datis operam ut adolescentuli in spem succrescant meliorum temporum. In hanc causam plurimum, uti confidimus, collaturum est foedus illud quod est iam Bavariam inter et Apostolicam Sedem a Legato Nostro, Eugenio Pacelli, conficiendum; in quo gratiam habemus vobis qui tam sedulo huiusmodi pactum maturare studetis; eo vel magis quod valde optamus ut ab ipso Nuntio Nostro, quem diximus, tam exspectatam opus perficiatur. Ceterum, pergite alacriter, ut instituistis, dilecti filii nostri et venerabiles fratres, pro bono dioecesium vestrarum

contendere. Nos vero, caelum suspicientes, enixa prece imploramus ut gravissima scholae causa felicem habeat exitum. Atque in divinorum munerum auspicium itemque ut paternae benevolentiae Nostrae pignus, vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, universoque clero ac populo unicuique vestrum commisso, apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis octobris MGMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

iii

AD MARIUM EDUARDUM MARIETTI, EQUITEM, DE NUPER EDITO EIUS TYPIS MISSALI LATINO-ITALICO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. - Quoniam par est et consentaneum, nihil esse a quoquam utiliter institutum ad animarum commodum, quod Nobis non probetur, dubitare non potes, dilecte fili, quin grato Nos munere nuper affeceris, cum Missale iatino-italicum a te tuis typis editum, egregia cum observantiae significatione praesens obtulisti. In quo gaudemus id ipsum tibi fuisse propositum, quod Nos unum omnium maxime exoptamus, ut rei divinae, qua Redemptor amantissimus humani generis suum sanguinem pro nobis mystice effundere perseverat, maiore usque et fructuosiore studio populus christianus intersit: nam quo plus fideles augustum sacrificium participaverint 'eo magis bonorum omnium quae ad sempiternam salutem pertinent, compotes erunt.

Cum igitur duae sint fere causae, cur pietas popularis non adeo, quoad potest, Missam frequentando proficiat, ignoratio scilicet linguae latinae et„ liturgiae, utrique rei te videmus occurrere hoc volumine; quod quidem optimo consilio est a te confectum in gratiam Italorum, utpote qui huius generis subsidio prorsus indigerent. Ita quisquis e nostratibus - modo non sit plane rudis et expers litterarum - illud coram altari, ubi sacrum fiat, adhibuerit, omnem sacerdotis actionem facile assequetur, tantarumque ex attenta consideratione rerum, mirum spiritualis oblectationis divinaeque gratiae fructum percipiet. Quare Nos tibi et iis, qui in adornanda huius Missalis editione te sua sollertia

doctrinaque adiuvarunt, sodalibus Benedictinis in primisque dilecto filio Edmundo Battisti, equidem gratulamur, omniaque a Deo precamur bona, hoc praesertim ut istum laborem quamplurimis prodesse velit.

Quam vero tu in adiunctis volumini litteris apostolicam benedictionem expetebas, non tibi solum, sed tuae etiam fidelissimae coniugi, suavissimisque sex filiolis, ac tuis in officina adiutoribus bonis, eam Nos, dilecte fili, tibi atque eis omnibus quos memoravimus, auspicem divinorum munerum ac paternae benevolentiae Nostrae testem, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis novembris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDÌCTUS PP. XV

âCTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum :

11 novembris 1921. — Titulari episcopali Ecclesiae Carpathensi praefecit R. P. D. Iosephum a Iesu Fernandez et Barragan, archipresbyterum Basilicae Guadalupensis in Mexico.

— Cathedrali Ecclesiae Cassanensi, R. D. Brunonem Occhiuto, parochum oppidi vulgo *¡San Prooopio,* dioecesis Miletensis.

- SACRA CONGREGATIO CONCILII

I

MONTISVIDEl

STIPENDII MISSARUM

Die 16 aprilis 1921

SPECIES I¡AGTI. - Archiepiscopus Montis videi supplici libello ab hac S. Congregatione solutionem postulavit insequentis dubii: « In questa « arcidiocesi di Montevideo v'è la consuetudine di far celebrare con « certa solennità esteriore, novenarii e Messe gregoriane, per le quali «la tassa diocesana è maggiore che per le Messe semplici, anche ad « ora fissa. Sorge però il dubbio se il totale di detta tassa debba darsi « ai celebranti o possa ritenersi parte di essa in favore delle parroc- « ehie e chiese, dandone ai celebranti soltanto quello che corrisponde « per lo stipendio di Messa ad ora fìssa. Le ragioni del dubbio sono « queste: il parroco assume l'obbligo presso i fedeli di far celebrare

«dette Messe gregoriane e nqvenarii di Messe (siano quelle, eccetto le «gregoriane, tutte insieme, di tre in tre, o successive), e quindi ha « l'onere di cercare sacerdoti e rie ha la responsabilità, particolarmente « delie Messe gregoriane: poiché se, per esempio, dopò certo numero « queste s'interrompessero per qualunque causa, esso do via a sue spese « farle ricominciar da capo. - Di più, dette Messe gregoriane e novene « di Messe non poche volte i fedeli le fanno celebrare in l'uomo del fune- « raie, ed anche con qualche solennità esteriore ».

ANIMADVERSIONES. - Quum in comperto omnino sit, ex generali lege, stipendium Missarum integrum transmittendum esse ad sacerdotem celebrantem, nihil superest nisi ut ad trutinam revocemus causas a Revmo Ordinario recensitas, ut aliquid a transmittente retineri possit.

Prima ratio inde petitur quod transmittenti compensari debeat onus et forsan labor inquirendi eos qui Missas rite celebrare velint. Verum haec ratio nimis generalis est, et a quocumque ecclesiae rectore invocari posset: scilicet, si quod onus et labor in ea inquisitione est, satis compensatur utilitate quam rectores sentiunt ex eo quod sua cuiusque ecclesia frequentia divinorum officiorum ordinate gaudeat, Ceterum id oneris et laboris cum officio rectoris ecclesiae necessario connectitur.

Altera ratio petitur ex eo quod *suo periculo* rector tales Missas celebrandas transmittit, adeo ut ipse oneretur in conscientia si tricenaria celebratio intermittatur, etc. Sed e contrario videtur onus celebrandi Missas gregorianas, etiam singillatim commissas, ex integro refundi in sacerdotem celebrantem, qui, ad tramitem canonis 833 Codicis, non solum tenetur Missas celebrare, verum etiam alias adimplere circumstantias ac conditiones iisdem Missis adnexas. Secus enim facile irrepere possent abusus et etiam contentiones inter sacerdotem celebrantem et rectorem ecclesiae praesertim ob interruptam Missarum gregoriaharum celebrationem.

Tertia quae adducitur ratio inde est quod huiuscemodi tricenaria quandoque locum teneant legitimi funeris: ast, hoc quoque concesso, minime sequitur hisce Missis applicari debere can. 1237 § 2 ubi res est de propriis exsequiis. Quatenus vero haec consuetudo committendi tricenaria vel novenaria Missarum loco funeris, in ea regione satis invaluerit, consultais videretur ut, praeter Missarum eleemosynam, Ordinarius statuat taxam pro maiore solemnitate vel iure funeris debitam, eamque ecclesiae aut eiusdem rectori seu parocho attribuat, congrue hac de re fidelibus monitis.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Sacra porro Concilii Congregatio in plenario Emorum ac Rmorum Patrum coetu in Palatio Apostolico Vaticano, die 16 aprilis 1921, habito, ad propositum dubium: *An et quomodo retineri possit excessus eleemosynae Missarum in casu,* respondendum censuit:

Prout proponitur *negative* et *ad mentem. Mens est:* « ut in casu exte« rioris solemnitatis in Missarum celebratione vel quando hae commit« tantur loco funeris, Episcopus praefigat modicam taxam, non autem ex « eleemosynis Missarum desumendam, in compensationem pro parochis « et rectoribus, monitis super hoc oblatoribus ».

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto div. Prov. PP. XV relatione, per infrascriptum S. G. Secretarium in audientia insequenti die habita, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

Ii

DIANEN.

IURIS FUNERANDI

9 iulii 1921

SPECIES FACTI. - Quatuor parochi civitatis Dianensis recurrentes, de Ordinarii consensu, ad hanc S. Congregationem, decertant adversus Capitulum cathedrale de iure funerandi ex parte ipsius Capituli absque obligatione solvendi parochis portionem canonicam. Allatis nimirum testimoniis Capitulum probare intendit exercitium dicti iuris ex quo, per Constitutionem apostolicam diei 25 septembris 1850, exsecutioni demandatam decretis diei 7 iulii 1851, ipsa dioecesis Dianensis erecta fuit: ex tunc enim praetendit ecclesiae cathedralis Capitulum sese ad solam heredum vel parentum petitionem funerasse defunctos in qualibet ex novis erectis in civitate paroeciis, vel insciis et inauditis parochis, quin ullam quartam funerariam iisdem persolveret. - Contrariis testimoniis parochi contendunt enunciatam praxim solummodo ab anno 1916 pro bono pacis et ad vitanda scandala toleratam ab ipsis fuisse: nunc vero postulant ut etiam in civitate Dianensi notissima ea super re praescripta Codicis serventur.

Causa de more actitata, et instantibus enixe partibus ut res ad plenariam deferatur, quaeritur in praesenti : *An et quomodo ius funerandi competat Capitulo cathedrali in casu.*

: .. • • ANIMADVERSIONES. - Quum parochi evidenter intentionem suam habeant in iure fundatam, et Gpdicis canonibus aperte confirmatam, onus iam recidit in Capitulum probandi quo iure et titulo particulari talia funera peragat, quae de iure communi ad parochos defuncti pertinent. Ad rem Capitulum haec argumenta affert:

Primum, cum in casu non procedatur nisi *ad petitionem heredum* vel *parentum,* ex hoc ipso praesumendum est defunctum *elegisse* sibi ecclesiam cathedralem utpote ecclesiam funeris, nisi contrarium probetur: huic vero electioni profecto standum erit (cfr. can. 1223). Sed contra est. Equidem ad probandam electionem sepulturae vel ecclesiae funeris nullatenus requiritur scriptum documentum vel aliqua iuris solemnitas, immo ex explicita littera can. 1226: « factam electionem aut mandati concessionem *quolibet legitimo modo* probare licet»; quin etiam, ad normam §2 eiusdem canonis « si defunctus elegerit sibi sepul- « turam *per alium,* hic explere mandatum suum potest etiam post mor- « tem mandantis ». Ast exinde hoc unum sequitur, credendum quidem esse, donec contrarium probetur, consanguineis vel heredibus testantibus de voluntate defuncti quoad electionem sepulturae, vel asserentibus se de hac re mandatum accepisse a defuncto: optimi enimvero *testes* voluntatis defuncti sunt consanguinei et heredes, et probatio per testes est quidem iuridica probatio (cfr. can. 1791 § 2); non illud tamen sequitur, si defunctus de re nullam expresserit voluntatem, nullumque illis contulerit mandatum, consanguineorum esse talem defuncti omissionem supplere quasi praesumptum vel interpretativum mandatum habentium. Secus nullus esset casus in quo electio non intercederet, ac propterea actum esset de iuribus parochorum quae immo Codex sarta esse voluit. Aliis verbis, quum electio sepulturae extra propriam paroeciam, limitet iura et proventus parochorum, strictae evidenter interpretationis negotium est; et quum data lex nonnisi in defuncti voluntatem facultatem electionis contulerit, nullum aliorum in eamdem rem intrat arbitrium, nullique licet sepulturam pro defuncto eligere nisi legitime probaverit sibi de re mandatum fuisse.

Nec Capitulum iuvant quae opponit regia rescripta diei 11 novembris 1751 et 15 martii 1742, art. 2, relata a Salzano, *Dir. can.,* vol. II, pag. 169, ubi ex parte regis conceditur « libera facoltà ai moribondi e « *loro congiunti ed eredi* di scegliere la sepoltura » aut inhibetur « che « non può impedirsi ai moribondi, *loro congiunti ed eredi,* di eleggere « la sepoltura ove vogliano »: enimvero haec rescripta, quum non pertineant ad ius concordatum inter Apostolicam Sedem et laicam potestatem, nullius momenti sunt vel ad probandam consuetudinem genera-

lem quae praetenditur in regno Neapolitano post ipsa inolita, dum de eadem aliunde non constat.

Alterum probationum caput ex eo petitur quod Capitulo competat cura habitualis animarum, quam actualiter gerit per Decanum. Huic asserto acriter contradicunt parochi, contendentes in casu tum habitualem tum actualem curam esse penes parochum-decanum. Verum in hac contentione intercedere quemquam non oportet: sive enim decidatur pro Capitulo, sive pro decano parocho, est « res acta inter alios » relate ad quatuor parochos civitatis. Quod si Capitulum praetendat curam gerere habitualem non solum paroeciae ecclesiae cathedralis, verum etiam aliarum quatuor paroeciarum civitatis, rem praetendit adeo a iure communi absonam, ut ne verbis quidem congruis exprimi possit; ac propterea oporteret argumenta omnino peremptoria ad hoc assertum probandum adducere: quod in casu minime obtinet, immo vel ipse actus creationis dioecesis, capituli cathedralis et paroeciarum, sive silentio, sive apertis verbis, huic commento refragatur.

Praeterea, quidquid de his argumentis censendum sit, neminem fugit per eadem intentionem Capituli non obtineri, qui asserit sibi ius funerandi competere *absque onere rependendi parochis portionem canonicam:* quippe, etiam dato non concesso, iure funerandi, vel titulo electae sepulturae, subintrat perspicuum praescriptum can. 1236 « Salvo iure particulari, quoties fidelis non funeratur in ecclesia propria paroeciali, proprio defuncti parocho debetur portio paroecialis ». Hinc Capitulum appellare cogitur ad « ius particulare » quod in casu vigeret. Sed non meliori omine. Contendit nimirum sese praescripsisse adversus ius parochi ad portionem, praesumptione liberativa seu exstinctiva, titulumque ad rem affert, regia decreta dierum 5 et 7 iunii 1755 ubi sancitur: « Non « avere il parroco alcun diritto di prendere il residuo delle cose ser- « vite nella pompa funebre, che spettano agli eredi e congiunti del « defunto ...; che la Curia vescovile e qualsiasi altra persona ecclésia- « stica si astenga da qualunque esazione di quarta funeraria ». Ast haec regia rescripta, ut supra monuimus, nullum momentum in re canonica habent, nec aliud probant nisi impedimentum ad agendum et reclamandum, ex parte Curiae vel parochi; quod impedimentum non modo non iuvat, sed immo perimit probationem legitimae praescriptionis. Itaque non restat Capitulo nisi praescriptio ex possessione absque ullo titulo. Verum neque hac ratione rem conficere potest, multiplici obstante causa. Primum, quod, iuxta communem doctrinam quam enunciat v. g. Sacra Rom. Rota, decis. 504, n. 10, part. XIV inter *Recent.* : « ad hoc ut intret « praescriptio in habentibus *tractum successivum* necessaria est petitio?

« repulsa et acquiescentia petentis »; in casu agitur profecto de re habente tractum successivum, quum Capitulum teneatur toties dare portionem canonicam quoties funerat alienos: itaque probandum esset a Capitulo, se cum effectu denegasse portionem *petenti;* quod minime praestat, cum immo testibus evincere contendat « ch'egli (il Capitolo) non ha pagato « mai la quarta funerale *e che mai dal parroco fu richiesta!* ». Procedit itaque in casu eadem argumentatio quam saepissime adhibuit Rota, r. g. in Burgen., *funeralium* (223, ex *recent,* part. XIV), n. 9, ubi exclusit praescriptionem quartae paroecialis « quia testes non probant peti- « tionem cum denegatione et subsequenti acquiescentia ut requiritur ad «praescribendam libertatem et quasi-possessionem non solvendi». Et ratio facile datur: quia videlicet parocho nullum *officium* est, sed tantum *facultas* exigendi portionem canonicam, ideo hi tantum casus in quibus revera petierit, conferre possunt, si denegationi acquieverit, ad probandam utilem praescriptioni possessionem.

Nec solum utilis possessio, sed in casu, tempus quoque legitimum deest. Enimvero, ut tenuit v. g. Rota in una coram Many *(Decis.* a. 1913, n. XXXIV) cum agitur de praescribendo « contra iura paroecialia, stan- « dum est capiti *Episcopum* in VI *de praescript.* vi cuius, quando ius resi- « stit - ut quando agitur de iuribus paroecialibus quae iuri communi « nituntur - requiritur quadragenaria cum titulo *vel sine titulo immemo- « rialis* ». At quomodo in casu constabit de *immemoriali,* si solemnibus documentis constat Capitulum ipsum conditum fuisse anno 1850-1851?

Quibus positis, nulla necessitas est sequendi partes in suis prolixis deductionibus circa testes et eorum testimonia; etsi in omnibus his favendum omnino esset Capitulo, i. e. acceptandum esset quod Capitulum profert de exercitio sui iuris ab initio, praemissa semper obstarent, quominus probatio concludens existimaretur.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Relata causa in plenariis comitiis Sacra Congregationis Concilii, die 9 iulii 1921, Emi Patres respondendum ad propositum dubium censuere:

« Negative, nisi agatur de sepultura legitime electa vel gentilitia, « salva tamen in hisce casibus portione canonica respectivo parocho « defuncti ».

Quam resolutionem, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario in audientia postridie habita, Sanctissimus D. N. Benedictus div. Prov. PP. XV approbare et confirmare dignatus est.

1. MORI, *Secretarius,*

SACKA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

DECLARATIO CIRCA RELIGIONUM CONSTITUTIONES CODICI CONFORMATAS, S. CONGREGATIONI PRO REVISIONE SUBICIENDAS, EX DECRETO 26 IUNII 1918.

Iam inde ab anno 1918 haec Sacra Congregatio mandavit ut omnes religiones iuris pontificii suas regulas seu constitutiones ad praescripta Codicis iuris canonici conformatas emendarent, ac textum emendatum eidem pro revisione subiicerent.

Verum non pauca obstiterunt quominus revisio expedite procederet; praeterquam quod numerus ingens constitutionum iam tempus non breve exigat pro revisione, plures ex illis quae ad Sacram Congregationem missae fuerunt, non respondent conditionibus necessariis ad hoc ut textus-emendatus probari possit.

Ut haec vitentur incommoda, Sacra Congregatio monet Moderatores et Moderatrices generales religionum, nec non monialium Antistitas, ut in hoc negotio sequentia prae oculis habeantur:

I. Ad hanc Sacram Congregationem mittendae sunt tantummodo constitutiones seu statuta aut quocumque alio nomine appellentur, quibus regitur religio, quorum textum a Sede Apostolica approbatum fuisse constet.

IL Cura emendandi textum Codici conformatum sit ipsi Ordini aut religioni vel monasterio, et duplex exemplar, ita emendatum, mittatur ad hanc Sacram Congregationem.

III. Emendetur textus tantummodo in iis in quibus constitutiones Codici opponuntur, vel aliquid addatur si deficiat, et adhibeantur, quoad fieri potest, verba ipsius Codicis.

IV. Si occasione huius revisionis aliqua religio velit quasdam mutationes non necessarias, seu a Codice non praescriptas, in constitutiones inducere, hoc ne fiat in textu emendato, de quo superius, sed mittantur ad Sacram Congregationem, pro facultate obtinenda, separatae preces, in quibus et textus iampridem approbatus et textus propositus., per extensum referatur, rationesque immutationem suadentes proferantur.

Petitio autem non acceptabitur ab hac Sacra Congregatione nisi immutationes in Capitulo generali fuerint discussae et approbatae. Si

tamen agatur de minoribus aut de verbis sübstituendis, vel de abrogandis usibus qui in desuetudinem ob temporum et morum diversitatem iam abierint, aut aliis similibus, sufficiat consensus Consilii generalis.

V. Ne autem discrepantiae oriantur in textu constitutionum identico, quibus diversae domus aut monasteria sui iuris eiusdem Ordinis aut Instituti utuntur, statuit Sacra Congregatio pro talibus constitutionibus unicum emendationum textum ab omnibus et singulis domibus esse acceptandum, vel cura ipsarum domorum propositum, vel cura huius Sacrae Congregationis exaratum.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 26 octobris 1921.

, THEODORUS CARD. VALERE DI BONZO, *Praefectus.*

L. © S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

II

INSTRUCTIO DE SECUNDO NOVITIATUS ANNO

Plures exstant religiones in quarum constitutionibus praescribitur alter novitiatus annus et facultas fit Superioribus adhibendi tyrones, eo perdurante, in operibus Instituti exercendis. Ne vero exinde aliquid detrimenti capiat tyronum religiosa informatio et abusus qui irrepere possent arceantur, haec Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, occasionem nacta revisionis constitutionum singularum religionum ad Codicem conformatarum, rem diligenti studio subiecit et Eminentissimi Patres, in plenario coetu diei 17 iunii 1921, omnibus perpensis, sententiam suam aperuerunt, quae in audientia diei 25 eiusdem mensis Ssmo D. N. Benedicto PP. XV relata fuit.

Sanctitas porro Sua sententiam probavit simulque mandavit, ut hac de re instructio ederetur, cui omnes et singulae congregationes religiosae, in quibus secundus novitiatus annus ex constitutionum praescripto peragitur, integre se conformare teneantur.

I. Quoties igitur constitutiones praescribant secundum novitiatus annum in eoque sinant novitios in operibus propriis Instituti se exercere, hoc liceat, salvis fundamentalibus novitiatus legibus. Ideoque prae oculis habendum est novitiatum esse institutum ad novitiorum animos informandos, in iis quae ad vitia extirpanda, motus animi compescendos, virtutes acquirendas necnon vitam regularem addiscendam per

constitutionum studium, pertinent; ut novitii ad christianam perfectioaem per evangelicorum consiliorum ac votorum professionem, in quo praecise cuiusque religiosi finis consistit, tendere discant. Et iure merito novitiatus ultra annum praescribitur in aliquibus Institutis, ex eis praecipue quorum religiosi operibus exterioribus dant operam, quippe qui variis distracti curis, saeculi periculis magis obnoxii, solidiore atque firmiore spiritus fundamento egent. Quamobrem mandat haec Sacra Congregatio ut, etiam secundo novitiatus anno perdurante, ante omnia quaelibet munia disciplina spiritualis vitae apprime curetur.

II. Fas tamen esto, secundo novitiatus anno, novitio vel novitiae instituti operibus vacare si id ferant constitutiones; verum prudenter et moderate id fiat, tantummodo ad novitiorum instructionem; nec unquam in iisdem operibus tyrones adeo occupentur, ut per se soli officia exerceant (v. gr.: supplendo in scholis magistris aut quasi-magistris absentibus, vel in nosocomiis infirmis ministrando), sed operibus ipsis vacent sub directione et vigilantia gravis religiosi, vel religiosae, qui verbo doceat exemploque praecurrat.

III. Si quando a constitutionibus permittatur ut novitius vel novitia, Secundo novitiatus anno, ad opera Instituti extra domum novitiatus mittatur, hoc nonnisi per modum exceptionis agatur et dummodo gravis adsit causa, quae id suadeat: haec autem causa ex parte novitii vel novitiae se habere debet, quatenus in domo novitiatus aut sufficienter institui nequeant, aut ibidem aliter permanere non valeant; numquam vero, sub quocumque praetextu, sufficiens esse causa possit necessitas aut utilitas religionis, si, exempli gratia, ex deficientia religiosorum novitii inoperibus Instituti illis substitueretur.

IV. Sive autem in domo novitiatus, sive extra, tyrones permanserint, duobus ante professionem mensibus ab omni opere externo abstineant, si extra novitiatum fuerint, ad illum revocentur, ut per integrum bimestre ad professionem emittendam, in spiritu suae vocationis firmati, se praeparent.

V. Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV in audientia habita a R. D. P. Ab. Secretario die 3 novembris 1921 tenorem huius Instructionis approbavit eamque ab omnibus servari mandavit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis die mense et anno ut supra.

TH. CARD. VALFRÉ DI BONZO, *Praefectus.*

ti.,® S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS INSULARUM SANDW1EGENSIUM A DELEGATIONE APOSTOLICA AUSTRALASIAE SEIÜNGITÜR ATQUE DELEGATIONI APOSTOLICAE STATUUM FOEDERATORUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS ADDICITUR.

Postquam insulae Sandwiegenses in Oceania in ius atque dicionem Statuum Foederatorum Americae septentrionalis positae fuerunt, negotia atque commercia inter memoratas insulas et hanc rempublicam in dies crebriora atque maris itinera faciliora facta sunt. Itidem multi ex America ad insulas Sandwiegenses appulerunt ibique consederunt. Quibus perpensis, haec Sacra Congregatio christiano nomini propagando, spirituali bono incolarum vicariatus apostolici Insularum Sandwiegensium valde conferre existimavit si ex Delegatione Apostolica Australasiae hic vicariatus seiungeretur atque in posterum Delegationi apostolicae apud Status Foederatos Americae septentrionalis uniretur.

Quam sententiam ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto Ssmo D. N. Benedicto div. Prov. PP. XV in audientia diei **XX** huius mensis relatam, eadem Sanctitas Sua benigne approbare atque Apostolica auctoritate confirmare dignata est, ac praesens decretum de re edi mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide die xxi octobris MCMXXI.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

✠ Petrus, Archiep. Diocletanus, *Secretarius.*

II

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS GUAMENSIS DELEGATIONI APOSTOLICAE INSULARUM PHILIPPINARUM ADDICITUR.

Vicariatus apostolici Guamensis, sub ditione Delegati Apostolici Australasiae usque nunc positi, spirituales necessitates, ne, ob locorum distantiam atque mutatam rerum publicarum conditionem, detrimentum haberent, huic sacro Consilio christiano nomini propagando visum est eundem vicariatum ex Delegati Apostolici Australasiae dicione eximere atque Delegationi Apostolicae insularum Philippinarum in posterum addicere. •

Quod consilium referente, infrascripto huius Sacrae Congregationis Card. Praefecto, Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV, in audientia diei XX huius mensis octobris, approbare atque ratum habere dignatus est, et hoc decretum edi mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die xxi octobris MDCCCCXXI.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

h. rB S.

f Petrus Ep.us Diocletanus, *Secretarius.*

III

NOMINATIO

Ssmus Dnus Noster, decreto S. Congregationis de Propaganda Fide, die 31 octobris 1921, nominavit *Delegatum Apostolicum in Imperio Iaponico,* R, P. Marium Giardini, e Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Apostoli, parochum ecclesiae Ss. Blasii et Caroli ad Catinarios in Urbe.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

URBIS ET ORBIS

NONNULLA FESTA CUM OFFICIIS ET MISSIS PROPRIIS AD UNIVERSAM ECCLESIAM EXTENDUNTUR.

DECRETUM

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV plurimorum Sacrorum Antistitum votis precibusque obsecundans, atque peculiaribus validisque rationibus permotus, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, Festa prouti sequuntur, cum Officiis et Missis propriis et approbatis, ad universam Ecclesiam amodo extendi atque Kalendario et Proprio Sanctorum Breviarii et Missalis Romani in futuris editionibus et respectivis locis inseri statuit ac decrevit:

I. Dominica infra Octavam Epiphaniae, Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph, duplex maius (cum iisdem privilegiis ac iuribus praefatae Dominicae), Cc^m. Dominicae et Octavae.

II. Die 24 martii, S. Gabrielis Archangeli, duplex maius.

III. Die 28 iunii, S. Irenaei Ep. et Mart., duplex, Com.. Vigiliae, reposito Festo S. Leonis Papae et Conf. in diem natalem 3 iulii.

IV. Die 24 octobris, S. Raphaelis Archangeli, duplex maius.

Neminem latet, quantum sit aequum et salutare domesticae familiae ipsique societati consociationem Sanctae Familiae ab Apostolica Sede constitutam, legibus firmatam atque indulgentiis et privilegiis speciatim pro sodalibus et parochis honestatam, fovere ac propagare, et ad hunc etiam finem in universa Ecclesia peculiari ritu liturgico, atque iugi ac fructuosa beneficiorum meditatione et virtutum imitatione, Sanctam Familiam Nazarenam recolere ac celebrare.[1] Nec minus congruum est etiam ad incrementum pietatis, ipsiusque a Sancta Familia consociationis, divinam missionem utriusque Archangeli, nempe S. Gabrielis ad annuntiandum Dominicae Incarnationis mysterium, et S. Raphaelis cuius conlata in Tobiae familiam beneficia in Sacris Litteris describuntur, religiosa celebritate commemorare.

[1] Cf. *Decr. auth. S. R. C,* nn. 3777, 3778, 3802 (vol. III).

Hanc occasionem nacto Beatissimo Patri placuit etiam grato animo et liturgico more honorare illum S. Polycarpi Smyrnensis Episcopi discipulum, Lugdunensem Ep. et Mart. qui in suo opere *Adversus haereses* lib. III, magnificum testimonium in perpetuam memoriam de Romana Ecclesia reliquit, scribens: « Ad hanc enim Ecclesiam propter potentio- « rem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est « eos qui sunt undique fideles... Hac (Romanorum Pontificum) ordina- « tione et successione ea quae est ab Apostolis in Ecclesia traditio et « veritatis praeconatio pervenit usque ad nos ».[1]

Nec omittendum est quod ex authenticis constat documentis S. Eleutherium Romanum Pontificem a Lugdunensi Ecclesia per litteras de nonnullis quaestionibus consultum S. Irenaeo litterarum latori Apostolicas traditiones quas Romana Ecclesia servaverat illibatas, aperuisse.[2]

Itaque idem Sanctissimus Dominus noster omnia quatuor supradicta Festa, sub respectivo ritu, Officio et Missa, approbata et universae Ecclesiae Latini ritus concessa, ab utroque Clero saeculari et regulari aliisque omnibus qui ad divinum Officium recitandum ex praecepto adstringuntur, iussit peragenda inde ab anno 1922 proxime sequenti; facta tamen potestate Ordinariis locorum et Superioribus maioribus Ordinum seu Congregationum regularium, quatenus in Domino. ipsi hoc expedire iudicaverint, huiusmodi obligationem pro suis subditis differendi in ulteriorem annum 1923. Servatis de cetero Rubricis atque Apostolicae Sedis Decretis, memorata Festa quoquo modo respicientibus. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 26 octobris 1921.

£g A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

[1] I. P. Migne, *Cursus Patrologiae,* ser. graeca, vol. VII, col. 849, 851.

[2] Off. propr. Rom. (27 maii) Ss. Ioannis I, Urbani 1 et Eleutherii Pp. et Mm., îect. VI.

II

ROMANA

PRO FERIA V POST OCTAVAM SSi&I CORPORIS CHRISTI, SACRATISSIMI CORDIS IESU EUCHARISTICI OFFICIUM PROPRIUM CUM RESPONDENTE MISSA APPROBATUR.

DECRETUM

instantibus compluribus Revmis Ordinariis dioecesium, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, Officium proprium cum respondente Missa *Sacratissimi Cordis Iesu Eucharistici* exhibitum et ab ipsa Sacra Congregatione revisum, prouti in separato prostat exemplari, approbare dignatus est, illudque feria V post octavam Ssmi Corporis Christi adhibendum decrevit.

Peculiaris ratio et finis huius Festi cum Officio et Missa propriis, ad commemorandum Domini Nostri Iesu Christi amorem in Eucharistiae mysterio, enucleatius explicatur in Sacris Litteris et in operibus sanctorum Ecclesiae Patrum ac Doctorum, atque etiam innuitur in illa pia, usitata et a Summo Pontifice Pio VII probata oratione: *Ecco fin dove è giunta,* etc.[1] - Insimul in iteratis supplìeantiuni precibus ipsiusque Beatissimi Patris votis alter finis est, mediante hoc Festo, magis excitare in christifidelium animis fiduciam et accessum in Sanctissimae Eucharistiae mysterium, eorumque corda ferventius infiammare igne divini amoris quo Dominus Noster Iesus Christus, infinita caritate in Corde suo flagrans, sanctissimam Eucharistiam instituit, suosque discipulos in eodem sacratissimo Corde suo custodit ac diligit, vivens et manens in eis sicut ipsi vivunt et manent in illo, qui in eiusdem sanctissimae Eucharistiae mysterio se nobis offert ac donat, victimam, socium, cibum, viaticum et futurae gloriae pignus.

Hoc autem Festum eadem Sanctitas Sua clero saeculari huius Almae Urbis et singulis dioecesibus petentibus, sub ritu duplici maiori benigne concessit, servatis de cetero Rubricis atque Apostolicae Sedis decretis. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 9 novembris 1921.

£8 A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

[1] *Raccolta di orazioni e pie opere per le quali swto state concesse dai Sommi Pontefici le sante indulgenze.* Roma, 1898, p. 106, n. 73.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

DIOECESIS *Z.*

NULLITATIS MATRIMONII

INCIDENTIS

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno septimo, die 19 maii 1921, BB. PP. DD. Maximus Massimi, "Ponens, Franciscus Solieri et Ioseph Florczak, Auditores de turno, in causa Dioecesis *Z.* Nullitatis Matrimonii, *inter* D. Mathildem *N. repraesentatam per legitimum procuratorem D. Christoforum Astorri, advocatum, et* D. Ioannem *X. repraesentatum per legitimum procuratorem D. Henricum Benvignati, advocatum, interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, hanc interlocutoriam tulerunt sententiam.*

Per duas rotales sententias, alteram coram Many die 23 maii 1912, alteram coram Lega die 1 augusti 1913 latam, pronunciatum est non constare de nullitate matrimonii contracti in urbe *L.* die 2 iulii 1892 inter D. ioannem X et D. Mathildem *N.* (cfr. *S. B. Botae Decisiones seu sententiae,* vol. IV, p. 250, et vol. V, pag. 485). Itaque, Mathildes, in causa actrix, primum adversus alteram sententiam appellationem interposuit, mox, vinculi Defensore suggerente, appellationi renuntiavit et restitutionem in integrum penes Signaturam Apostolicam postulavit. Res magno bello intercepta est, ita ut non ante annum 1919 exeuntem Supremi . Tribunalis responsum prodierit: « Utatur antea iure suo apud Tribunal S. R. Rotae ad normam can. 1603, n. 5 ». Quod, instante actricis patrono, notificatum est Nostro Tribunali die 19 aprilis 1920. Mathildis intentioni, cui eius vir non repugnat, resistit vinculi Defensor. Itaque dubitatur hodie: « An causa admittenda sit ad novum examen ».

In iure. - Notum est ius seu privilegium causarum matrimonialium, quae nunquam transeunt in rem iudicatam, ita ut retractari semper

possint, si nova argumenta praesto sint (Const. Benedicti XIV *Dei miseratione,* § 11; Instr. S. C. de Prop. Fide a. 1883, § 30).

Hanc regulam Codex iuris canonici firmans (can. 1989), expresse requirit ut argumenta vel documenta nova quae proferuntur sint eadem gravia, ad hoc ut in his causis, post duplicem sententiam conformem, ulterior propositio admittatur (can. 1903).

Argumenta vel documenta oportet ut sint gravia, non ut sint gravissima, ut patet vel propter ipsum tenorem legis, quae alias distinguit inter gravitatis gradus (cfr. can. 1786). Multo minus requiritur ut sint decretoria, qualia lex exigit, cum res est de concedenda restitutione in integrum adversus rem iudicatam, propter documenta postea detecta: haec enim debent facta nova et contrariam decisionem exigentia peremptorie probare (can. 1905, § *%* n. 2).

In facto. - Actricis patronus, ut causa ad novum examen admittatur, duplex affert documentorum argumentorumque genus: exemplaria quaedam contractuum, a matre exarata, a Mathilde signata, et attestationes quasdam extraiudiciales.

Ad primum quod est, ex contractibus adductis probare se posse patronus confidit Mathildis matrem administrasse ipsam bona filiae: « l'avere la madre assorbito tutta l'amministrazione dei beni della figlia, « sebbene questa da tempo fosse maggiorenne e capace di attendervi ». Sed, cum ad rem habeantur in actis tabellae contractus, quo Mathildes « donne à sa mère les pouvoirs les plus étendus pour gérer et admi- « nistrer tous ses biens au mieux de ses intérêts », documenta noviter deducta nil referunt nisi consectaria seu exsecutiones conventionis iam notae. Itaque nil novi inde deduci posse videtur, quod alicuius sit momenti.

Aliud vero sentiendum de extraiudicialibus attestationibus, quae referunt Matbildem, ipsa die qua nupsit Ioanni, dono misisse anulum, fidei et aeterni amoris pignus, cuidam Iacobo, cuius antea fuerat sponsa. Inde actricis patronus dérivât argumentum pro coactis nuptiis, quod et grave et novum esse contendit.

Argumentum huiusmodi propositum fuit sub finem alterius instantiae iudicibus rotalibus. Qui, Defensoris vinculi accedente consensu, decreverunt de ea re inquisitionem fieri. Sed inquisitio imperite est acta. Nam subtiliter quidem inquisitum est in emptionem anuli a Mathilde factam, ita ut de empto ab ea anulo invicte constiterit. Minime vero inquisitum est in destinationem anuli, ita ut haud constiterit de homine, cui anulus dono mittebatur. Cum autem, post instructionis

supplementum, ventum est ad causae definitionem, Patres declararunt factum illud esse « valde grave et significativum », addentes tamen probationem esse omnino aequivocam et non concludentem ad intentionem producentis, cum nullimode evinci posset utrum anulus destinatus fuisset Iacobo, vel ipsi Ioanni cui Mathildes nupsit *(S. R. R. Dec,* vol. V, pag. 490). Constat ergo Patres alterius turni grave aestimasse argumentum illud.

Et sane, si non gravissimum, saltem grave argumentum dici debet. Nam tam solemnis et insolita protestatio voluntatis in alium, ipsa nuptiarum die, propensae, haud leviter iuvat ad probandas coactas nuptias, ut per se patet.

Neque dicatur cum vinculi Defensore, argumentum non esse grave eo quod possibile sit « unum amare et alteri nubere ». Verum quidem hoc; sed inde unum sequitur, argumentum non esse decretorium, non illud, argumentum non esse grave. Utique non est decretorium, cum solum non sufficiat ad matrimonii nullitatem evincendam. Conferendum est cum aliis hinc inde militantibus, a quibus potest augeri, potest quoque elidi. Sed ab hac collatione abstinendum in praesens est, cum ea fieri nequeat sine totius causae discussione.

Praeterea tenendum est argumentum esse novum. Licet enim res asserta fuerit in altera instantia, iudices ob defectum probationis argumento illo uti non potuerunt.

Quibus omnibus perpensis, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes, Christi nomine invocato et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et sententiamus, causam admittendam esse ad novum examen, ad dubium propositum respondentes : *Affirmative.*

Romae, in Sede Tribunalis, die 19 maii 1921.

Maximus Massimi, *Ponens.*
Franciscus Solieri.
Ioseph Florczak.

Ex Cancellaria, 31 maii 1921.

T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 15 novembre 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Leonardo Murialdo, Sacerdote, Fondatore della Pia Società di S. Giuseppe;
2. Conferma di Culto prestato da tempo immemorabile al Servo di Dio Andrea Franchi, Vescovo di Pistoia, dell'Ordine dei Predicatori;
3. Concessione ed approvazione dell'Unicio e Messa, nonché dell'Elogio da inserirsi nel Martirologio dell'Ordine Eremitano di S. Agostino, in onore del Beato Ugolino da Gualdo Cattaneo;
4. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Ezechiele Moreno Diaz, dell'Ordine degli Eremitani Recolletti di S. Agostino, Vescovo di Pasto.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE .

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

6 novembre 1921. L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore della Pia Unione pel Stiffragio dei Trapassati in S. Barbara.*

12 » » Monsig. Monalduzio Leopardi, *Cameriere segreto partecipante di Sua Santità.*

16 » » Monsig. Pietro Fumasoni Biondi, arcivescovo tit. di Dioclea, *Consultore della S. Congregazione « pro Ecclesia Orientali ».*

17 » » L'Emo Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore della Compagnia delle Figlie di Maria Nostra Signora.*

19 » » Il Rev. P. Antonio Zecchini S. I., *Visitatore Apostolico della Lituania, Lettonia ed Estonia.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium:

10 novembre 1921. Monsig. Luigi Donadeo, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Monsig. Riccardo Mem eo, della diocesi di Andria.
15 » » Monsig. Agostino Giovanni Froment, della diocesi di Aire e Dax.

Prelati Domestici di S. S. :

6 novembre 1921. Monsig. Gennaro di Somma del Colle, di Roma.
10 » » Monsig. Fausto Baccanti, della diocesi di Albano.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 ottobre 1921. Al sig. Alfonso Ronchi, dell'archidiocesi di Modena.
23 » » Al sig. Ludovico Lapierre, della diocesi di Montauban.
28 » » Al sig. Pietro Romanengo, dell'archidiocesi di Genova.
13 » » Al sig. Giacomo Vastapane, dell'archidiocesi di Torino.
3 novembre » Al sig. cav. Rodolfo Arnoldo Burgisser, dell'archidiocesi di Firenze.
15 » » Al sig. Celestino Cordonnier-Scalbert, della diocesi di Lilla.
19 » » Al sig. cav. Romeo Santini, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 ottobre 1921. Al sig. Maurizio Barnicaud, della diocesi dì Montauban.
24 » » Al sig. avv. Giuseppe Benvenuti, della diocesi di Treviso.
» » » Al sig. visconte Massimiliano Giovanni Battista G. M. G. Le Grelle, della diocesi di Harlem.
25 » » Al sig. rag. Luigi Ponzoni, della diocesi di Lodi.
26 » »* Al sig. prof. Costantino Carichiopulo, di Costantinopoli.
29 » » Al sig. Pothin Arthaud, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Adriano Rodet, della medesima archidiocesi.
30 » » Al sig. Emilio Dorel, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Gabriele Choupin, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Neyret, della medesima archidiocesi.
4 novembre » Al sig. marchese Roberto Giorgio L. M. De Bertoult, della diocesi di Arras.
5 » » Al sig. Raimondo Farget della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

28 ottobre 1921. Al sig. Giovanni Tamburini, della diocesi di Crema.
29 » » Al sig. ing. Giovanni Buridan, dell'archidiocesi di Torino.
12 novembre » Al sig. Alfredo Ruggeri, dell'archidiocesi di Bologna.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

11 giugno 1921. Monsig. Giovanni Fehér, della diocesi di Vaccia.
20 luglio » Monsig. Luigi Hlavinka, dell'archidiocesi di Olmiitz.
Monsig. Giuseppe Vyvlecka, della medesima archidiocesi.
Monsig. Paolo Heider, della medesima archidiocesi.
Monsig. Riccardo Spacek, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giovanni Hejcl, della medesima archidiocesi.
26 agosto Monsig. Luigi Wagner, della diocesi di Cinque Chiese.
29 ottobre » Monsig. Giovanni Avril, dell'archidiocesi di Lione.
31 » » Monsig. Giuseppe Zucca, dell'archidiocesi di Torino.
8 novembre » Monsig. Maurizio Ignazio Morissy, della dioc. di Plymouth.
15 » » Monsig. Giacinto Parisio, della diocesi di Susa.
» » » Monsig. Massimiliano Peinlich, della diocesi di Secovia.
» » » Monsig. Nazareno Recanatini, dell'archidiocesi di Ancona.
17 » » Monsig. Giuseppe De Stefanis, della diocesi di Acqui.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

17 novembre 1921. Il sig. Giuseppe Basilio Lorenzo Monteith (Scozia).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

27 maggio 1921. Monsig. Francesco Messik, della diocesi di Neosolio.
28 ottobre » Monsig. Gustavo Testa, della diocesi di Bergamo.
» Monsig. Levi Pires de Oliveira, dell'archidiocesi di Diamantina (Brasile).
» » » Monsig. Gabriele Amador dos Santos, della medesima archidiocesi.
9 novembre » Monsig. Giuseppe Magnasco, dell'archidiocesi di Genova.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa di numero *di S. S.:*

18 novembre 1921. Il sig. comm. Francesco Saverio Seganti, Maestro di Gasa dei Sacri Palazzi Apostolici.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

28 ottobre 1921. Il sig. Francesco Ferrata, di Roma.

Cappellano Comune Sopranumerario della Cappella Pontificia:

1$ agosto 1921. Il Rev. Ermenegildo Carnevali, di Roma.

NECROLOGIO

12 novembre 1921. Monsig. Raimondo Plaza y Blanco, Vescovo di Orihuela o Alicante.

15 » » Monsig. Pietro Alfonso Iorio, Arcivescovo tit. di Nicomedia.

AÄÄMS XIII - Yol. XIII 31 Decembris 1921 Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

PRAEFECTURAE APOSTOLICAE SLESVIGIS-HOLSATIAE EA PARS, QUAE MODO AD REGNUM DANICUM PERTINET, A RELIQUO TERRITORIO SEPARATA, ADIICIATUR VICARIATUI APOSTOLICO DANIAE.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere feliciterque eveniant, ea ut mature praestemus, Nos admonet supremi Apostolatus officium, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iamvero, cum pro bono spirituali incolarum praefecturae apostolicae Slesvigis-Holsatiae, qui nuper a Germanica, post belli eventum, ad Danicam dicionem transiere, opportunum visum sit consilium praefecturam eandem separare, et regionem ad regnum Danicum pertinentem a praefectura ipsa dividere ac dismembrare, Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infra scripta sunt decernenda existimavimus. - Nimirum ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, praefecturae apostolicae Slesvigis-Holsatiae a reliquo territorio illam regionem separamus quae partem regni Danici constituit, eandemque partem sic separatam ad vicariatum apostolicum Daniae adiudicamus, ita ut hic vicariatus in futurum eos fines habeat Germaniam versus ad quos regnum Danicum nunc pertinet.

Porro haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque

integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum,, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII octobris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD RR. PP. DD. FRANCISCUM KQRDAC, ARCHIEPISCOPUM PRAGENSEM, ANTONIUM CYRILLUM STOJAN, ARCHIEPISCOPUM OLOMUCENSEM, CETEROSQUE EPISCOPOS CECOSLOVACHIAE, QUOS MAGNOPERE COHORTATUR UT RECTAE CLERI INSTITUTIONI VELINT OMNI OPE CONSULERE.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Saepe Nobis in mentem venire solet, venerabiles fratres, magno haud ita pridem solatio afteetos Nos esse, cum licuit praesentes intueri complures e Czecoslovachia carissimos filios qui longinquam peregrinationem, sacris pastoribus suis ducibus, ideo suscepissent ut, suo nomine suorumque popularium ex omni ordine, eam fidem eamque in Successorem beati Petri observantiam summam declararent, quam populus Gzecoslovacus, a maioribus acceptam, etiam nunc, in tantis periculis, integram inviolatamque retineret. Sed Nos illud non vos celabimus, quod ipsi facile intelligitis, quamvis grata ea Nobis accidat recordatio, non ipsam tamen posse omni tristitiae nube carere, dum et in desiderio erimus eorum, qui, quamquam non multi, misere ceciderunt, et in sollicitudine de nonnullis aliis, qui non bene videntur in officio consistere.

Nos igitur, omni cogitatione curaque incumbentes in tot salutem filiorum, quos praeclarissimi illi Slavoniae apostoli maximis sanctissimisque fidei ac pietatis vinculis huic Apostolicae Cathedrae adstringendos perstudiose curaverunt, primum omnium faciendum duximus, ut causas inquireremus, cur haec tam difficilia Ecclesiae Czecoslovachiae tempora exstitissent. In quo quidem usui Nobis ea fuerunt, quae a vobismet ipsis, venerabiles fratres, coram ex occasione, de istis rerum

asperitatibus percontando vestrasque sententias rogando, cogno veram us. Iam vero maiorum, quae conquerimur, hoc esse praecipuum caput comperimus, quod aliqua ex parte clerus non satis bene fuerit nec mente nec animo institutus, idque ex eo profectum esse maxime quod clericorum Seminaria, quae plene perfecteque secundum sacrorum praescripta canonum constituta essent, fere desiderarentur. Itaque non alio spectant hae Nostrae litterae, nisi ad vos magnopere cohortandos, ut rectae cleri vestri institutioni velitis omni ope consulere: qua quidem re populi quoque saluti optime per vos erit consultum.

Probe nostis, venerabiles fratres, quam necessarium sit sacerdoti, qui debet in Christi doctrina erudire ceteros, eam habere penitus perceptam planeque cognitam: quae cognitio efficit nimirum ut ipse vere *lux mundi* exsistat et, quod ei ab Ecclesia demandatum est in populo christiano magisterium veritatis, illud rite sancteque exerceat. Qui quidem non tantum *magister*, sed *medicus* etiam est animarum. « Si ergo « in eius opera passiones vivunt, qua praesumptione percussum mederi « properat, qui in facie vulnus portat?»[1] Idem denique in grege fidelium gubernando praestare se debet *pastorem bonum;* « qui - ut verbis uta- « mur Decessoris Nostri sa. me. Pii X - idcirco dicitur alter Christus « non una sane potestatis communicatione* sed etiam imitatione facto- « rum qua expressam in se Christi imaginem referat ».[2] Quapropter in huius Apostolicae Sedis litteris documentisque de clero illud crebro occurrit, non posse sacerdotem, ut legatum, ut ministrum Christi, ut dispensatorem mysteriorum Dei, se suo sanctissimo muneri praestare parem, nisi et idonee sit sacrarum divinarumque rerum scientia instructus, et ea copia pietatis abundet, qua demum is homo Dei efficitur.[3] Etenim necesse est sic eum in veritatis virtutisque possessione constare, ut ab omni vel errore vacet vel vitio : quod si « utramvis in partem « sive ob vitae improbitatem sive ob imperitiam propenderit, haud leve « periculum tum ipsi, tum iis quibus praeest, imminet ».[4] Ex his apparet quanti aestimanda sint clericorum Seminaria, quae quum nata sint factaque sacrae iuventuti et proprio studiorum curriculo et apta virtutum exercitatione ad sacerdotium conformandae, consequens est ut eisdem Seminariis praesertim debeat referri acceptum, si quis clerus doctrinae laude vitaeque sanctimonia florere videatur. Huiusmodi autem instituta,

[1] S. GREG. M., *Beg. Past.,* i, 9.
[2] Encycl. Lit. *E Supremi, iv* oct. MCMIII.
[3] LEO XIII, Lit. enc. *Fin dal principio,* 8 dec. 1902.
[4] S. GREG. NAZ., *Oratio apolog. de fuga sua,* n. 4.

ut recte clerus saecularis in eis sacrum suum tamquam tyrocinium recte ponat, nemini non liquet, talia esse oportere, qualia et Patres Tridentinae Synodi voluerunt, et haec Apostolica Sedes, semper deinceps, sed maxime nostra memoria, esse iussit. Quare, venerabiles fratres, auctores Nos vobis sumus, ut detis operam, ne ulla iam sit nationis vestrae dioecesis, in qua suum desit Seminarium ; ubi autem illud adsit, ad novi codicis canones ordinandum curetis. Quod si dioecesis alicuius exiguitas vel paupertas huius instituti copiam non patiatur, praescriptum canonis 1354 § 3 de Seminariis *interdioecesanis* servari oportebit.

Atque hic diligentissime, pro officii conscientia, vos^ attendere volumus, quanta cura obtemperandum sit eis Apostolicae Sedis praescriptionibus quae sunt de munerum in hoc genere distinctione conservanda deque deligendis iis quorum disciplinae et gubernationi committantur adolescentes clerici et a quibus illi bonam mentis ac spiritus conformationem habeant. « Efficite, ut litteris disciplinisque tradendis lecti viri « praeficiantur, in quibus doctrinae sanitas cum innocentia morum << coniuncta sit, ut, in re tanti momenti, confidere iure optimo possitis. « Rectores disciplinae, magistros pietatis, eligite prudentia, consilio, rerum « usu prae ceteris commendatos ».[1]

Praesertim oportet atque adeo necesse est, per biennium frequentent alumni praelectiones philosophiae scholastica^ eoque in studio magistrum religiose sequantur Thomam Aquinatem; quadriennio deinceps ipsi versentur, eodem duce, in sacra theologia coniunctisque disciplinis, ut canone 1365 praecipitur. De studiorum autem ratione convenienter temporibus constituenda illas quoque litteras cupimus in vestrum usum convertatis, quibus hac de re ipsa sacrum Consilium Seminariis et studiorum Universitatibus praepositum die 26 aprilis an. 1920 Italiae sacrorum Antistites edocuit. Ceterum propositae rei minime expedit disciplinas seu facultates, ut aiunt, theologiae tradendae, in quibus ad academicos honorum gradus contendere liceat, multas patere, easque a maxima clericorum parte celebrari : neque enim homines sacri ordinis omnes doctores debent esse, verumtamen cum boni tum eruditi omnes. Quoniam vero, qui scholarum magisteria quaedam vel maiora munera obtineant, eos decet supra ceteros eminere doctrina atque etiam doctrinae insignibus esse ornatos, idcirco, ut satis vobis suppetat sacerdotum talium, vos in eas, quas dicimus, facultates tot alumnos vestros mittetis studiis altioribus excolendos, quot dioecesi opus esse iudicaveritis, qui quidem ingenio virtutisque indole praestent aequalibus fiduciamque in

[1] LTÜO XIII, Lit. enc. *Quod multum,* die xxn aug-, MDGCCLXXXVI.

omnibus rebus vobis afferant exitus boni. Hoc loco peropportunum ducimus, venerabiles fratres, hortari vos ut Collegium ßohemum huius almae Urbis, sedulo diligenterque praecipuis quibusdam curis fovere velitis. Hic enim sub oculis Nostris optimae cleri vestri spes aluntur, atque vel ad severitatem disciplinae, vel ad soliditatem pietatis, vel ad integritatem doctrinae tam feliciter succrescunt tantoque Nostro cum gaudio, ut eos in hac *corona nostra* clericorum ex diversis nationibus, Romae studiorum causa consistendum, partem lectissimam habeamus.

Sed enim praecipuum Episcopi studium summamque diligentiam iure sibi Seminarium dioecesanum vindicat ; in eoque maxime curas cogitationesque vestras evigilare scimus, venerabiles fratres, cum ipsum, hortante decessore Nostro,[1] Nobisque valde probantibus, *cordis quisque vestri delicias* habeatis. Itaque non est, cur vobis demonstremus hoc esse mirifice utile, ut perpetua sit vestra cum Seminarii alumnis consuetudo. Quod qui faciunt, sancto funguntur officio; quandoquidem «Episcopi est omnia et singula quae ad rectam Seminarii dioecesani « administrationem, regimen, profectum necessaria et opportuna videan- « tur, decernere, eaque ut fideliter observentur, curare ».[2] Sacrorum Antistes igitur ut suorum progressionem clericorum ad verum bonumque assequendum paterno studio persequi possit et provehere, optimum factu erit, sancti Alfonsi Doctoris iudicio,[3] si ipse identidem Seminarium adeat, alumnos ad colendas virtutes litterasque opportunis cohortationibus incendat, scholasticis quoque circulis ac disputationibus intersit, quo eos ad aemulandum inter se studiorum contentione mirum quantum excitabit. Ita etiam fiet ut Episcopus, qui suos per se clericos penitus cognoverit, non temere eis manus imponat, verum sacerdotes faciat qui sint secundum Cor Iesu, id est qui ministerium suum honorificent implentes in se ipsis voluntatem Dei quae est omnium sanctificatio.[4]

Iam vero, quoniam in hac causa parum Episcopi profecerint, nisi suae quisque dioecesis sacerdotes adiutores habuerint, Nos istos, quotquot sunt, omnes impense hortamur ut, ad Seminarium sive instituendum sive restituendum, suis Ordinariis, quacumque possint ope, sint adiumento. Habeant hanc pacis sedem et studiorum domum et virtutum

[1] Lit. encycl. *E Supremi,* iv Oct. MCMIII.

[2] *Cod. iur. can.,* c. 1357.

[3] *Bifl. utili ai Vescovi,* c. i, § 1; operum, vol. III, p. 866.

[4] Exhort, ad Clerum : *Haerent animo,* PII PP. X, iv augusti MCMVIII.

officmam, qua ipsi sunt usi, tamquam dioecesis cor, unde in omnes Ecclesiae venas spiritualis vita diffundatur. Huc et libentes operam suam rogati, conferant; et parvulorum de suo grege, in quibus aliquod divinae vocationis lumen deprehenderit, accuratissima diligentia praeparent animos; et stipem etiam, pro suis facultatibus, mittant, feracem optimorum sane fructuum. Nec vero eorum exemplum exiguam vim habebit apud laicos viros, ut, inter cetera caritatis et religionis officia, de suis bonis quam maxime promovere studeant Seminarium dioecesanum, ubi ii educantur, qui pro universi populi salute sunt laboraturi.

Utique, Dei providentis beneficio, non pauci (remotis iis quos defecisse dolemus) sunt in Gzecoslovachia sacerdotes, qui quidem instituti ut oportet, imbutique Domini spiritu, digne ambulant vocatione qua vocati sunt. Ac libet confidere non longo tempore futurum, ut clerus iste universus fidelissimum se administrum atque expeditum tamquam instrumentum Deo praebeat in suam ipsius et aliorum sanctificationem ad aedificationem corporis Christi. Ex quo autem istic apud clericos studium sancte pro officio vivendi coeperit revirescere, illud exspectare posse videmur ut fratres etiam miseri, qui a Nobis recesserunt, Ecclesiae aliquando vocem audiant, sollicite eos ad maternum gremium revocantis, omniaque omnis generis praesidia et animi solatia eis pollicentis, quae nunc procul ab ipsa aberrantes frustra quaerunt. Iam clero Czecoslovachiae, atque adeo omnium nationum Slavonicarum, alius, divina providentia, patet multoque latior campus, in quo utilissime elaboret ad regnum Iesu Christi dilatandum: qui labor eo felicius sane successero, quo diligentior ei praeparatio fuerit adhibita. Etenim is est hodie cursus rerum, ut a populis Orientis Slavi, quos factum iam pridem ab hac Cathedra discidium misérrimos habet, spes nonnulla ostendatur sanctae unitatis Nobiscum redintegrandae. Vestrum est igitur, venerabiles fratres, clerique vestri, quibus per apostolos Slavorum Cyrillum et Methodium una cum civili cultu Romana fides illuxit, hanc divinitus munitam vobis viam animose ingredi. Huic autem tantae rei adiuvandae scimus quasdam natas esse piorum societates et eas apud omnes fere Slavicas gentes feliciter propagari. Ex quibus praesertim cum laude commemorare placet *Apostolatum* (ut aiunt) *SS. Cyrilli et Methodii sub patrocinio Virginis,* qui quidem in Czeeoslovachia, in Polonia, in Jugoslavia et in Bulgaria increbrescit non mediocri cum fructu. Huiusmodi Nos consociationem omnibus Ordinariis commendatam volumus et, iis auctoribus, in unaquaque paroecia constitutam, quotidie magis apud Slavos disseminari cupimus, ut, Deo favente, ille dies appropinquet quo fiet *unum ovile et unus pastor.*

Hoc Nos exoptantes, quod et fidelibus hortamento et errantibus admonitioni et eis, qui Nobiscum dissident, invitamento debet esse, auspicem divinorum munerum, vobis, venerabiles fratres, vestroque clero ac populo universo apostolicam benedictionem praecipua cum benevolentia impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis novembris, in festo sancti Andreae Apostoli, anno MCMXXI, Pontificatus Nostri octavo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

25 novembris 1921. — Titulari episcopali Ecclesiae Árindelensi praefecit R. D. Raphaelem Canale Oberti, Vicarium Generalem dioeceseos Sanctae Fidei in America merid., Protonotarium Apostolicum *ad instar,* quem deputavit in Auxiliarem R. P. D. Ioannis Boneo, Episcopi Sanctae Fidei.

30 novembris. — Cathedrali Ecclesiae Ovetensi, R. P. D. Ioannem Baptistam Luis Perez, hactenus Episcopum titularem Dorylensem.

— Cathedrali Ecclesiae Superiorensi, R. D. Iosephum I. Pinte», Vicarium Generalem dioeceseos Marianopolitanae et Marquettensis.

— Cathedrali Ecclesiae Conchensi R. D. Crucianum Laplana y Laguna, presbyterum Caesaraugustanum.

1 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Dorylensi, R. P. D. Michaelem De Iorio, hactenus Episcopum Castri Maris.

10 decembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Marcianopolitanae, R. P. D. Ioannem Baptistam De Guébriant, hactenus Episcopum titularem Euraeensem.

16 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Palaeopolitanae R. D. Gulielmum Piani, e Pia Societate Salesiana ven. Ioannis Bosco ; quem deputavit in Auxiliarem R. P. D. Henrici Sánchez" et Paredes, Archiepiscopi Angelorum.

DEPUTATIO IN AUXILIAREM

Item Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV, decreto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 5 decembris 1921, deputavit in *Auxiliarem* R. P. D. Francisci Alberti, Episcopi Platensis, R. P. D. Iacobum Aloisium Copello, Episcopum titularem Aulonensem.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV :

16 augusti 1921. — Instituti Sororum Caritatis a Nazareth nuncupati, cuius domus princeps sita est in loco Nazareth, in Statu Kentuckiano Americae Septentrionalis, in dioecesi Ludovicopolitam, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Congregationis Sororum, quae Ancillae Immaculati Cordis Mariae, vulgo *Sœurs du Bon-Pasteur de Québec,* nuncupantur, cuius domus princeps in ipsa civitate Quebecensi sita est, *Constitutiones definitive approbavit.*

'27 novembris 1921. — Societatis Presbyterorum a Sancto Sulpitio nuncupatae *Constitutiones, experimenti gratia, ad decennium, approbavit.*

— Instituti Sororum a Misericordia nuncupati, Tertii Ordinis Sancti Francisci, cuius domus princeps Luxemburg! sita est, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Instituti Sororum a Nostra Domina nuncupati, cuius domus princeps in civitate Namurcensi sita est; *novas Constitutiones definitive approbavit.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

AD UNIVERSOS LOCORUM ORDINARIOS LITTERAE CIRCULARES TERTIO EXEUNT! SAECULO AB INSTITUTA SACRA CONGREGATIONE.

Illme ac Revme Domine,

Gloriosissimae memoriae Gregorius PP. XV, Apostolica Constitutione *Inscrutabili divinae Providentiae arcano* die 22 iunii 1622 lata, Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando sollemniter erigebat, cuius praeclarum non minus quam grave munus esset, missi®-

nibus omnibus, ad praedicandum apud omnes gentes Evangelium ubique constitutis vel in posterum constituendis, praeesse, easque moderari et dirigere.

Quot quantaque religionis humanique cultus opera, auspice atque duce Sacra hac Congregatione, Evangelii praecones, inclyto Martyre Fidele a Sigmaringa praeeunte, sive in Europae nationibus, sive in exteris iisque remotissimis regionibus atque insulis, tribus hisce saeculis perfecerint, soli Deo cognitum est.

Messis tamen immensa adhuc manet colligenda; interminatae regionum magnitudines incultae iacent, innumerabiles hominum multitudines in tenebris adhuc sedent et in umbra mortis, exspectantes nuntium pacis et lucis Evangelii.

Tertio itaque exeunte saeculo ab erectione Sacrae huius Congregationis, visum est diem natalem eiusdem sollemniter commemorare. Decet enim in memoriam revocare quae tot Romani Pontifices, inde a Gregorio XV, curis indefessis, sapientissimis consiliis, opibus inexhaustis, pro sacris missionibus praestiterint.

Iuvat recolere quam praeclara per hanc Sacram Congregationem de Propaganda Fide, animos ad fidem catholicam atque humanitatem informando, universo terrarum orbi beneficia obvenerint.

Iuvat commemorare ingentes labores missionariorum, eorumque utriusque sexus cooperatorum, necnon auxilia in opus christianae evangelizationis coniata, non modo a munificis ac divitibus benefactoribus, sed etiam a tenuioribus christifidelibus, qui sanctissimo eidem operi promovendo nec stipem nec preces suas deesse siverunt.

At imprimis convenit sollemnes referre gratias Deo Optimo Maximo, a quo bona cuncta processerunt, atque Immaculatae Virgini Mariae Apostolorum Reginae, quae a divino Filio suo Redemptore Nostro Iesu Christo haec omnia humano generi impetravit.

Quae cum nuper ab infrascripto Sacrae huius Congregationis Cardinali Praefecto exposita fuerint SSmo Dno Nostro Benedicto PP. XV, qui, inde ab initio gloriosi sui pontificatus, sollicitudinem pro regni Dei dilatátione inter praecipuas supremi officii sui curas habuit, idem Summus Pontifex benignissimo laetoque animo, non solum indicenda festa saecularia laudare comprobareque dignatus est, verum etiam ea digna omnino iudicavit, quae Summus ipse Pontifex et praesentia sua honestaret, et largitione caelestium thesaurorum proveheret.

Statuit itaque Sanctitas Sua, ut tribus continuis diebus, qui Dominicam Pentecostes futuri anni MCMXXII praecedent, in Urbe habeantur publicae ad Deum precationes pro Fidei catholicae dilatatone ; simulque

christifidelibus per opportunas conciones missionum sacrarum opus et graves earum necessitates explicentur.

Dominica vero Pentecostes Sanctitas Sua in Patriarchali Basilica Vaticana Missam sollemnem celebrabit, atque inter Missarum sollemnia homiliam ad populum Ipse habebit de catholicae Fidei propagatione. Edixit praeterea Sanctitas Sua ut de hisce omnibus tempestive totius orbis catholici Ordinarii edocerentur, eisdemque desiderium eiusdem Sanctitatis Suae panderetur, ut, simili ratione, pro temporum locorumve circumstantiis, triduana exercitia pro sacris missionibus, in ecclesiis cathedralibus, paroecialibus, necnon dignioribus aliis ecclesiis singularum dioecesium vel missionum instituantur.

Quem in finem Sanctitas Sua benigne concedere dignata est Indulgentiam quingentorum dierum singulis supplicationis diebus lucrandam, necnon Indulgentiam Plenariam in die sollemnis commemorationis, sub •consuetis conditionibus. Quas Indulgentias animabus in Purgatorio degentibus applicabiles Sanctitas Sua pariter declaravit.

Concessit insuper Summus Pontifex ut singuli Ordinarii, vel perse vel per sacerdotem sibi benevisum, Papalem Benedictionem impertire possint, in ecclesiis in quibus, ut supra, supplicationes fient.

Optatis SSmi Domini plene respondebunt Ordinarii si litteras dederint pastorales, quibus populis sibi commissis gravissimas missionum causas explicent, et officium, quo fideles tenentur, Deum et Virginem SSmam precandi pro Fidei propagatione, sacrasque missiones adiuvandi pro viribus.

Itaque, dum per praesentes litteras Summi Pontificis iussa et desideria Tecum communico, Deum ex corde rogo ut diutissime Te sospitem incolumemque servet.

Ex aedibus huius Sacrae Congregationis, die festo S. Francisci Xaverii anno MCMXXI.

Amplitudinis Tuae

Addictissimus servus

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

h. © S.

f P. Fumasoni-Biondi, Arch. Diocletan., *Secretarius.*

Insuper Beatissimus Pater, occasione eiusdem appetentis celebritati^, hanc quoque preculam christifidelium pietati recitandam proposuit:

PREGHIERA PER LA PROPAGAZIONE DELLA FEDE.

O Gesù, non è spenta l'eco della parola, con cui la scarsità degli operai Voi mettevate a raffronto dell'immensità di una messe: *messis quidem multa, operarii autem pauci.*

Già sono scorsi tre secoli dacché l'Apostolica Sede ha provveduto in maniera ordinata e costante all'evangelizzazione degli infedeli. Molti frutti ha raccolto lo zelo dei missionarii inviati dalla Sacra Congregazione di Propaganda Fide: è stato seme di cristiani il sangue versato da quel generoso atleta che, or sono pure tre secoli, segnava le primizie dei martiri della stessa Sacra Congregazione. Ma nondimeno, quanti popoli sono ancora avvolti nelle tenebre dell'ignoranza! quante genti siedono ancora fra l'ombre di morte! Oh! come è doloroso paragonare il numero dei credenti a quello più grande degli infedeli!

Un tale paragone mentre ci fa apprezzare meglio l'ammirabile lume della Fede da cui noi siamo guidati nel terrestre pellegrinaggio, ravviva insieme nell'animo nostro il ricordo di quelle altre divine parole: « Pregate dunque il padrone della messe che mandi operai alla sua messe »: *Mogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam.*

Voi, o Signore, siete il padrone della messe, in cui è raffigurata la moltitudine degli uomini. A voi dunque domandiamo di moltiplicare il numero di missionarii, di accrescerne lo zelo e di benedirne le fatiche, affinchè il buon seme della divina parola dia frutti abbondanti, da raccogliere nei celesti granai.

Esaudite, o Signore, questa preghiera a noi suggerita dai desiderio di vedere esteso il vostro santo regno. E, poiché più dal cuore che dal labbro ci esce ogni giorno la bella aspirazione: *adveniat regnum tuum;* date a noi fermezza e costanza nel proposito che pur vi presentiamo, di concorrere in ogni miglior modo possibile, e secondo la misura delle nostre forze, a favorire l'opera della Propagazione della Fede.

Concediamo a tutti i fedeli, per ogni volta che reciteranno la presente preghiera, l'Indulgènza di 300 giorni, e a quelli che l'avranno recitata ogni giorno, la Plenaria una volta al mese alle consuete condizioni.

Dal Vaticano, 17 novembre 1921.

BENEDICTUS PP. XV.

H

NOVUM SPIRITUALE PRIVILEGIUM CONCEDITUR SACERDOTIBUS PIAE UNIONIS • CLERI A MISSIONIBUS ADSCRIPTIS.

RESCRIPTUM

Ex audientia Ssmi diei 1 decembris 1921: Sanctitas Sua, ad relationem infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecti, benigne dignata est concedere ut singuli sacerdotes qui nomen dederint aut daturi sint in posterum Piae Unioni Cleri a missionibus, anticipare possint vel a meridie recitationem Matutini cum Laudibus subsequentis diei, dummodo tamen officium diei iam persolverint.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 2 decembris 1921.

G. **M. CARD. VAN ROSSUM,** *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus, Archiep. Diocletanus, *Secretarius.*

III

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

7 novembris 1921. — *Delegatus Apostolicus in Imperio Iaponico,* R. P. Marius Giardini, e Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Ap.

22 novembris. — *Vicarius Apostolicus Germaniae Septentrionalis,* R. D. Guillelmus Berning.

Sacra insuper Congregatio de Propaganda Fide per decretum diei 12 novembris 1921, ad suum beneplacitum declaravit R. D. Aemilium Cecco, e Pia Societate Sancti Iosephi, *Administratorem Vicariatus Apostolici de Napo.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DE RATIONE] RECITANDI VEL CANTANDI LITANIAS LAURETANA S

DUBIA

Expostulatum est a Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaratione :

I. An in Litaniis Lauretanis ita cantari possit prima tripla invocatio ad personas Ssmae Trinitatis, ut Sacerdos cantet *Kyrie eleison, Christe eleison,* et populus repetat *Kyrie eleison, Christe eleison,* et postea idem Sacerdos prosequatur *Christe audi nos, Christe exaudi nos,* et populus respondeat *Christe audi nos, Christe exaudi nos?*

II. An' loco dicendi ter *Agnus Dei* in fine Litaniarum, semel tantum dicatur: « Agnus Dei qui foliis peccata mundi, parce nobis Domine, «exaudi nos Domine, miserere nobis?».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis respondendum censuit : *Negative* iuxta Decreta, et servetur integer Ordo Litaniarum cum indulgentiis adnexis adprobatus, nempe : *Kyrie eleison - Christe eleison - Kyrie eleison,* etc., usque ad finem.

Atque ita rescripsit ac declaravit.

Die 10 novembris 1921.

•g A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. E. C. Praefectus.

L. £B S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

MARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 22 novembre 1921, presso l'Emo e Rmo signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di Beatificazione, ossia dichiarazione del martirio dei Venerabili Servi di Dio Lorenzo Imbert, Vescovo di Capsa, e Compagni, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede, nella Corea (1839-46), si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Ante-Preparatoria,* nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio: « Se consti del martirio, della causa del martirio, dei segni e prodigi dei suddetti Venerabili Servi dì Dio ».

Martedì 29 novembre 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'Augusta persona del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Giovanni Nepomuceno Neumann, Vescovo di Filadelfia, della Congregazione del Santissimo Redentore.

Martedì 13 dicembre 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Particolare* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi signori Cardinali e i Revmi Prelati Officiali componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie :

1) Intorno alla validità ed al rilievo dei Processi Apostolici costruiti sopra i miracoli che si asseriscono ottenuti per intercessione del Beato Giovanni Battista Maria Vianney, Confessore, Parroco d'Ars, della diocesi di Belley;

2) Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Serva di Dio Maria di Gesù Deluil-Martiny, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie del Sacro Cuore di Gesù;

3) E parimenti sul culto non mai prestato al Servo di Dio Innocenzo da Berzo, Sacerdote Professo Cappuccino;

4) Intorno alla validità e rilievo dei Processi, sia Apostolici che Ordinari, riguardanti il Servo di Dio Bartolomeo Canale, Sacerdote Professo Barnabita;

5) Finalmente sulla validità dei Processi, sia Apostolici che Ordinarii, riguardanti la Serva di Dio Maria Crocefissa Di Rosa, Fondatrice della Congregazione delle Ancelle della Carità.

Martedì 20 dicembre 1921, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con F interrente degli Emi e Revmi signori Gardinali e con il voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Nuova-Preparatoria,* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Venerabile Servo di Dio Antonio Maria Claret, Arcivescovo di Traianopoli, Fondatore della Congregazione dei Missionari dell'Immacolato Cuore di Maria.

* SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti delia Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

28 novembre 1921. Monsig. Giulio Tiberghien, Arcivescovo titolare di Nicea, e Monsig. Luigi Aiuti, Vicario-Curato di Santa Maria in Trastevere, *Consultori della Commissione Cardinalizia per l'Opera Primaria della Preservazione della Fede in Boma.*

5 dicembre * Monsig. Paolo de Huyn, Patriarca lat. di Alessandria, *Consultore delle Sacre Congregazioni del Concilio e dei Religiosi.*

» » » Monsig. Giovanni Bressan, Canonico della Patriarcale Arcibasilica Lateranense, *Prete Assistente nella Cappella Pontificia.*

14 » » L'Emo sig. Card. Guglielmo van Rossum, *Protettore della Congregazione dei Religiosi Missionari di Mariannhill.*

1$ » » Il Revmo P. Giovanni Lupidi, degli Eremitani di Sant'Agostino, *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione dei Servi di Bio.*

Iß » » 1 Revmi Padri Giuseppe Noval, dei Predicatori, e Mariano Fernandez-Garciá, dei Minori, *Consultori della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

NECROLOGIO

11 agosto 1921. Monsig. Giacomo Martínez Cabanas, Vescovo di Tegucicalpa.
3 ottobre » Monsig. Filippo Prospero Augouard, Arcivéscovo titolare di Cassiope.
17 » » Monsig. Emanuele Alfonso Van den Bosch, Arcivescovo titolare di Pario.
19 novembre » Monsig. Raimondo Zubieta, Vescovo titolare di Adraa.
3 dicembre » Monsig. Ignazio Ghiurekian, Arcivescovo titolare di Traianopoli.
4 » » Monsig. Michele Felice Eorum, Vescovo di Treviri.
18 » » Monsig. Pasquale Morganti, Arcivescovo di Ravenna.
21 » » Emo sig. Card. Francesco M. Anatolio Roverié de Cabrières, Vescovo di Montpellier.

Sono inoltre da supplirsi le seguenti indicazioni:

19 dicembre 1919. Monsig. Giovanni Menachery, di rito siro-malabarico, Vescovo titolare di Paralo.
9 agosto 1920. Monsig. Paolo Singzon, Vescovo di Calbayog.
5 gennaio 1921. Monsig. Giovanni Carli, Vescovo di Luni-Sarzana e Brugnato,
10 » » Monsig. Giovanni Nepomuceno Terrero y Escalada, Vescovo di La Piata.
14 » » Monsig. Michele Pinceau, Vescovo titolare di Galama.
21 marzo » Monsig. Costante Jeanningros, Vescovo titolare di Avara.
22 maggio » Monsig. Filippo Schelf haut, Vescovo di Roseau.
27 » » Monsig. Michele Petkoff, Vescovo titolare di Ebron.
14 luglio » Monsig. Massimiliano Novelli, Vescovo titolare di Andrapa.

4

Â

INDEX GENERALIS ACTORUM

(ANN. XIII — VOL. XIII)

I. - ACTA BENEDICTI PP. XV

II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

III. - ACTA TRIBUNALIUM

n

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

III. - LITTERAE APOSTOLICAE.

IV. - EPISTOLAE.

ANNO	MENSE	DIE	
1920	Nov.	9	*Opportune admodum.* - Ad R. P. Arthurum Vermeersch S. I. propositum laudans celebrandi tertium centenarium ab obitu S. Ioannis ßerchmans . . . .
			Quae praeclaro. - Ad Alexandrum S. R. E. card. Kakowski, archiep. Varsaviensem, et Edmundum S. R. E. card. Dalbor, archiep. Gnesnensem et Posnaniensem, ceterosque Poloniae Episcopos, officiosissimis ipsorum litteris respondens ex annuo conventu datis . . . .
			Plane intelligimus. - Ad Gustavum Fridericum S. R. E. card. Piffl, archiepiscopum Viennensem, ac venerabiles fratres Episcopos Austriae communibus respondens litteris . . . .
	Dec.	10	*Inter praeclaras laudes.* - Ad R. P. D. Thomam Iosephum, episcopum Trentonensem, cuius paternas curas erga Italos commigrantes dilaudat . . . .
		17	*Bina a te accepimus.* - Ad R. D. Dantem Munerati, piae Societatis S. Francisci Salesii procuratorem generalem : de filialis obsequii munere, binis oblatis voluminibus, gratias persolvit . . . . . .
			Cohaeret plane. - Ad R. P. Franciscum Zorell, S. L, propositum absolvendi « Cursum Scripturae Sacrae » commendans . . . .
1921	Ian.	20	*Dignum plane.* - Ad Emos PP. DD. Iosephum Card. Francica Nava, archiepiscopum Catanensem, et Alexandrum card. Lualdi, Archiepiscopum Panormitanum, ceterosque Archiepiscopos et Episcopos Siciliae : de felici exitu Concilii plenarii gratulatur . . . .
			Communis vestra epistola. - Ad Ioannem S. R. E. presb. card. Csernoch, archiepiscopum Strigoniensem, ac venerabiles Fratres Hungariae Episcopos: de communibus officiosis litteris gratias agens. .
	Febr.	9	*Cum semper.* - Ad dilectum filium Moderatorem Comitatus catholicae Universitati studiorum Mediolani condendae . . . .
		10	*Cum semper.* - Ad Desideratum S. R. E. card. Mercier, archiepiscopum Mechliniensem, ceterosque Belgarum episcopos, quibus, occasione « Quaestionis flandricae », nonnulla quae ad religionem pertinent paterno animo inculcat . . . .
		20	*Tertii Ordinis a Poenitentia.* - Ad R. P. Arnaldum Rigo, Tertii Ordinis Regularis S. Francisci ministrum generalem, ei tribuens eadem quae ministris generalibus Franciscanum Primi Ordinis concesserat occasione **DCC** natalis Tertii Ordinis saecularis

V. - SERMO.

VI. - PRECATIONUM FORMULAE.

VII. - SACRA CONSISTORIA.

VII. - S. CONGREGATIO RITUUM.

in

INDICES NOMINUM

1. - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(NB. - *Omittuntur nomina actis subscripta)*

A

[1] *Scriptum mendose:* Carolus.

C

B

G

H

I - J

[1] *Scriptum meneóse* Leweille.

M

[1] *Impressum:* Soza.

0

P

T

U

V

IL - INDEX NOMINUM DIOECESIUM ALIORUMQUE LOCORUM

A

B

[1] impressum: *Olvnden.*

B

E

P

G

L

M.

R

S

T

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

P

E

S

U

T

Z

IV

INDEX RERUM NOTABILIUM

A

B

C

D

G

H

I

N

O

P

a

R

S

T*

U

V

Quaedam *corrigenda* in vol. XIII (1921) Commentarii *Acta Apostolicae Sedis:*

Pag. 255, lin. 3, *pro eo quod est* Cassiliensis, *legatur* Calissiensis.

Pag. 333, lin. 12, *pro eo quod est* quorum postremus, *legatur* quorum clarissimus.

Pag. 456 in nonnullis exemplaribus Necrologio deest: *18 augusti:* Monsignor Giuseppe Maria Ignazio Montes de Oca y Obregon, Arciv. di Cesarea del Ponto, Vescovo di S. Luigi Potosí.

Pag. 525 lin. duabus ultimis legatur:

R. P. D. Iosephi Giorgi, Chorepiscopi, Vicarii Patriarchalis Hemesensis et Apamiensis, *ad sedem episcopalem titularem Arethusinam Syrorum.*

DECIMUM TERTIUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis* »
ABSOLVITUR DIE 29 DEC. 1921. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS